





Smithsonian
Institution
Libraries

Gift of

DR. FREDERICK M. BAYER

CASPARI BAUHINI

Viri Clariſſ.

N I N A E

T H E A T R I
B O T A N I C I

I N D E X

IN THEOPHRASTI DIOSCORIDIS
PLINII ET BOTANICORVM

qui à seculo scripſerunt

O P E R A

PLANTARVM CIRCITER SEX MILLIVM

AB IPSIS EXHIBITARVM

N O M I N A

cum earundem Synonymijs & differentijs

methodice

ſecundum genera & species proponens.

O P V S X L . A N N O R V M


ſummpere expetitum

ad Autoris autographum recenſitum.



B A S I L E A E

IMPENSIS JOANNIS REGIS
clc Icc LXXI.





LECTORI BENEVOLO.



Peris hujus Autor, Galeni Præceptoris scripta legens, singulari fato, in hunc locum ipsius, qui tertio de Compositione Medicamentorum *καὶ γένη* habetur, incidit. Quis quis (inquit) auxiliorum undique copiam habere volet, omnis materiæ, stirpium, animalium & metallorum, tum aliorum terrestrium corporum, quæ ad Medicinæ usum ducimus, expertus esto; ut ex eis & exæcta & notha cognoscat. Deinde, in Commentario, quem de Simplicium Medicamentorum facultate prodidi, sese exerceat. Nisi enim hoc modo instructus, ad præsentis operis præsidia veniat, verbotenus quidem medendi methodum sciet, opus vero nullum ipsa dignum perficiet. Qua sententia permotus, præter cæteras Medicinæ partes necessarias, ad Botanica, quæ auxilia medica subministrant, animum studiumque convertit: ea qua fieri potuit diligentia, non solum Botanographos, tanquam mutos præceptores, legendò & relegendò sedulo consuluit: verum etiam vivos in Germania, Gallia & Italia, per aliquot annos peregrinando, varijs in Academijs coram attente audivit, de Plantarum historia, nominibus viribusque studiose inquisivit: & quod præcipuum erat, Plantas locis natalibus inspiciendo, nullis molestijs, nullus laboribus nullisque sumptibus pepercit, imitatus Dioscoridis & Galeni exempla. Verum & ipsas Plantas cum autoribus contulit, qua fieri potuit industria, quo genio & ingenio, lectas, exsiccatas asservavit, ut ingentem earum thesaurum aliquot millium, præter fructus, semina, ligna, &c. collegerit.

Nec his cententus, ad veriorem & certiorem cognitionem, plures Medicinæ studiosos, Galliam, Italiam, aliasque regiones adeuntes, rogavit, ut omnis generis Plantas, etiam vulgatissimas (ipsa quoque Gramina & Trifolia) colligerent & transmittenrent. Quod quia liberaliter ab ipsis factum, eorum nomina gratitudinis ergo, peculiari Catalogo consignata adjunxit. Insuper, hinc inde, litteris ad plurimos Viros Clarissimos, rei plantariae peritos, Germaniæ, Galliæ, Italiæ, Angliæ, Daniæ, Belgij, Cretæ in Græcia, sollicitare non destitit, ut plantas transmittenrent, vel de illis suam sententiam, in bonum publicum exponerent: idque à multis, prona benignaq; mente abunde factum, grato animo agnovit, ipsorumque honorificam mentionem fecit. Nihil autem eorum, quæ studiosis in hoc disciplinæ genere, (uti & in alijs,) utile fore existimavit, intentatum reliquit. Eos frequenter, ad Vegetarium inspectionem & cognitionem manuduxit. Varijs utilissimis scriptis, in publicum editis, Plantarum studium illustravit & auxit. Verum cum, quæ terra, entium horum beneficentissima parens, sinu suo complectitur φυγή, ad infinitum pene numerum accedant, sicque huic studio difficultas inde maxima oriatur: autorum quoque dissensus, atque ἀμεσοδία, hancce σύνοπτικæ augeat & exaggeret, hæc ne ab hac amoenissima, humanoque generi à utilissima contemplatione, quemquam absterreant, de methodo Plantarumq; Synonymijs cogitavit; quæ ambo in hunc πίνακα contulit, Plantarum hocce μεθόδῳ τῇ σωστήματι συγγραψα concinnans: in quo ea methodice, secundum genera & species, habita potissimum ratione formæ externæ, distributæ habentur. Pro ea autem qua fuit æquitate & modestia, aliorum labores benigne interpretatus, suum cuique religiose tribuit, paremque benevolentiam ab alijs speravit, omnes hujus studij cultores & asseclas, rogavit, ut, si animadverterent se (quod non dubitet, sed ultro fateatur) alicubi lapsum esse, vel forte bis eandem Plantam reperiisse, hujus studij immensitatem cogitent, quod fere Oceano simile dici possit. Nam, quemadmodum Dei in Oceano miracula

cula imperscrutabilia sunt: sic etiam Botanicum studium infinitum: imprimis, cum indies movæ Plantæ, tum alibi, tum in Indijs reperiantur. Paratus bene monentes audire, candide & amice monentibus gratias agere. Zoilum nunquam curandum putavit, cuius socij neque nunc attendendi: qui postquam hoc opere usi sunt, sine quo nunquam in studio Botanico progredi potuissent, convicijs illud impetunt, & filum, quo via ipsis perlabyrinthi mæandros facta, turpiter dilacerare & conspurcare tentant. Sed hæc est sciolorum & maleferitorum natura, qua solent melioribus obtrectare magis, quam laude dignum quicquam præstare: hac ratione potius suam prodentes invidiam & malevolentiam, quam ut virorum bonorum & bene meritorum famam obscurare possint. Editio autem hæcce recensita est ad Autoris autographum: quicquid à priore mutatum, ipsius manu factum. Utere

ergo, BENEVOLE LECTOR, aliorum laboribus ad DEI

LAVDEM, in commodum tuum, & typographica errata operantium infirmati condona.






ZACHARIAS ROSENBACIUS,

Medic. Doct. & Professor in Illustri Schola Herbornensi, Corollario
de methodo Plantarum, in Indice Plantar. Herbornæ
Nassoviorum 1626. edito.



Erum naturalium perfecte mixtarum tanta per Orbem terrarum ac maria diversitas est, ut eas omnes cognoscere, & in certas classes disponere, uni homini sit plane impossibile. Unus enim homo vix unam speciem, v. gr. pisces, vel aves, licet illi per totam suam vitam, mane & vesperi, noctu & inter diu, jugiter operam det, plene cognoscet. Inventi sunt tamen viri, qui heroico animo preediti, nullis sumptibus laboribusq; parcentes, ad quarundam specierum plenariam fere cognitionem pervenerunt, ut opera eorum satis testantur, &c. Soli res herbaria hucusq;, imperfecte ac sine certa methodo, tradita fuit. Quamvis enim de illa plurimi, tum veteres, tum recentiores scripserint, omnes tamen, vel paucissimas plantas proposuerunt, vel plures etiam ita permiscuerunt, ut nullus in eis stabilis ordo appareat. Unus CASPARVS BAVHINVS, circiter sex millia plantarum primus proposuit, easq; omnes mirabili ordine, in Pinace theatri sui Botanici, digesti. Sentient nobiscum in hoc, quicunque vel mediocriter in re herbaria versati sunt. Tanto magis autem praeceptorem etiam illum nostrum secuti sumus, quia omnes ejus plantas, seu hortum siccum, non semel, sed bis ac ter, non sine magna admiratione, ipsi spectavimus. Nec credimus, in tanta plantarum varietate, meliorem ordinem unquam à quoquam adeò facilè inveniri posse. Incipit enim ab herbis tritisimis, ut graminibus, progreditur per fruges, olera, & legumina, donec tandem ad frutices

frutices & arbores perveniat, hoc perpetuo observando, ut plantas, sibi quoad externam formam maxime, vel viribus etiam internis, similes, pulcherrimis numeris conjungat, dissimiles, libris, sectionibus ac titulis diversis, elegantissime distinguat. Ceterum, miretur forte junior aliquis, cur princeps ille Botanicorum, cui palmam hac in re merito tribuimus, hunc Pinacem suum, opus XL. annorum, inscripserit, cum tamen liber parvus videatur, & multi sint, qui etiam uno anno magnum volumen scribant ac publicent. Verum non librorum quantitas, sed qualitas potius spectari debet. Sic qui Pinacem hunc legeri ac intellexerit, mirabitur, quomodo Autor Bauhinus eum tam cito absolvere potuerit. Est enim revera omnium herbarum, suffruticum, fruticum & arborum, quae in hortis, agris, pratis, vallibus, montibus, sylvis, littoribus, & aquis totius terrarum Orbis nascuntur, absolutissimum compendium. Hujusmodi libri facilis quidem oculis inspiciuntur ac describuntur, at materias singulas è remotissimis locis conquirere, methodice digerere, multis nova eaq; aptissima nomina imponere, easdem ad vivum describere, pingere, doctorum virorum judicijs subjicere, ac posteritatis memoria, cum centuplo fructu tradere, hoc vero opus, hic labor est, quem non noverunt nisi experti, & pluribus annis plurimum exercitati. Praestat paucis verbis multa, quam multis pauca, vel nihil omnino dicere.



Gramen adest Bulbusq; Olius atq; Umbella, Venenum,
Atque Corona, Odor & Flos est, vescumque Legumen,
Carduus in spinis, Frutex succedit & Arbor.

F. M.

Ad



Ad CASPARUM BAUHINUM ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ.

I.



UI potius neclant benè olentia serta Napæa,
BAVHINE, quàm tibi, cedo?
Mille etenim herbarum, plantarum nomina mille
Collecta fasce uno doces.
Tot grates debent, quod habent ridentia plantas
Herbasq; prata & frutices.
Cui potius violas, Junonia lilia, cuinam,
Milesias spargant rosas?
Floreat & viget nomen, *BAVHINE*, perenne
Tibi, dum rose & flores erunt.
Assyriosq; Tibi ad cippum post fata Napæa
Fundant odores perpetim.

GEORGIVS REMVS, J. C.
Noricus.

II.

LITTORA tot Ponti, tot campos visere & Hortos
Desine, tot Sylvas, tot prata, totq; rupes.
Hac loca quod Stirpes, totus quos proferat Orbis,
BAVHINI scriptis confisce in Eiconicis.

PASCHALIS LE COQ, MED. apud Pieta-
vienses Decanus & Senior.

III.

DE plantis Graij scripserunt atque Latini,
Scripsit Arabs, Teuto, Gallus, Iber, Italus.
De plantis quicquid scribunt Graij atque Latini,
Quicquid Arabs, Teuto, Gallus, Iber, Italus:
Omne hoc unus habet, BAVHINE, labore paratum,
Pervigili, ingenio dispositumqz tuo.
Imò alijs non visa, velut te Lynce, patescunt,
Humanis deinceps usibus utilia.
Ergò velut nomen planta una uniusve libellus
Istorum studijs obtinuit celebre:
Sic quoqz Plantarum præsens opus, immortale
Dignum est Authoris nomen habere sui:
Herbarumqz Tibi, BAVHINE, scientia laudem
Debeat, an Phœbo, lis erit hæc Medicis.

SIGISMVNDS SCHNITZERVS,
Med. Bambergensis.

IV.

Quid non BAVHINVS præstat? nam sublevat ægros;
Desribit Plantas; mortua membra secat.
Factitet Herophilas, Vesalius atqz Galenus
Se jaçtent; noster præstitit auctor eos.
Illi parva docent magnis inclusa libellis;
Hic docet in parvis, magna stupenda, libris.
Qui BAVHINVM igitur non suspicit, atqz miratur
In plantâ cerebrum calceve molle gerit.

LAVRENTIVS HOFMANNVS, HALLA-
SAXO, Phil. Med. & Chirurg. D.

ARTIS dictator Medicæ clarissimus hic est,
 Nostra cui haud similem secla tulere virum.
 BAVHINVS scriptis toto celebratus in orbe
 Perfectis, cuius nomen ubiq_s sacrum.
 Quem stupet Ausonius, Gallus veneratur, Iberus
 Miratur, Teuto cœlica ad astra vehit.
 Solo hoc Sole viget Plantarum natio vera,
 Et Microcosmi, quæ est historia ampla, patet.
 Ut meritò Hic artis dicatur Apollo & Apelles
 Tam clarè illustrat quæ latuere prius.
 Vivat BAVHINVS decus immortale medentum,
 Perpetuò felix floreat & vigeat.

JOANNES CAROLVS Rosenberg/
 Argentin. Med. & Ph. D.



NOMINA A U T H O R U M quorum opera uis sumus.

ADAMUS Lonicerus: is herbarium Eu-
charij Röslin sui in officio Francofurti
antecessoris, Germanicè scriptum quartò auxit,
& postremò an. 1569. prodijt: postmodum remo-
to Eucharij nomine, suum præfixit, & cum figu-
ris 833. circiter, anno 1582. dedit. Francofurti.

ADAMI Zaluzanij, methodi herbariæ lib. 3.
Francofurti 1604. 4.

ADRIANI Junij Medici, phallus ex fungo-
rum genere in Holandia: Delphis 1564. 4. cum
figura.

ADRIANI Spigelij Patavini Professoris, Isa-
goges in rem herbariam lib. 2. Patavij 1606. 4.

ADVERSARIORUM opus à Petro Pena &
Matthia de Lobel, Londini anno 1570. editum,
additis circiter 284. figuris: postmodum anno
1576. Antuerpiæ novus titulus præfixus, epistola
ad Reginam omisla: cui operi I. lobelius Obser-
vationes suas cum novis figuris junxit.

AEGIDIJ Everhardij Antuerpiani, de herba
panacea sive Nicotiana commentariolus, ejus
vires proponens: ejusdem de usu radicis Me-
coachæ. Antuerpiæ 1587. 16.

AEMILII Macri Veronensis, poësis de Her-
barum virtutibus, cum obscuriorum succinata
expositione Georgij Pictorij Villingani Medi-
ci. Basileæ cum figuris 52 ex Crescentio. 1581. 8

ALExANDRI Petronij, de victu Romano-
rum & valetudine conservanda lib. 5. Romæ
1592. 4.

ALOYSIUS Anguillara horti Patavini ter-
tius in ordine præfetus, de plantis suam sen-
tentiam diversis communicavit: opusculum in
partes 14. divisum, opera Johannis Marinelli
Italicè prodijt (additis duabus figuris Chamæ-
leontis & Sedi arborecentis) Venetijs 1561. in 8

ALOYSIUS Mundella, Medicus Brixiensis,
horti Patavini secundus in ordine præfetus,
Epistolarum librum unum (in quo 36. epistole)
& Annotationes in Examen simplicium Bras-
volæ scriptis: cum Epistolis Manardi simul cu-
fa, Lugduni 1556. in fol.

AMATI Lusitani in libros quinque Diosco-
ridis enarrationes, additis diversarum lingua-

rum nominibus. Argentinæ 1554. in 4.

ANDREAS Bellunensis notis in Avicennam.

ANDREAS Cæsalpinus Aretinus, in Acad.
Pisana Professor, de plantis lib. 16. scripsit, nul-
lis figuris additis: prodijere Florentiae 1583. Ejus-
dem appendix ad hos libros, Romæ 1603. in 4.

ANDREÆ Lacunæ, commentaria in Dio-
scoridem cum figuris Hispanica lingua con-
scripta. Salmant. 1552. fol.

Eiusdem annotationes in Dioscoridé, in qui-
bus Ruellij versio castigatur. Lugduni 1554. 16.

ANDREÆ Theveti Cosmographia, Gallicè
edita cum figuris aliquot plantarū & animaliū.

Eiusdem singularitates Galliæ Antarctiæ
sive Americæ, cum 11. figuris plantarum, Galli-
cæ: Lutetiae 1557. 4.

ANGELUS Palea & Bartholomæus ab Ur-
be, veterum Ordinis minorum observantiae
provinciæ Romanæ, annotationes in Antido-
tarium Mesues. Venetijs 1543. fol.

ANTONII Mizaldi de Sena opusculum. Lu-
tetiae 1574. 8.

Eiusdem hortorum secreta: item de Arbo-
rum insitione & dendranatome. Ibid. 1575. 8.

ANTONII Musæ Brasavoli Ferrarensis,
examen omnium simplicium quorum in offici-
nis usus est. Lugduni 1556. 16.

ANTONII Pasini annotationes & emenda-
tiones in versionem Dioscoridis à Matthiolo
propositam: Italicè. Bergomi 1591. 4.

APULEIUS Platonicus de Herbarum vir-
tutibus, addita demonstratione herbarum sin-
gulorum signorum Zodiaci, nec non & stella-
rum errantium. Lutetiae 1528. in fol.

ATHENÆI Deipnosophistarum lib. 15. Gre-
colatin cum Dalechampij interpretatione. 1597
in fol.

AUGUSTINI Galli Pressani, de Agricultu-
ra, Italicè. Venetijs 1569. 4.

BARTHOLOMÆI Carrichteri liber, osten-
dens sub quo signo Zodiaci & in quo gradu
plantæ sitæ sint, & quando colligendæ, Ger-
manicè. Argent. 1589. 8.

BARTHOLOMÆI Marantæ Venusini, me-
thodus

N O M I N A.

thodus cognoscendorum simplicium lib. 3. Venetijs 1559. in 4.

Eiusdem de Theriaca & Mithridatio lib. duo à Camerario Latinè reddit. Francofort. 1576. 8.

BASILII Besleri fasciculus rariorū animaliū, lapidū, maritimorū & fructū, cūm iconib⁹ fructū 54. maritimarū plantarū 12. &c. In fig. oblonga, Norinbergæ.

Eiusdem Horti Eystettensis descriptio cū figuris 1083. Norinbergæ. 1613.

BENEDICTI Aretij descriptio montium Stocchornij & Nessi in Bernatum ditione, & stirpium in eis nascentium : cum Cordo impressa.

BERNHARDI Dessenij Cronenburgij Medic⁹ Coloniensis lib. 10. de composit. medicam. cūm ingredientium explicatione, Francofort. 1555. in fol.

BERNHARDI Paludani Medic⁹ Encusani, notæ ad Linscottij historiam Indicam, additæ Operibus Indicis.

BOTANICUM Francofurtianum : sunt icones Eucharij Rœslin cū solis nominib⁹,

CAROLUS Clusius, Dodonæi historiam vernacula lingua conscriptam, Gallicam fecit, & corollarium de aromatibus addidit, cūm figuris quæ separatim in octavo prodiere anno 1560. in fol.

Idem Garziæ ab Horto dialogos de aromatibus & simplicibus Lusitanicè conscriptos, in Epitomen contraxit, Latinos fecit, annotatiunculis & figuris plantarum 30. illustravit. Antuerpiæ anno 1574. 8. cujus editio quinta autior, additis 36. figuris cū ejusdem exoticis 1605. in folio prodijt.

Idem Nicolai Monardis de medicamentis Indiæ Occidentalis, ex Hispanico transtulit, notis & figuris 9. illustravit; Anno 1574. 8. cujus editio quarta cū exoticis excusa est.

Eiusdem Monardis lib. tertius ab eodem Latinè redditus, Antverpiæ 1583. in 8. cusus.

Idem Christophori Acostæ historiam ex Hispanico Latinam fecit, in epitomen contraxit, Scholijs illustravit, & anno 1582 edidit: tertio verò additis sex figuris cū exoticis anno 1605. in fol. prodijt.

Idem de plantis per Hispaniam observatis, lib. duos scriptis, figuris 230. additis. Antuerpiæ anno 1576. in 8.

Idem de Simplicibus per Pannionam &c

Austriam observatis libros quatuor conscripsit, figuris 353. addidit. Antuerpiæ 1583. in 8. Verum tam Hispanica quām Pannonica historia alijs juncta in folio, anno 1601. excusa fuit.

Idem Historiam plantarum rariorū cum appendice & auctario, additis figuris 1135. anno 1601. Antuerpiæ publici juris fecit.

Idem exoticorum libros decem scriptis, quorum sex priores variam materiam circa animalia & plantas cū iconibus plantarum 194. continent. Item Garziæ lib. 2. Ch. Acostæ lib. 1. Nic. Monardis lib. unum, qui prius separatim prodijere. Item Nicol. Monardis lib. 3. de lapide Bezoar & Scorzonera, de Ferro & Nive, Anno 1605. in fol.

Eiusdem curæ posteriores post mortem editæ, additis 27. figuris, & libello Gregorij de Regio de Pipere Indico. His additamentum (unica figura adposita) jungitur. Antuerpiæ 1611. fol.

CAROLI Stephani domus rustica Gallicæ scripta, 1554. in 4.

Eiusdem de re hortensi libellus, Lugduni 1536. in 8.

Eiusdem Seminariū sive plantarium earum arborum, quæ post hortos conseri solent, Lugd. 1537. 8.

CASPARUS Bauhinus in Phytopinace 2460. plantarum nomina cū aliquot Synonymijs exhibuit, & 164. descriptiones novarum plantarum, octoq; figuras adposuit: Basileæ 1596. in 4.

Idem P. Andreæ Matthioli opera omnia, in Germania prius non cusa, emaculata dedit, additis 330. figuris & 50. novis ab ipso primū descriptis, cū Synonymijs. Francofurti 1598. fol.

Idem Animadversiones in Historiam generalem Lugduni cusam, in quibus circiter 400. figuræ in illo opere bis tērve positas & repetitas esse ostendit. Francofurti 1600. in 4.

Idem Jacobi Theodori Tabernæmontani historiam Germanicam correxit, maxima parte auxit: figuræ novas plures addidit: nonnullas descriptis & parti primæ Synonymias adposuit. Francofurti 1613. in fol.

Eiusdem Prodromus sui Theatri Botanici, in quo circiter sexcentæ plantæ ab ipso primū descriptæ, additis 140. novis figuris, Francofurti 1620. in 4. editus est.

Eiusdem catalogus plantarum circa Basileam sponte

A U T H O R U M.

Spontè nascentium, cum earundem Synonymis & locis natalibus. Basileæ 1622. in 8.

CASPARI Pilleterij Middelbürgensis Medici, plantarum synonymia alphabetico ordine proposita. Middelburgi 1610. 8.

CASPARI Schvenckfeldij catalogus stirpium & fossilium Silesiæ. Lipsiæ 1601. 4.

CASTORIS Durantis Medici Romani, herbarium novum cum figuris plantarum quæ in tota Europa, India Orientali & Occidentali nascuntur Italice, viribus Latinis versibus expressus: Ordinem alphabeticum observavit, & plantarum figuras 879. adposuit. Romæ 1585. folio.

CECHINI Martinelli discursus de Amomo & Calamo aromatico, Italice. Venetijs 1604. 4. Ejusdem discursus examen, authore incerto, cum utriusque figura, Mantuæ 1605. 4.

CHRISTOPHORI Acostæ Africani Medici & Chirurgi historia eorum medicamentorum & Simplicium rariorum, quæ ex India Orientali in Europam adferuntur, Hispanicè pri-mum, dein Italice edita, additis 43. figuris. Venetijs 1585. in 4. hanc in Epitomen contractam, Clusius Latinam fecit.

CHRISTOPHORI Encelij de re metallica lib. 3. & de Uva quercina. Francofurti 1557. 8.

CLAVDII Galeni de facultatibus simpli-cium libri. & alimentorum lib. 3. & de composi-tionibus medicis. in Operibus ipsius.

CLAVDII Rochardi pharmacopœi Trecen-sis, tractatus de Absinthijs, cum Jo. Bauhini tra-ctatu editus.

CONRADI Gesneri historia plantarum & vires, ex Dioscoride, Aegineta, Theophr. Plini & recentioribus Græcis juxta elemento-rum ordinem. Venetijs 1541. 16.

Ejusdem Catalogus plantarum quadrilinguis: Tiguri 1542. in 4.

Ejusdem de Lunarijs & noctu lucentibus, cum figuris quinq; & montis Fracti sive Pilati Lucernatum descriptione. Ibid. 1552. 4.

Ejusdem de hortis Germaniae liber, cum ap-pendice & Corollario ad Cordi historiam in quo figuræ quinque: cum Cordi operibus, Ar-gentinæ 1561. fol.

Ejusdem de fossilibus, lapidibus & gemmis, cum maritimorum plantarum octo figuris, Ti-guri 1565. 8.

Ejusdem solæ medicinales per Casp.

Wolfium editæ: addita de Aconito primo asse-veratione cum tribus figuris. Tiguri 1577. 4.

Ejusdem de Stirpium collectione, per Wol-fium edit. Tiguri 1587. 8.

CONSTANTINI Cæsaris de agricultura libri 20. opera Jo. Alexandri Brassicani editi Græcè: Basileæ 1539. 8. Idem à Jano Cornaro Latinè reddit: Basileæ 1540. 8.

CRISPINI Passæi junioris horti floridi par-tes duæ, florum, fructuum herbarumque icones, 325. cum brevib. descriptionibus secundum qua-thor anni tempora. Arnhemij 1614. 8. forma oblonga.

DAVIDIS Kyberi lexicon rei herbariæ tri-lingue: item tabulæ collectionum per 12. men-ses Conradi Gesneri. Argentinæ 1553. 8.

EMANUELIS Svvertij florilegium, in quo præter figuræ plurimas etiam 47. plantæ ex India utraque allatae, haec tenusque non descri-præ adduntur. Francofurti 1612. folio.

EUANGELISTÆ Quadramij Eremitæ, Theol. D. & Ducis Ferrariensis Simplicistæ, tractatus de Theriaca & Mithridatio: Ferra-riæ anno 1597. in 4.

EUCHARII Rœslin Medici Francfordiani herbarium aliquoties Germanicè cusum, prius sub Jo. Cubæ antecessoris, sui, dein suo, & qui-dem postremo anno 1546. cum 642. fig. Franc. in fol. tandem Ada Loniceri nomine.

EURICII Cordi Simesusij Medici, Botano-logicum per Dialogum propositum, Coloniæ 1534. 8.

FABII Columnæ phytobasanos cum fig. 34. Neapoli 1592.

Ejusdē de minus cognitis plantis partes duæ, quarum prima figuræ 161. Romæ anno 1606. altera pars cum fig. 44. Ibidem 1616. cusa est.

FERRANTIS Imperati Neapolitani phar-macopœi historiæ naturalis lib. 28. cum figuris lapidum, corallorum, spongiarum, &c. planta-rum verò & fructuum 33. Neapoli 1599. folio.

FRANCISCI Alexandri Vercellensis Medi-ci Apollo, de compositione medicamentorum, radijs duodecim constans. Venetijs 1565. fol.

FRANCISCUS Lopez de Gomara historia Indiarum generalis.

GABRIELIS Alphonsi de Herera, opus de Agricultura Hispanicè scriptum, per Mambria-num de Fabriano Italice redditum, cum figuris 74. parvis. Venetijs 1557. 4.

N O M I N A.

GARZIÆ ab Horto, proregis Indiæ Medi-
ci, de aromatibus & simplicibus medicamentis
apud Indos nascentium historia ordine Alpha-
betico, per Dialogos lingua Lusitanica con-
scripta, à Clusio in epitomen contracta & Latini-
nè facta.

GONSALVI Ferdinandi Oviedi, Indiæ Oc-
cidentalis historia generalis, à Dureto in Galli-
cum translata.

GREGORII de Regio, Capuccini, de Capi-
co libellus, curis posterioribus Clusij additus.

GULIELMI Turneri Angli, plantarum hi-
storia, Anglice scripta, cum paucis figuris. Lon-
dini, folio.

HERMOLAI Barbari in Dioscoridem Co-
rollariorum libri quinque. Coloniae 1530. fol.

Eiusdem in C. Plinij naturalis historiæ li-
bros castigationes. Basileæ 1534. 4.

HIERONYMI Benzonis Mediolanensis,
novi orbis historia, per Urbanum Calvatonem
Latinè reddita. Genevæ 1600. 8.

HIERONYMI Brunsuicensis apodixis Ger-
manica, Brunfelsij herbario addita. Argentinæ
1531. fol.

HIERONYMI Cardani de varietate rerum
lib. 17. Basileæ 1581. 8.

HIERONYMI Fracastorij opera, 1590. Lu-
gduni 8.

HIERONYMI Tragi historia (quæ sæpius
Germanicè Argentinæ in folio prodijt) per
Davidem Kyberum Latinè reddita, cum iconi-
bus 567. licet ad 800. describantur. Argentinæ
1552. in 4.

Eiusdem editio Germanica à Melchiore Se-
bitzio & Nicolao Agerio emaculata. 1595. fol.

HISTORIA Generalis plantarum libris 18.
per Joannem Molinæum collecta : Lugduni
anno 1587. excusa, in qua figuræ 2686. propo-
nuntur, verùm circiter 400. bis tèrve repe-
tuntur.

HONORII Belli Vicentini, Medici Creten-
sis epistolæ de plantis ad Clusium, cuius operi-
bus additæ: nonnullas ad nos dedit, quæ nec-
dum editæ:

JACOBUS Antonius Cortusus patricius Pa-
tavinus & horti Patavini V. præfetus, à Matth.
Dodonæo & alijs frequenter citatur ob plantas
ipsis communicatas, à quo & ego Patavij acce-
pi: nil edidit nisi Catalogum horti Patavini,
cum ejusdem areis, Italice. Venetijs 1591. 8.

JACOBI Theodori Tabernæmontani hi-
storia Germanica tribus partibus edita cum fi-
guris 2087. Francofurti 1588. fol.

Idem emaculatus auctus & plantarum de-
scriptionibus & figuris ac medicamentis pluri-
mis, à C. Bauhino anno 1613. fol.

Eiusdem icones cum nudo nomine Latino
& Germanico. Francofurti 1590. in longa for-
ma prodierunt.

JANUS Cornarus Germanus, Dioscoridem
transtulit & singulis capitibus Emblemata ad-
didit. Basileæ 1557. folio.

INDIÆ Occidentalis partes decem cum ad-
ditamento ad partem nonam, in folio.

INDIÆ Orientalis historiae partes decem,
in folio.

JOACHIMUS Camerarius, Matthioli hi-
storiæ Germanicæ per Hantschium primum
versam, & cum Matthioli figuris cusam, rufus
emaculavit, novis iconibus 123. & notis auxit.

Idem Matthioli epitomen dedit cum figuris
1003. Francofurti. 1586. 4.

Idem hortum Medicum & Philosophicum
scripsit: figuræ 56. addidit. Francofurti 1588.

JOSEPHI Acostæ, historia Indiæ, addita to-
mis Indicis, à Clusio Latinitate donata.

JO. CUBÆ, hortus sanitatis Germanicæ cum
figuris circiter 350. Augustæ 1486. fol.

JO. Baptiste Portæ Neapolitani, Villæ libri
12. Francofurti 1592. 4.

Eiusdem Phytognomonica 1591. Franc. 8.

JOHANNES Bauhinus p. m. frater meus,
scripsit libellum de Plantis à Divis denomina-
tis. Basileæ 1591. 8.

Idem de Absinthij generibus. Montisbel-
gardi 1593. 8.

Idem de plantis circa Balneum Bollense na-
scentibus catalogum scripsit, pomorum fig. 60.
& pyrorum 40. additis: editus cum Historia de
Balneo Bollensi. Montisbelgarti 1598. 4.

JO. Bruyerinus Campegius Lugdunensis,
de re cibaria lib. 22. Francofurti 1622. 8.

JOANNIS Costæ de universali stirpium
natura libri duo. Taurini 1578. 4.

Eiusdem annotationes in Mesuem, cum ope-
ribus Mesuæi. Venetijs 1570. fol.

JO. du Choul montium Lugdunensis agri
prefectus, Lugdunensem Pilati montem descri-
psit, duabus parvis figuris additis: cum Gesneri
libello de Lunarijs prodijt. 4.

JOAN-

A U T H O R U M.

JOANNIS Dantzij Astenis, tabulæ Simplificium quæ apud Dioscoridem, Galenum & Plinii facultates continent: & de Simplicium medicamentorum facultatibus, dialogi quatuor. Basileæ 1543. fol.

JO. FRAGOSUS Hispaniarum regis Medicus & Chirurgus, aromatum, fructuum & simplicium aliquot ex utraque India in Europam delatorum historiam Hispanice scriptis, Israel Spachius Med. Argentinensis edidit. Argentinae 1608.

JO. FRANCUS, hortum Lusatiae sive Catalogum plantarum in Lusatia nascentium, additis Latinis & Germanicis nominibus scriptis. Budissinæ 1594. 4.

JO. Gerardi historia plantarum Anglica cum figuris ipsius Tabernæ montani: nonnullis etiam Lobelij: & insuper 16. novis additis. Ita ut sit circa 210. Londini 1597. folio.

JO. Hugonis Linscoti itinerarium ac navigatio in Orientalem sive Lusitanorum Indiam, cū Bernhardi Paludani annotationibus. Hagæ comitis 1599. fol. jungitur etiam Historijs Indicis.

JO. Leonis Africæ descriptio.

JO. Leriū Burgundus, historiam Brasiliam Gallicè primum, deinde Latinè dedit. Genevæ 1594. 8. etiam cum Hist. Indicis edita.

JO. Monardi Med. Ferrarensis, epistolarum Medicinalium lib. 20. cum annotationibus in Jo. Mesue simplicia medicamenta, & primum quæ à Mesuæ omissa sunt. Lugduni 1556. in fol. & etiam cum Mesuæ.

JO. Pona Pharmacopeus Veronensis, simplificium in monte Baldo nascentium Catalogum scriptis, & nonnullarum descriptiones cum fig. 16 addidit. Clusius suæ historiæ rariorū junxit.

Idem auctiorem dedit & nonnullarum plantarum, ab Honorio Belli in Crete obseruatori, descriptiones cum fig. 38. addidit. Basileæ 1608. 4.

Idem auctus, cum alijs plurib. exoticis, ex Nobilitissimi Nicolai Contareni Senatoris Veneti horto instructissimo acceptis, figuris 91. additis, à filio Francisco Pona Med. Doctore, in linguam Italicanam translatus. Venetijs 1617. 4.

JO. Robini Botanici Regij, hortus Henrici IV. Regis Gallæ & Navarræ, cum figuris 214. Lutetiae 1608. folio.

JO. Roderici Casteli albi Lusitani, index Dioscoridis, sive in Dioscoridis historiales campos exegemata. Antuerpiæ 1536. fol.

JO. Ruellij de natura stirpium libritres, Basileæ 1537. fol. Ejusdem Dioscoridis versio.

JO. Sturmius Lovaniensis professor, de rosa Hiericunthica libellum scriptis. Lovanij 1608. 8.

JO. Thalij Medici Northufani, Sylva Harcynica, sive Catalogus plantarum in montibus & locis vicinis sponte nascentium, cum plurimorum descriptionibus cum Camerarij horto, novem figuris additis, editus Francofurti 1588. 4.

JO. Theodori de Bry florilegij partes tres. 1612. 1614. & 1618 folio.

JULII Cæsaris Scaligeri, animadversiones in Theophrasti libros sex de causis plantarum. Genevæ 1566. fol. Ejusdem in libros de historia plantarum. 8.

Ejusdem in libros duos de plantis Aristotelii inscriptos, commentarij Genevæ 1566. folio.

Ejusdem de Subtilitate h. 15. Francofurti 1576. 8.

LAURENTII Phrisij Synonyma, sive explicatio nominum medicamentorum in officinis usitatorum, Germanicè. Argentinae 1535. fol.

LEONHARDI Fuchsij historia Latina cum 516. figuris. Basileæ 1542. fol.

Ejusdem icones seorsim editæ. Basileæ 1549. 8.

Ejusdem de comp̄posit. Medicamentorum lib. 4. Lugduni 1556. 16.

LEONHARDI Rauvvolsij Medici Augusta- ni, peregrinatio in Orientem, in qua plurimæ plantæ describuntur, & figuræ 42. apponuntur. Lauingæ 1583. 4. Icones hæ etiam in Appendice Historiæ Lugdunensis habentur.

LEVINI Lemnij de plantis sacris, Lugduni 1595. 8. cum Fr. Valesij sacra Philosophia.

L. Junij Moderati Columellæ de re rustica l. 12. & de Arboribus liber unus. Lugduni 1541. 8.

LUDOVICI Jungermanni D. Catalogus plantarum circa Altiorium nascentium, à Caspero Hofmanno Professore recensitus. Altiori 1615. 4.

LUDOVICI Romani navigatio in Orientē l. 7. Archangelo Madrignano interprete: cū alijs qui novum orbem descripsere. Basileæ 1555. fol.

MARCELLI Virgilij Florentini Secretarij Dioscoridis interpretatio, cum ejusdem Commentarijs. Coloniae 1529. fol.

MARCI Catonis de re rustica liber. Lugduni 1541. 8.

MARCI Terentij Varronis de re rustica libri tres. Ibid.

MARTINI Mylij, hortus philosophicus. Gorlici 1597. 8.

N O M I N A

MATTHÆI Sylvatici, opus Pandectarum.
Venetijs 1499. fol.

MATTHÆ de Lobel plantarum seu Stirpium historia, additis figuris 1476. cum Adversariorum volumine (prius tamen edito) adnexo. Antuerpiæ 1576. fol.

Eiusdem Icones seorsim cuseæ, 2116. numero. Antuerpiæ 1581. in longa forma.

Eiusdem Adversariorum pars altera, cum riariorum simplicium Appendice, additis 39. figuris. Londini 1605. in fol.

Eiusdem Rondeletij pharmacia restituta, priori libro addita.

Eiusdem de Balsamo libellus & Zingibere, cum 5. figuris. Londini 1598. 4. qui Adversarii alterae etiam jungitur.

MAXIMILIANI Transylvani de Moluccis epistola, cum novi orbis scriptoribus edita.

MELCHIORIS Guilandini quarti horti Patavini præfecti, Theon sive Apologia adversus Matthiolum. Patavij 1558. 4.

Eiusdem aliquot epistolæ de Stirpibus, ibid.

Eiusdem Papyrus sive commentarius in tria C. Plinij de papyro capita. Venetijs 1572. 4.

Eiusdem conjectanea Synonymica plantarum, cum Horti Patavini catalogo sub annum 1591. Jo. Schencki opera edita. Francfurti 1600. 8.

MONACHI in Mesuem, vide Angelus Palea.

NICANDRI Theriaca & Alexipharmacæ, cum incerti authoris Græcis Scholijs. Venetijs 1523. 4. Eiusdem editio Græcolatina cum Gorraei Scholijs. Lutetiae 1557. 4.

NICOLAI Clavenæ Bellunensis pharmacopœi, de Absinthio umbellifero, cum ejus figura, & de Scorsoneræ Italica, Venetijs 1610. 4.

NICOLAI Loniceni, de Plinij & aliorum erroribus & eisdem quædam de herbis & fructibus. Basileæ 1529. 4.

NICOLAI Maronæi Medici Veronensis, de Amomo commentarius, cum Jo. Ponæ montis Baldi descriptione editus.

NICOLAI Monardis Hispalensis medici, de simplicibus medicamentis ex Occidentali India delatis, lib. 2. Hispanicè scripti, à Clusio Latinè redditi, notis illustrati. Antuerpiæ 1574. 8. & editio quarta Clusij exoticis cum fig. 17. addita.

Eiusdem libri tres de Bezoar lapide, de Scorzoneræ, de ferro & nive. Ibidem.

Eiusdem libellus de Rosa & Citrijs Latinè scriptus, cum Clusij exoticis editus.

NICOLAI Winckleri Medici Hallensis chronica herbarum, florum, seminum, fructuum, radicum, succorum, animalium, &c. quo tempore singula legenda. Augustæ 1571. 4.

OTTHONIS Brunfelsi historia Latina tribus tomis prodijt : primus anno 1530. alter 1531. & tertius posthumus, anno 1536. Argentinæ , cum figuris 238. at sedecim bis positæ sunt : summam cum & sine figuris 288. describuntur.

Idem & Germanicè scripsit, in folio cum ijsdem figuris, & in 4. parvis figuris additis. Argentinæ 1539.

PALLADII Rutilij, de re rustica lib. 14. Lugduni 1541. 8.

PAULUS Renalmus Blæsensis, specimen historiæ plantarum cum figuris 43. typis æneis expressis, edidit. Lutetiae 1611. 4.

PEDACIUS Dioscorides Anazarbaeus, de materia medica, & quidem editio Marcelli Virgilij, Gouplij, Assulanij, Joannis Ruellij, Jani Cornarij, Jo. Antonij Sarraceni.

PEDACI Dioscoridis libri sex Ruellio interprete, cum parvis iconibus 350. additis cuilibet capiti hujus secundæ editionis annotationibus compendiarijs ab H. B. P. medico : item & triginta icones stirpium nondum delineatarum à Jac. Dalechampio. Lugduni 1552. 8.

PETRI Andreæ Matthioli commentaria Italica cum magnis figuris 1568. Venetijs: eisdem Italica, cum parvis figuris, 1563.

Eiusdem editio Germanica Camerariana. Eiusdem editio à C. Bauhino emulata.

Eiusdem epitome anno 1571. edita.

Eiusdem epitome à Camerario corretta. Eiusdem Epistolæ cum Commentarijs Francofurti editæ, cum Apologia in Amatum Lusitanum.

PETRI Bellonij Observationum libri tres à C. Clusio latinitate donati, additis plantarum figuris 10. Antuerpiæ 1589. 8.

Eiusdem de neglecta stirpium cultura, eodem ex Gallico vertente. ibidem: & simul cum libris exoticorum Clusij editi.

Eiusdem de arboribus coniferis, resiniferis & sempiterna fronde virentibus, cum earundem iconibus octo. Parisijs 1553. 4.

Eiusdem de medicato funere & medicamen-

tis, ca-

A U T H O R U M.

tis, cadaveris servandi vim habentibus. Ibidem.
PETRI Crescentij Bononiensis de agriculturæ partibus, plantarum & animalium natura & utilitate lib. 12. ante annos ducentos scripti. Basileæ 148. cum paucis figuris.

PETRI Pavij horti publici Academiæ Lugdunobatavæ præsidis, ichnographia, descrip-
tio, usus, & stirpium quas habet nomina. Lei-
dæ 1603. in 8.

PETRUS Pena, vide Adversaria.

PH. LIPPUS Pigafetta regni Congiani historiam scripsit, quæ cum Indicis historijs edita.

POMPEIUSS Sprecchis, Antabsinthium Clavenæ, cum figura Absinthij umbelliferi. Venetijs 1611. 4.

PROSPER ALPINUS, sextus horti Patavini præfectus, de Balsamo dialogum, ejus figura addita, scripsit. Venetijs 1591. 4.

Eiusdem de plantis Ægypti liber, cum figuris 46. & cum Medicina Ægyptiorum. Venetijs 1592. 4.

Eiusdem de Rhapontico, cum eiusdem figura. Patavij 1612. 4.

Q. APOLLINARIS liber experimentorum Germanicè sæpius editus cum 141. figuris. Argentinæ 1589. 8.

REMBERTI Dodonæi Stirpium histor. Belgicè scripta, & à Clusio Gallicè redditæ (vide Clusium) cum iconibus, quæ seorsim duobus tomis in octavo prodierunt. Antverpiæ 1553. & 1559. Icones numero 840. cum annotationibus.

Eiusdem frugum historia, anno 1552. Latinè, Antverpiæ cusa & recusa in 8.

Eiusdem florum & purgantium historia seor-

sim cum novis figuris edita, in 8. Eadem simul juncta in libros triginta divisa. Antverpiæ anno 1583. in folio, cum 1305. figuris. Hæc historia denuo recusa Belgicè, cum cuiusdam annotationibus prolixis, additis adhuc 36. novis figuris anno 1608. Latinè similiter ab authore emaculata paucis mutatis, & figuris quæ in Belgica editione habentur, cum descriptione additis, anno 1616. prodijt.

SIMONIS Januensis Clavis sanationis obscuriora vocabula ordine Alphabetico expo-
nens. Venetijs 1486. fol. cum Sylvatico recusa.

TARQUINII Ocyori Dordmundani, de vi-
ginti radicibus adversus pestem probatis, cum
earundem plantarum figuris, Germanicè cum
Q. Apollinaris libello.

THEOPHRASTI Græci de historia & de
causis plantarum, editio Græca Veneta 1552. 8.
Basileensis, 1541. 4. & Gazæ versio Lugduni 1552.
8. cum Joannis Jordani correctione.

THOBÆ Roelsij Medici Medioburgensis epistolæ ad Clusium: cum historia Clusij editæ.

THOMAS Hariot Insulam Virgineam de-
scripsit: Clusius Latinè reddidit, est prima pars
Ind. Occidentalis.


VALERII Cordi in Dioscoridem anno-
tationes.

Eiusdem lib. 4. de stirpium historia, cum fi-
guris 272. ex Trago & aliquot novis à Gesnero
additis.

Eiusdem Silva observationum, quæ omnia
simul, Gesnero curante, Argentinæ 1561. in fol.
edita.

Eiusdem dispensatorium sæpius recusum.





NOMINA EORUM QUI PLANTAS VEL SEMINA COMMUNICARUNT.

A	Clatius, Medicus Alsterodamenis. Angelus Busti dicitur Vidua, Medicus Venetus.	Joan. Bauhinus, frater p.m. Archiater Wirtenbergicus. Joan. Fleisserus, Uratisl. Medicus.
	Arnoldus Gillenius, Ducis Megapolitani Medicus.	Joan. Francus senior, Medicus Camicensis.
	Basilius Beslerus, Pharmacop. Norinberg.	Joan. Carolus Rosenberger, Poliater Wormat.
	Bernhardus Paludanus, Medicus Enchulianus.	Joan. Henricus Cherlerus p.m. Med. Basil.
	Casparus Bartolinus, Haffniæ Medicinæ Professor.	Jo. Henricus Richinerus p.m. Med. Basil.
	Casparus Hoffmannus, Altorfij Medicinæ Professor.	Joan. Dörtmannus, Pharmacop. Grüningensis.
	Casparus Weckerlinus, Medic. Argent.	Joan. Neudorffer, Medicus Norinbergens.
	David Vasmarus, Lubecensis medicus.	Joan. Pona, Pharmacop. Veronensis.
	Daniel Loritius, Ducis Wirtenberg. Med.	Joan. Prevotius, Med. Professor & horti Patavini septimus præfector.
	Everhardus Vorstius, Lugd. Batavorum Medicinæ Profess.	Joann Rudolphus Saltzman, Poliater & Med. professor Argentinæ.
	Fabius Columna, IC. Lyncaeus.	Joan. Sigfridus Helmstadi Medic. Professor.
	Ferrandes Imperatus, Pharmacop. Neapolitan.	Joan. Terentius ex societ. Jesu, qui ex India plantas misit.
	Franciscus Pona, Medicus Veronensis.	Joan. Michael Wolffhardus, Med. Rotebur.
	Fridericus Meyer, Argentin. p.m.	Laurent. Rosenau, Pharmacop. Lineburgensis.
	Fridericus Monavius Med. D.	Laurentius Scholtzius senior p. m. Med. Uratislav.
	Georgius Fueren, Medicus Hafniensis.	Leonhard. Doldius p.m. Medicus Norinberg.
	Georgius Rumbaum, Med. Uratislav.	Lucas Justus, Basil. Bipont. Medicus.
	Georgius Spörlinus Basil. Med. Candid.	Ludovicus Furer, Senator Northusanus.
	Gregorius de Regio Capuccinus.	Ludovicus Jungermannus, Professor Giessanus
	Henricus Heyl, Medicus Dantiscan.	Matthias de Lobel. p.m. Botanographus.
	Hermannus Hägius, Medicus Arnhemi.	Matthæus Lister, Londinensis Medicus.
	Hieronymus Vischerus, Med. Norinberg.	Nicolaus Ägerius, Physices Profess. Argent.
	Honorius Belli Vicentinus, Medic. Cretensis.	Nicolaus Contarenus, Senator Venetus.
	Jacobus Albinus, Medicus Hamburg.	Olaus Worm Doctor & Professor Haffniæ.
	Jacobus Antonius Cortusus, quintus Patavini horti præfector.	Paschalis le Coq, Pictaviensis, Med. & Profess.
	Jacobus Cargillus, Medicus in Scotia.	Philip. Steph. Sprenger p. m. Pharmacop. Heidelberg.
	Jacobus Gailemi Hooft Amstelredam.	Prosper Alpinus, Profes. & horti Patavini sextus præfector.
	Jacobus Hagenbachius, Medicus Basil.	Samuel Sattler, Ducis Brunsuit. Medicus.
	Jacobus Zuingerus p.m. Medicus Basil.	Thomas Platerus, Basil. D. & Professor.
	Joachimus Burserus, Medicus Annæbergenfis.	Vespasianus Robinus, qui Lutetiæ hortum exoticis plantis instruissimum habet, & à Joan. Anatolius Privæus, Medicus Vesuntinus.
	Joan. ab Alen, pharmacop. Bremensis.	Joan. Backmeisterus, Professor Rostochiensis. quo plura expectamus.

EXPLICATIO NOMINUM

Authorum citatorum.

A	COSTA Cristophorus. Actuar. Actuarius. Ad. Adversaria Penæ. Ægin. Ægineta. Act. Aetius. Agric. Georgius Agricola. Aldroan. Ulysses Aldroandus. Alp. Alpi. Alpin. Alpinus. Ama. Amatus. Ang. Anguillara. Apul. Apuleius. Arist. Aristoteles. Athenæ. Athenæus. Avic. Avicen. Avicenna. Barbosa Odoardus. Belli Honorius Belli. Bellon. Bellonius. Bell. obs. Belloni observationes. Bell. cult. de cultura neglecta. Bentz. Hieronymus Bentzo. Bot. Franc. Botanologicum Francofordianum. Bras. Brassav. Brassavolus. Bry. du Bry. Florilegium de Bry. Brunf. Brunfelsius in folio. Brünf. 4. editione in 4. Brunf. ico. quoad iconem. Brunf. def. quoad descriptionem. Busbeq. Augerius Busbequius. Cadamust. Aloysius Cadamustus. Cæf. Cæsalpinus. Cam. Camer. Camerarius in horto. Cam. ep. & hor. Camerarius in epitome Matthioli & suo horto. Cam. ad Matth. Camerarius in Matthiolo à se emaculato. Cam. fig. hort. Camerarius in figuris horto suo additis. Carate Augustinus. Carda. Cardanus de variet. teruni. Car. Carolus Stephanus. Cast. Castor Durantes. Cast. ap. in Appendice.	Cast. ico. secundum iconem, non descriptio- nem. Cast. def. Secundum descriptionem, nō iconem: idem apud alios intelligas. Cat. Altorff. Catalogus Altorfensis. Cato. Marcus Cato. Cels. Cornelius Celsus. du Choul. Johannes du Choul. Cieca. Petrus de Cieca. Claven. Clavenna pharmacopœus. Cl. h. Clusius historia rariorū. Clus. hist. def. ico. historia rario: descriptione, vel iconē. Clus. pan. historia Pannonica. Clus. hisp. historia Hispanica. Clus. ex. exot. historia exoticarum. Clus. ap. appendice ad historiam rariorū: ap. alt. aut. appendicis alterius auctario. Clus. cur. post. in curis posterioribus. Clus. in corol. in corollatio ad Dodonæi edi- tionem Gallicam. Clus. in Garz. in Mon. Clusius notis suis in Garziām, in Monardem. Cod. Cæf. Codex Cæsarius à Dodonæo sæpè citatus. Col. & Colum. ubi in frugum historia occurrit, Columella intelligas. Col. Colum. Fabius Columna. Contarenus Nicolaus. Cord. in Dios. Cordus notis in Dioscoridem. Cord. hist. in sua plantarum historia. Cord. obs. in sylva observationum. Cord. schol. Cordi scholiaſtes qui Æmilius censetur. Cord. in disp. in dispensatorio. Corn. Janus Cornarus. Cortesius Ferdinandus. Cortusus. Jacob. Antonius. Cost. in Mef. Costæus in Mesuem. Costin. Nicolaus Costinus. Dal. Dalechampius. Dal. in Plin. notis ad Plinium.
---	--	---

EXPLICATIO NOMINUM

Dalech.in Dioſ. ſiguris additis ad Dioscoridem	Hipp. Hippocrates.
Ruellianum.	Hon. Belli Honorius Belli in epiftolis ad Cluſium.
Dalech. Lugd. in historia universali Lugduni edita.	Imper. Ferrandus Imperatus in ſua hift. natu-rali.
Dioſc. Dioscorides.	Ind. occ. Indiae Occidentalis hiftoria.
Dod. Dodonaeus editione Latina in folio.	Ind. or. Ind. Orientalis hiftoria.
Dod. gal Dodonaeus in editione gallica Cluſij.	Josephus Acosta in hift. Indiae.
Dod. ut. Dodonaeus in utraque tam Gallica quam Latina editione.	Lac. Lacun. And. Lacuna.
Dod. ed. belg. editione Belgica & poſtema.	Lang. Johannes Langius.
Dod. fl. in historia florum in octavo cufa.	Lem. Levinus Lemnius.
Duranteſ. Caſtor.	Leon. Nicolaus Leonicenus.
• Duretus Claudius.	Lerius in deſcript. Brasiliæ.
Encelius Chritophorus.	Linf. Linſcot. Linſcotus in hiftor. Indiae orien-talis.
Eyſt. Eystet. hortus Eystettensis.	Lob. Lobelius in Observat.
Eric. & Val. Cord. Ericius & Valerius Cordus, pater & filius.	Lob. ob. Idem.
Fallop. Gabriel Fallopius.	Lob. ad par. alt. in Adversariorum parte altera.
Fabric. Georgius.	Lob. Belg. editione lingua Belgica.
Frag. Fragofus.	Lob. ico. in Iconibus ſeparatim editis.
Fracast. Fracaſtorius.	Lob. pharm. Rond. pharmacia Rondeletij reſtituta.
Franc. Francus in horto Lufatiæ.	Lon. Adamus Lonicerus.
Fuch. Fuchsius in hiftoria Latina in folio.	Lud. Rom. Ludovicus Romanus.
Fuch. ico. in iconibus ſeorsim editis.	Lugd. Historia generalis Lugduni cufa.
Fuch. comp. de compositione medicamento-rum.	Manard. Johan. Manardus.
Gal. Galenus.	Marcel. Marcellus Virgilius.
Gaza in versione Theophrasti.	Marogna. Nicolaus Maronaeus Veronensis.
Gar. Garzias ab Orto.	Matth. Matt. Matthiolus.
Ger. Johannes Gerardus Anglus.	Matth. comp. Matthioli compendium in 4.
Gef. h. hort. Gesnerus in libro de hortis Ger-maniæ: hor. ap. in appendice hujus libri de hortis.	Matth. Ital. Matthioli editio lingua Italica cum magnis figuris, folio.
Gef. lun. libello de herbis noctu lucentibus.	Matth. ico. si iconem perpendas.
Gef. fra. in deſcriptione montis fracti.	Mycon. Myconus hic à Lugdun. citatur.
Gef. col. in libello de collectione stirpium.	Myrepſ. Nicolaus Myrepſius.
Gef. ſof de fossilibus.	Monach Mef. Monachi in Mesuem.
Gef. cat. in plantarum Catalogo quadrilingui.	Monard Nicol. Monardes.
Gef. ad Cord. in corollario hiftoriae Cordi ad-dito.	Mund. Mundel. Aloysius Mundella.
Gef. in epift. in epiftolis suis.	Nicander in Theriacis & Alexipharmacis.
Gomara Franciscus.	Ovied. Ferdinandus Oviedus.
Guil. Guilandinus in Theone.	Oribas. Oribasius Græcus.
Guil. the. in Theone.	Pallad. Palladius.
Guil. pap. in commentario in Plinij capita de Papyro.	Palud. Bernhardus Paludanus notis in Lin-scottum.
Hariot in deſcriptione insulae Virgineæ.	Pandeſt. Pandectarius.
Hermol. Hermolaus Barbarus in corol. ad Dioſcorid.	Pena. Petrus Pena in Adversarijs.
	Phytopin. Phytopinax C. Bauhini.
	Pigafet. Pigafetta in deſcript. regni Congiani.
	Plin. Plinius.

Pon.

A U T H O R U M C I T A T O R U M.

Pon. Johannes Pona edit. Latina.	Schvvenck. Casparus Schvvenckfeldius.
Pon. Ital. editione Italica montis Baldi.	Serap. Serapio Arabs.
Portæ. Jo. Baptista Portus in sua villa.	Sethi. Simeon Sethi Græcus.
Prod. Prodromus C. Bauhini.	Solinand. Solinander in consilijs.
Quad. Euangelista Quadramius.	Stad. Stadius in Brasiliæ descriptione.
Rauvv. Leonhardus Rauvvolfiuss.	Svv. Svve. Svvert. Svvertius.
Reg. Gregorius de Regio Capuccinus.	Tab. Taber. Tabernæmontanus. edit. folio.
Richer. Richerius de Belval, Botanicus Mon. speliensis.	Tab. ico. in iconibus separatis.
Röf. Eucharius Röslin.	Th. Thal. Johannes Thalius.
Rob. Joan. Robinus.	Thevet. Andreas Thevetus.
Rondel. Rondeletius in sua praxi.	Tovar. Simon Tovar, Hispalensis Medicus.
Ruel. Joan. Ruellius.	Trag. Hieronymus Tragus.
Scalig. Scaliger in subtilitatibus.	Tur. Guilielmus Turnerus.
Scalig. in Arist. in Aristotelem de plantis.	Valeran. Valerandus Donreus Pharmacopœus.
	Vercell. Franciscus Vercellensis.



A D A V T H O R E M
HERMANNUS van der Haghē BELGA
Illust. Principis Auriaci & Reipubl. Arnemienſis
in Geldria Med. ord.



*AVHINE Aonidum decus immortale fōrorum,
Quas æterna tui laudes monumenta merentur
Ingenij, tum quanta tuis, quæ nuper in auras
Doctorum manibus paſſim vulgata teruntur,
Gratia debetur cœptis, non prenderit acri
Mente, aut facundo quis digno expreſſerit ore.*

*Non si Thebanus veniat redivivus ab Orco
Maximus, aut vates Italæ telluris alumnus,
Atq; his Maonides ſocium ſe adjunxerit ipſe.
Tam dotes animi variae, tam multa relucet
Omnibus in ſcriptis virtus pŕalentia tanta,
Non modò ut aequales Medicorum ſcita ſequuti,
Seu vi-vam licuit vocem exaudire docentis,
Seu ſcriptos oculis tantum evolviſſe labores,
Dicere nil dubitent, ſe terq; quaterq; beatos:
Verūm etiam ſeri poſt ſecula longa nepotes,
Egregias memori ſolvent tibi pectore grates.*

*Quis genera herbarum ſeclis ignota priorum
Et fruticum plura & florum quis prodiſit unus?
Quæ dum ſollicito nemorofos lumine ſaltus,
Dum ſylvas, montesq; feros vallesq; reductas
Scrutaris, monſtrante D E O, & tua Vota juvante,
Eruis atq; oculis pulchrè ſpectanda dediſti:*

Gallia


Gallia quicquid habet, quicquid Germania, quicquid
Hesperia latis virgulti finibus extat,
Marte tuo doctis viva sub imagine chartis
Cernere cuiq; licet descriptum clare BAHINE.
Prætereo quæ missa tibi non obvia nostris
Multæ locis libri concludis fasce sub uno.

Ergo Dioscorides ne tantæ præmia laudis
Prima ferat, ne Matthiolus sibi proxima poscat,
Efficis, unus habes & prima & deinde secunda.
Magnanimi sileant, qui vix dum singula Reges
Invenere, suos fastus & nomina ponant.

Quid memorem innumeros, cum morbis agra trahebant
Corpora, vicinæ tua quos solertia morti
Eripuit, miseriq; dedit producere vitam.
Ut Dis non falso raptos è faucibus artis
& Arte tua sibi sexcentos perisse quaratur.

Nec minor incisos humani ob corporis artus
Gloria percrebuit: qua dexteritate nec ulli
Priscorum, nostri nec cuiquam cesseris evi.

Multa Tibi forsitan videor dixisse BAHINE
Vix tamen hæc fuerint fastigia summa tuarum
Virtutum Ingenij: at prohibet pudor addere plura.



DE UTILITATE HVJVS OPERIS
ANDREÆ LIBAVII D. & P. L.

Carmen.



Uti caussas vires propria & discrimina rerum,
Primi exercitys exposuere suis.
Inventis seros magnis juvare nepotes,
Et cura populis consuluerre bona.
Scilicet his ducibus laudentibus optima ceptum est
Discerni & membris utiliora sequi.
Quin etiam si quid natum foret intus acerbi,
Sive parum cautis esset oborta lues:
Quarere praesidium morbumq; evellere membris
Hinc soliti, poterant se reperare sibi.
Idq; via facili. Nam nomine cognita queq;
Forma animis solita se exhibuere diu.
Improbior donec succeſſit patribus etas
Contemtrixq; boni Gens, populusq; ferox.
Hinc rabieq; furens & martia caſtra ſecutus
Rerum confudit notitiam atq; notas.
Artibus hinc subtracta fides, viresq; negata
Esse sub hiis, primi quas docuere ſenes.
Poſtera gens igitur fixit nova nomina, resq;
Speſtas alio protulit inde ſono.
Tu quoq; livor iners multum mutare solebas,
Atq; peregrinis fingere verba notis.
Scilicet ut raperes ſoli tibi turpiter uſum
Natura, medice notitiamq; rei.
Sed tandem ſuperavit amor ſtudiumq; juvandi;
Et cefſit rabies invidioſa bono.
Milliaq; in ſummam collecta vocabula, qua res
Siquentur paſsim ſpe meliore monent.
Quicumq; ergo vagis erras autoribus, atq;
Ambiguis traheris per dubitanda vys.
Huc propeſa: menti curas demturus inanes:
Hic Ariadnai fila laboris hates.
Magnus pœoniq; Heros B A V H I N V S in ausis
Errantes certo dirigit orbe pedes.
Ille laborifer preclarus in agmine Phobi
Herbarum titulos ut bona legit apis:
Inq; unum congeſſit opus, quô dicere prompte
Posis, quas habeat qualibet herba notas.
Utitor hoc igitur gratus, tantumq; labore
Declara ſtudio, non perijſſe, tuo.

CASPARI BAVHINI PINACIS THEATRI BOTANICI LIBER PRIMUS.

SECTIO PRIMA. DE GRAMINIBVS.

 RAMEN à gradiendo, quòd geniculatis ramis serpat Dioscorides lib. 4. cap. 30. ἄχεωσιν nominat: Ut & Theophrastus 1. hist. 10. 4. ejusd. 7. & 11. & caus. 16. cui 3. hist. 9. ποια dicitur. Αχεωσις ωδρή τῶν ἄχεῶν, quòd in agris proveniat: Ποια, quòd omnium herbarum frequentissima.

- Lilium cruentum 4. secundum caulem bulbilis donatum, Lob. cruentum aliud, Lugd.*
- Lilium purpureum tertium, Dod.*
- Martagon bulbiferum minus, vel pratense, Clus. pan.*
- Martagon bulbiferum 3. vel lilium puniceum bulbiferum 3. Clus. hist.*
- Hemerocallis prima Matthiol. bulbifera, Camer.*
- Lilium cruentum bulbiferum, Eyst.*
- IV.** *Lilium bulbiferum incanum.*
- Martagon bulbifer. incanum, Clus. pan. vel 2. Eid. hist.*
- Hujus iconem Lobelius primo adjunxit, & apud Luggdunensem, sub *Lilio cruento* bulbos gerente pingitur.
- L I L I U M F L O R I B U S R E F L E X I S l a t i f o l i u m.**
- I.** *Lilium floribus reflexis montanum.*
- Affodillus, Brunf.*
- Hyacinthus Poëtarum, vel 5. Trag.*
- Asphodelus foemina, Fuch.*
- Lilium purpureum, Fuch. ico. Gesner. hor. syl. Thal.*
- Lilium syl. Dod. Cam. alterum, Clus. pan.*
- Lilium syl. purpureo flore, Cæf.*
- Lilium alterum, Martagon Italis, quod Petilius Plinius appellat, Ama.*
- Lilium montanum, Ad. Lob. sive syl. 2 minus, Clus. hist.*
- Martagon, Matth. Lac. Lugd. Cast. desc.*
- Martagon primum, Ang.*
- Hemerocallis, Dod. gal. Cord. in Diosc. Ges. hor. Lon.*
- Lilium montanum flore purpurascente punctatum, Eyst.*
- Variat floris colore, qui plerumq; subruber, aliquando dilutus albicans: sic & maculæ rubeæ inordinatæ florum folijs, & intus & foris, maximè circa foliorum exortum, intrinsecus asper-

asperguntur : hujus tres differentias Clusius agnoscit : hoc referre oportet
Martagon Pann. flore suaverubente , ipsius Bry.

Reperitur etiam longiore spicâ , & dicitur *Martagon montanum* longiore spicâ , Bry : & etiam quasi dupli corolla ab eodem pictum , *Francfurti* natum.

II. *Lilium* floribus reflexis alterum, lanugine hirsutum.

Lilium purpureum mas , Ges. hor.

Lilium syl. primum & majus , Clus. pan. & hist.

Hemerocallis flore rubello , Lob. ico.

Lilium Saracenicum , Tab.

Flores priore plures , saturatè purpurascentes , maculis nigricantibus distincti : aliquando dilutè purpurascentes , maculis carentes ; *Lilium* flore purpuracente non punctatum , Eystett.

Pingit insuper Bry.

Martagon exoticum flore spadiceo , &

Martagon flore carneo.

III. *Lilium* floribus reflexis , varijs , sive tertium.

Lilium montanum sive syl. tertium , Clus. hist.

Lilium montanum maximum polyanthos variiegatum , Eyst.

Simile est Clusiano.

Flos antequam explicitur , foris carneus : explicatus , intus alb. notis purpureis insignitus.

Clusius & quartum genus addit , floribus saturatè purpurascensibus serius florentibus , & odore non insuavi præditis.

IV. *Lilium* fl. reflexis albis non punctatis.

Lilium montanum albo flore , Clus. hist. ap. alt. & cur. post.

Lilium mont. minus alb. non punctatum , Eyst.

Martagon imperiale niveum sine maculis , Bry.

V. *Lilium* flor. reflexis albis punctatis.

Lilium montanum albis floribus maculis purpureis insignitis , Clus. cur. post.

Lilium montanum majus album punctatum , Eyst.

VI. *Lilium* flor. reflexis polyanthos album punctatum.

Lilium mont. maximum polyanthos album varijs maculis rubris maculis at persis , Eyst.

VII. *Lilium* Byzantinum miniatum.

Lilium rubrum Zuphaniare , sive miniatum Chalcedonicum , Clus. pan..

Lilium rubrum sive miniat. Byzant. Eid. hist.

Hemerocallis Byzantina altera , Lob. ico.

Lilium Chalcedonicum miniatum serotinum , Lob. ad. par. alt.

Hemerocallis Constantinopolitana phœnica unico flore , Lugd.

Flos colore elegantissimi minij aut ceræ rubræ recentis , rarius prorsus nivei , aliquando flavi coloris : modò unus , modò duo , quatuor , quinque , sex , tredecim.

VIII. *Lilium* Byzant. miniat. polyanthos.

Lilium Byzantinum miniatum saturatiore flore πολυανθός , sive Zuphaniare , Clus. hist.

Lilium Chalcedonicum miniatum præcox , Lob. ad. par. alt.

Flores quinos , senos , denos ut plurimum profert , rarius 20. 30. vel 40. in caule duorum triūmve digitorum latitudine , aliquando saturatioris , aliquando dilutioris coloris , hocque Lili Byzantini miniati dilutioris floris nomine pingitur à Clusio in hist.

Lilium Byzantinum serotinum , Eyst.

Lilium Byzantinum flore multiplici , Eid.

Hoc florum foliorum numero duodenario , & staminum multitudine à priore discrepat.

Varietas in folijs : quæ flore est dilutiore , caulem & folia viridiora habet : quæ verò saturatiore , hujus caulis & folia plerumq; ex purpura nigricant . Aliquando flores in modum corollæ dispositi nascuntur , ut Bry pingit , nominans *Martagon* corollam præbens.

IX. *Lilium* purpuro sanguineum fl. reflexo.

Hemerocallis altera , Matth. Lugd. quam cum Lilio Zuphaniani eandem vult , Clus.

Lilium sylvestre alterum , Dod. ico.

Hemerocallis Chalcedonica purpuro sanguinea polyanthos , Lob. Cam. (cui idem cum Lilio Zuphaniari Clusij) Bry.

X. *Lilium* pyramidale moschatum.

Lilium sylvestr. sive *Hemerocallis* moschata polyanthos , &

Martagon imperiale nuperor. Lob. ad. par. alt.

Martagon imperiale moschatum , Eyst.

Est florum centum & viginti & plurimum , rosæ moschatæ odore , qui diluti & lividi coloris maculis ex fusco purpureis notati : florum 210. feras in horto Eyst. conspectum fuit.

LILIUM FLORIBUS REFLEXIS angustifolium.

I. *Lilium* rubrum angustifolium.

Lilium

Lilium rubrum præcox, Clus. hist. Bry.

Uno, duobus, tribus est floribus: & quia aliquando angustioribus est folijs, vel latioribus, idcirco Clusius in hist.

Lilium rubrum præcox 1. & 2. facit.

II. *Lilium brevi* & *gramineo* folio.

Lilium rubrum præcox 3. *angustifolium*, Clus. hist.

Lilium miniat. *tenuifol.* Clus. hist. ap. alt.

Hemerocallis Macedonica & *Martagon Pomponium*; Lob. ad. par. alt.

Lilium montanum rubrum præcox, Eyst.

Floribus aliquando 35. 46. & 48. sed in plano caule, vel miniati, vel cruenti coloris.

III. *Lilium miniatum odorum angustifol.*

Lilij miniati tenuifol. aliud genus, Clus. hist. ap. alt.

Martagon Pomponij, Eid. & cur. post. & Eyst.

IV. *Lilium flavum angustifolium*.

Lilium montanum flavo flore maculis distinctum & non distinctum, Clus. hist. ap. 1. & alt.

Lilium montan. flavo flore, Lob. ad. part. alt.

Lilium montanum flore luteo punctatum & non punctatum, Eyst.

Martag. sive *Hemerocallis punctata* flavo fl. &

Martagon non punctatum, flore flavo, &

Martagon sive *Lilium de Canada auri* colorem referens, fl. intus nigris maculis asperso, Bry.

Lilium montanum magis flavo flore & atrioribus maculis, Clus. cur. post.

Variat flos colore flavo, vel dilutiore quasi pallente, in alio maculis nigris distincto: in altero flores nullis punctis internè distinguuntur, sed omnino flavi sunt: rarius quadraginta & plures flores penè flavos, sed in caule plano profert, quod multiflorum Clusius in hist. ap. alt. nominat: variat etiā subviridi fl. & dicitur *Martagon subviridi* flore, Bry.

LILIUM SIVE CORONA

Imperialis.

I. *Lilium sive Corona Imperialis*.

Corona Imperialis, Dod. Lugd. (& Chalcedonicum Lale) Lon. Tab. Cam. Eyst. Rob. qui & Coronam imperiale majorem addit.

Lilium sive Corona Imperialis, Lob.

Tusai sive *Lilium Persicum* 1. (& *Hemerocallis Dioscoridis*) Clus. pan. & hist. & du Bry.

Corona imperialis procerior rubra, sed alia rūbicina, Svvert.

Variat flos colore luteo, vel verius palle-scente, vel purpurei *Lilij* instar rubente, aut Sandaracæ colorem refert, & hæc dicitur Tusai 2. Clusij hist.

At *Lobelius* ad. part. alt. varietatem in caule, flore & folio adfert: cui alia præcocior, alia serotina: præcocior altera folio lato dilutè vi-rente, flore pallidiore; altera media, quæ elati-or, folio pallidiore, angustiore, flore dilutio-re. At serotina folijs latioribus, atrovirenti-bus, flore saturo phœnicoe.

II. *Lilium*, sive *Corona imperialis multi-flora* latoque caule.

Tusai, sive *Lilium Persicum* 3. & Tusai πολυ-νθες, Clus. hist. pan. & rar.

Corona imperialis polyanthes, Eyst.

Corona platycaulos, sive *laticaulis*, Lob. ad. par. alt.

Flores 20. 30. 40. 50. & etiam 70. in caule lato, qui sequenti anno caulem rotundum acquirit, cum 3. 5. 7. aut octo floribus.

III. *Lilium sive Corona imperialis dupli-ci corona*.

Corona imperialis phœnica dupli-ci corona, aut serie florum, Lob. ico.

Corona imperialis polyanthes, Tab. ico.

Corona imperialis florum classe dupli-ci, Eyst.

Corona polyphyllos sive *foliosa*, Lobel. ad. part. alt.

Tusai, sive *Lilium Persicum* 2. du Bry.

Corona imper. duabus coronis ornata flore fla-vescente, Svvert.

Et hujus varietas apud Lob. caule numero-sis folijs stipato, corona dupli-ci nonnullis floribus in caulis fastigio: altera, flore dilutiore minus propendente, ob florum acervum cau-lem ambiente: & hæc est

Corona polyphyllos & *polyanthes* altera, Lob. ad. par. alt.

IV. *Lilium sive Corona imperialis non foetens*.

Tusai quarta differentia, Clus. hist.

V. *Lilium sive Corona Imperialis ramosa*.
Tusai *dinor*, Clus. hist.

Ramis singulis ii. flores: vel in altero 8. vel plures: in altera, 5. vel sex.

LILIUM PERSICUM.

Lilium Persicum, Dod. (& *Hyacinth. spurius* 6.) Lob.

- 6.) Lobel. (& Pannachio Persianorum) Lugd.
Taber.
Lilium non bulbosum, sive arundinaceum flo-
re subcroceo & alterum luteo, Cam. Eyst. Rob.
Syvert. Bry.
Lilium Sufianum, Clus. pan. & hist. Bry.

LILIUM ASPHODELI radice.

- I. Lilium luteum asphodeli radice.
Lilium non bulbosum luteum, Dod. Lugd. Ger.
Liriosphodelus luteus liliflorus, Ad. Lob.
Lilia spodelus luteo flore, Clus. pan. hist. Cam.
Liliago minor asphodelo affinis, Hemerocal-
lis Dioscoridis videtur, Cæs.

- Asphodelus liliaceus, Eyst. luteus, Tab.
Flore est communiter luteo, rarius albo.
II. Lilium rubrum asphodeli radice.
Hemerocallis Diosc. Theoph. & Plinij.
Lilium rubens harundinaceum, Ges. hort.
Lilium non bulbosum obsoleto colore rubens,
Dodon.
Liriosphodelus phœniceus, Lob.
Lilia spodelus puniceus, Clus. hist.
Lilium rubrum non bulbosum, Lugd.
Liliago major asphodelo affinis, Cæs.
Asphodelus liliaceus rubens, Tab.
Lilium non bulbosum sive arundinaceum, Ca-
mer. sive phœniceum, Ger.
Lilium fatuum, Eystet.



SECTIO SEXTA.

ORCHIS: SATYRIUM: DENS CANIS: OPHIRYS: OROBANCHE.

ORCHIS EJUSQUE DIFFERENTIAE.

O"ρχις sive Testiculus, à Theophrasto 9. hist. 19. & Dioscoride l.3. c.141. proponitur: Dio-
scorides, inter Orchidem, & Satyron differentiam hanc fecit: οὐκέτις vocans, qua-
radicem bulbosam habent, eamq; geminam, oblongam olivæ modo angustam, superiorem ple-
niorem, & inferiorem molliorem, ac rugosiorum. Satyron autem, quod radicem habet unam,
eamq; bulbosam, mali magnitudine.

Genera Orchidis, Dioscorides duo fecit; unum, Κυνός ὄρχης, testiculum canis: alterum,
οὐκέτις cognominatum. Sic Satyrium duplex, alterum οὐτε τὸ τεῖχος; alterum οὐτε
τὸ εὐθύγρων, vel εὐθύπαινον. Plinius l.26. c.10. Orchion Satyrorumq; descriptiones confundit:
& l.22. c.8. Cynosorchidis nomine repetit.

Lubet distinguere in eas, quæ radices habent, vel rotundas testiculorum forma, vel pal-
mas manusve referentes. Illeas, in eas quæ radices habent vel geminas, quas Orchides: vel uni-
cam, quas Satyria nominabimus: has verò Orchides palmatas appellabimus. Orchidis genera
facimus, Cynosorchis sive Canis testiculum, Testiculum morionis, Orchis fætidam, sive Testi-
culum hircinum: Orchis Serapiada, vel Testiculum vulpinum & Testiculum odoratum: ad
quæ genera quinq; Orchidum species reduci possunt.

CYNOSORCHIS, SEU TESTI- culus canis.

- I. Cynosorchis latifol. hiantे cucullo major.
Satyrium primum Brunf. mas, Trag.
Orchis mas latifolia, Fuch. vel major, Lon.
Orchis & Testiculus canis officin: Ama. lati-

folia, Eystett.

Orchis sive Testiculus & Cynosorchis, Ang.

Orchis prior Dioscoridis, Corn.

Orchis primum genus, Dod. gal. Lugd. Thal.

Testiculus s. Matth. 3. Lac.

Cynosorchis, Ad.

Testi-

Testiculus latifol. Taber. & *Satyrion triphyl-*
ion, Eidem.

II. *Cynosorchis latifolia* hiante cucullo
altera.

Cynosorchis mas nostra, vel 4. *testiculus*, Trag.

Cynosorchis nostra major, Lob. Lugd.

Cynosorchis prior, Dod. media, Cam.

Cynosorchis major 3. Tab. & altera, Ger.

Serapias Dioscordis, sive *Basilica Siderites*, vel
Erythræa, Gemmæ.

III. *Cynosorchis latifolia* spicâ compactâ.

Cynosorchis tertia, Dod. Lugd.

Cynosorchis major altera nostra, Lob.

Cynosorchis major quarta, Tab.

Cynosorchis palustris, Ger. ico.

Orchis, *Cynosorchis* & *Testiculus canis* major
flore incarnato, Cam.

Serapias Dioscordis secunda, sive *Orchis ba-*
silica altera syderites flore candidiore, Gem.

Satyrion sive *Orchis major rubra*, Svvertius.
du Bry.

IV. *Cynosorchis latifolia* hiante cucullo
minor.

Cynosorchis altera, Dod. Lugd. Tab.

Cynosorchis major, Ger.

Cynosorchis majoris secunda species, Lob.

Hæc communiter latoribus, rarius angustiori-
bus folijs reperitur.

V. *Cynosorchis angustifolia* hiante cucul-
lo: quæ 1. in Prod.

CYNOSORCHIS MILITARIS.

I. *Cynosorchis militaris major*.

an *Testiculus* 4. cum *Cynosorchide* 2. Trag.

Testiculus alius tertio loco, Cord. hist.

Cynosorchis quarta, Dod.

Orchis strateumatica sive *stratiotes major*, sive
militaris, Gemmæ, quæ *Basilica* 3. Lob.

Orchis strateumatica major, sive *Basilica tertia*
Gemmæ, Lugd.

Orchis latifolia altera, Clus. pan. & hist.

Testiculus 5. militaris, Tab.

Ornithophora candida, Ger. ico.

Orchis purpurea, du Bry.

II. *Cynosorchis militaris media*.

Orchis flore rubro elegantissimo, Clus. pan. at
secunda, Eid. in hist.

III. *Cynosorchis militaris minor*.

Orchis strateumatica minor Gem. Lob. Lugd.

Orchis strateumatica, Ger.

Testiculus strateumaticus minor, Tab.

IV. *Cynosorchis militaris montana* spicâ
rubente conglomeratâ: quæ 2. in Prod.

V. *Cynosorchis militaris pratensis elatior*,
floribus variegatis: quæ 3. in Prod.

VI. *Cynosorchis militaris pratensis hu-*
milior.

Orchis Pannonica 4. Clus. pan. & hist.

Orchis minor flore incarnato, Eyst.

Orchis Pannonica, du Bry.

Hujus species altera ampliore, crassiore &
longiore spicâ.

VII. *Cynosorchis montana* purpurea o-
dorata.

Orchis quinta odora serapiada Diosc. Trag.

Orchis quarta Dodonæo, Lugd.

Testiculus primus, Matth. species 4. Eidem
comp.

Testiculus candidus, Cord. hist. ico.

Orchis fœmina, major, Fuch.

Orchis fœmina, Eid. ico. Tur.

Orchis tertium genus, Dodon. gal.

Testiculus 12. Taber.

Major & minor habetur, quare species duæ
Trago.

VIII. *Cynosorchis obscurè* purpurea o-
dorata.

Orchis Pannonica terria, Clus. pan. & hist.

Cynosorchis flore purpurascente, Eyst.

IX. *Orchis globoso* flore.

Orchis rotunda Dalechampij, Lugd.

an *Orchis* species, floribus quasi in umbella,
Thal.

X. *Chamæorchis alpina* folio gramineo:
quæ 4. in Prod.

ORCHIS MORIO.

I. *Orchis morio* mas folijs maculatis.

Satyrion mas, Brunf. *Cynosorchis*, Eid. Ang.

Testiculus 1. Matth. icon. 4. Eidem folio, Lac.
Castor.

Orchis altera *Dioscoridis*, Corn.

Orchis mas angustifolia, Fuch. Tur.

Orchis mas minor, Lon.

Orchis Delphinia palustris, Gem.

Orchis 2. genus, Dod. gal. Thal.

Testiculus morionis mas, Dod. Lugd.

Cynosorchis morio, Lob. Franc.

Cynosorchis morio mas, Tab.

Cynosorchis maculata, Ger.

Satyrion Apulei, Svvert. du Bry.

Flore est purpureo, vel ex roso candido, purpureis maculis notato.

II. *Orchis morio* folijs sessilibus maculatis.

Cynosorchis delphinia sessilibus maculosis obtusioribus folijs, flore purpureo violaceo, caule sesquicubitali, Lob. ico.

Cynosorchis maculata, Tab.

Cynosorchis morio mas, Ger. ico.

III. *Orchis* folijs sessilibus non maculatis.

Orchis colore vario, vel s. Clusij, pan. & hist. descript.

Variat floris colore, modò purpureo saturatiore, modò dilutiore, modò carneo, modò omnino lacteo; nunc maculis, interdum nullis, asperfis.

IV. *Orchis morio* fœmina.

Testiculi species tertia, Matth.

Testiculo alteri adjungit, Lac.

Orchis, sive *Cynosorchis* fœmina minor, Fuch.

Orchis angustifolia fœmina altera, Fuch. ico.

Orchios tertium genus, Dod. gal.

Orchis delphinia montana, Gem.

Testiculus morionis fœmina, Dod. Lugd.

Cynosorchis morio fœmina, Lob. Lugd. Ger.

Cynosorchis morio 3. Tab. *Cynosorchis* fœmina, Eystet.

an *Testiculus* alius, Cord. hist. Ab hac sola radice, triplici bulbo constante differt, quæ

Triorchis Serapias mas, Fuch. Lugd.

Triorchis mas minor, Fuch. in ico. Tur. Tab.

Triorchis mas, Lon.

Orchis Serapias mas, Dod. gal.

Huc referri potest

Orchis angustifol. fœmina altera, Fuch. ico.

Orchis, sive *Cynosorchis* fœmina minor, Fuch.

Orchios quartum genus, Dod. gal.

Orchis morio minor, folijs maculatis.

Cynosorchis minimis & secundum caulem pe-

dalem & cubitalem maculosis folijs, floribus purpureis, Lob. ico.

Satyrion maculosum, Svvert.

VI. *Orchis* flore nudi hominis effigiem representans, mas.

Orchis Antrophora oreades altera, Colum.

VII. *Orchis* flore nudi hominis effigiem representans, fœmina.

Orchis antropophora oreades, Colum.

VIII. *Orchis* flore simiam referens.

Orchis Zoophora cercopithecum exprimens Oreades, Colum.

ORCHIS FOE TIDA.

I. *Orchis baibata* odore hirci, breviore latiore que folio.

Tragorchis, Dod. gal. maximus, Ger.

Testiculus hirci, Dod. Lob. obs. primus, Tab.

Testiculus, sive *Tragorchis*, Ad.

II. *Orchis* odore hirci longiore angustiore que folio.

Testiculus hircinus vulg. & leporis *testic.* Lob.

Testiculus hircinus secundus, Tab.

Testiculus linguâ bifurcatâ, Cæs.

Orchis saurodes, vel *teincophera lacertarum* æmulatione, Gemmæ, Lugd.

Testiculus hircinus vulgaris, Lugd.

Tragorchis mas, Ger.

III. *Orchis* odore hirci minor.

Tragorchis minor & verior, Gem. sive *Coriomites*, vel *coriophora* flore instar cimicum, Lob.

Tragorchis minor & verior, Lugd.

Testiculus hircinus tertius minor, Tab.

Tragorchis fœmina, Ger.

IV. *Orchis* odore hirci minor spicâ purpurea rascente.

Orchis Batavica sexta, Clus. hist.

V. *Orchis* spicâ purpureâ fœtida.

Orchis tetterimo odore fœtida, Clu. pan. & hist.

ORCHIS SERAPIAS.

Serapiades dicuntur, quod horum flores insecta fœcunda & lasciva referant, tanquam à Serapiade Alexandrinorum olim Deo nomen habentia: cuius templum excellens Canopæ erat, ubi lascivis, cantibus & saltationibus colebatur, Strabone 17. sua Geographia referente.

I. *Orchis bifolia latissima*.

Orchis bifolia maxima, Clus. pan.

Orchis prima amplissimis folijs, Clus. hist.

Orchis bifolia latifolia, Thal.

II. *Orchis bifolia altera*.

Orchis latifolia altera, Clus. pan. & hist.

Orchis hermaphroditica, Lug. Ger. secund. Gem.

Testicul. vulpin. Eyst. hermaphroditicus, Tab.

Orchis psychodea diphylla, Lob.

Orchis bifolia, Tab.

Testi-

Testiculi species quinta, Cam. epit.

III. Orchis alba bifolia minor calcare oblongo.

Orchis altera serapias, Gef. cat.

Orchis altera Satyrium vulgo, Ang.

Orchis serapias, Bras. at primus, Dod. Lugd.

Orchis bifolius, Cam. Orch. fl. albo minor, Eyst.

Testiculus bifolius, Cord. hist.

Testiculi tertij species prima, Matth. Lugd.

Testiculus vulpinus, Franco.

Testiculus vulpinus primus, Lob. latifol. Tab.

Satyrium trifolium, Eid.

Orchis Ornithophora, Ger. ico.

Orchis flore albo, du Bry. minor & *Testiculus leucanthemos*, Eyst.

IV. Orchis trifolia major.

Testiculus sacerdotis, Ruel.

Orchidis undecima species, Trag.

Testiculus candid. odorat. major, Cord. hist.

Testiculus vulpis, Dod. gal. Lugd.

Satyrium trifolium, Fuch. Tur. Lon. qui tres bulbos adpingit.

Triorchis trif. Tab. & triorch. major mas, Eid.

Satyrium trifolium, Ama.

Flore communiter est candido: reperitur & purpureo: si quis cum praecedenti eandem volunt, facile assentiemur.

V. Orchis trifolia minor.

Culices minores triphyllæ, Lob. ico.

VI. Orchis hermaphroditica.

Orchis batrachites, Gem. Lob. Tab. Lugd.

Orchis Melittias, Ger ico.

VII. Orchis fucum referens major foliolis superioribus candidis & purpurascientibus.
an *Orchis Serapias Dioscoridis.*

Satyrium quartum, Brunf.

Orchis sexta, & *Satyrium alterum*, Trag.

Orchis five Testiculus minor violaceis floribus, Cord. hist.

Orchis serapias foemina, Dod gall.

Orchis serapias secundus major, Dod. Lugd.

Orchis secunda species Dodonæi, Lugd.

Orchis sphegodes, Gem. Lob. ob. Lugd.

Testiculus vulpinus major, Lob. ico.

Testiculus 7. sphegodes, Tab.

Orchis strateumatica, Ger. ico.

Testiculi species 2. Matth. Lac.

Testiculus figura & colore apem referens, Cæf.

Orchis serapias 2. Dodonæi, Lugd. Eyst.

Triorchis foemina, Fuch. Lon.

Satyron floribus apes referens, Tur.

Satyron, *testiculus vulpinus*, Svvert. du Bry.

VIII. Orchis fucum referens flore subvirente.

Orchidis sextæ species altera, Trag.

Testiculus vulpinus minor, Ad.

Orchis serapias secunda minor, Dod.

Orchis melittias five apis cadaverulum exprimens, Lob. Lugd. Tab.

Triorchis foemina, Tab.

Orchis myodes & *Testiculus vulpinus major*, Ger. ico.

IX. Orchis fucum referens colore rubiginoso.

Testiculo vulpino similis minor, Ad.

Testiculus vulp. 2. sphegodes, Lob. ico.

Satyron minus, Svvert.

Hæc non longè Monspelio in pratis à Lat-
tes, cæruleis, punctatis, albis, pallidis, purpu-
reis, variegatis floribus, reperitur.

X. Orchis muscam referens major.

Orchis myodes altera, Gem. Lob. Lugd.

Testiculus muscarius quartus, Tab.

XI. Orchis muscæ corpus referens minor,
vel galeâ & alis herbidis.

Satyron exiguum & 7. Trag. *Satyrium*, Tur.

Testiculus pumilio, Cord. hist.

Orchis quintum genus, Dod. gal.

Orchis angustifolia foemina tertia, Fuch. ico.

Orchis foemina minor, Lon.

Orchis serapias tertius, Dod.

Orchis myodes prima, Gem. Lob. Lugd.

Testiculus muscarius primus, Tab.

Serapias batrachites, Ger. ico.

Triorchis serapias tertius, Lugd.

XII. Orchis muscam referens lutea.

Testiculus vulpinus luteus, Ad.

Orchis myodes lutea Narbonensis, Lob. Lugd.

Testiculus muscarius tertius luteus, Tab.

Orchis myodes minor, Ger. ico.

Orcheos genus humile, Lugd.

XIII. Orchis angustifolia.

Testiculus 16. minor, Tab.

Orchis andrachnites, Ger. ico.

*XIV. Orchis papilionem expansum her-
bacei coloris referens.*

Cynosorchis quintus, Dod.

Orchis Ornithophora, vel *ornithes folio lœvi*,
Gem. Lob. Lugd.

Testiculus vulpinus, Tab.

Orchis Ornithophora folio maculoso, Ger. ico.

L 2 Orchis,

Orchis, du Bry.

XV. *Orchis papilionem referens, folijs maculatis.*

Orchis ornithophora folio maculoſo, Gem. Lob. Lugd.

Testiculus 15. Ornithophorus, Tab.

Testiculus sphegodes, Ger. ico.

Variat foliorum forma, est prægrandibus, parvis, ovalis figuræ ex acuto in latum, vel in rotundum definentibus: florum colore purpureo, subpurpurascente, albo.

XVI. *Orchis papilionem referens angustifolia alba.*

Ornithophora candida, Lob. ico.

Orchis ornithophora alba, Lugdun.

XVII. *Orchis araneum referens.*

Orchis andrachnitis, Lob. ico.

XVIII. *Orchis montana Italica flore ferrugineo lingua oblonga: sub Orchide 5. in Prod. desc.*

Testiculi tertij species prima, Matth. fig. major.

Testiculi 3. species Matthioli, Lugd. fig. 2.

Testiculus 13. Taber.

XIX. *Orchis montan. Ital. lingua oblonga altera.*

Orchis macrophylla, Colum.

MONORCHIS ET TRIORCHIS.

I. *Orchis odorata moschata, sive Monorchis.*

Orchis pufilla pallida odorata, vel 6. Clus. pan. at 7. in hist.

an Testiculi species minor bulbo singulari, Gef. hort.

Variat folio breviore, latiore, longiore, & angustiore.

II. *Orchis lutea hirsuto folio.*

Orchis Frisia littoralis, Lob Lugd. qui & quinta junxit.

Orchis Frisia, Ger.

Testiculus luteus, Tab.

III. *Triorchis lutea folio glabro.*

Triorchis lutea, Gem. Lob. Lugd. Triorchis lutea 2. Tab.

Testiculus odorat. Ger. quem cum seq. junxit.

Modò terni, modò quaterni pufilli, penduli testiculi subsunt.

IV. *Triorchis lutea altera.*

Orchis minor Leodiensis, Lob.

Triorchis lutea, Gem. Lugd. prima, Tab.

V. *Triorchis lutea radice oblonga.*

Triorchis lutea tertia Gemmæ, Lobel. (qui in icon. etiam 2. junxit, ut & Lugd.) Tab.

Orchis Leodiensis, Ger.

VI. *Triorchis, vel Tetroorchis alba odorata major.*

Tetroorchis, vel Triorchis alb. spiralis, vel autumnalis, Gem. Lob. Lugd.

Testiculus odoratus major, Dod.

Triorchis, Ger. Triorchis odorata, Tab.

Aliquando ternos, aliquando quaternos testiculos oblongos fibrosos obtinet.

VII. *Triorchis alba odorata minor.*

Satyrium 3. vel odoriferum, Brunf.

Testiculus candid. odorat. minor, Cord. hist.

Testiculus odoratus, sive Orchis spiralis minor, Lob.

Testiculus odoratus, Ad. Lugd.

Testiculus odoratus minor, Dod. Tab.

Orchis flore albo odorato, Cam.

VIII. *Pseudoorchis.*

Orchis minor radice repente, Cam.

Palma Christi radice repente, Ger.

Orchis repens, Eyst.

IX. *Chamæorchis lilifolia.*

Orchis lilifolia minor fabuletorum Zelandiæ & Bataviæ: sive

Chamæorchis aggerum Zelandiæ & Bulbo eriphoro similis bulbus, Lob. ad. part. 2.

an Pseudoorchis μονόφυλλη, Clus. hist.

ORCHIS PALMATA ET Satyrion.

Q uas Orchides palmatas vocamus, eas recentiores Satyria basilica nominant. Brunfelsius verò & Tragus, Orchidum fæminas faciunt, eò quod præter duas radices instar duarum palmarum junctas (hinc vulgo Palma Christi) notam impudicam, vulvæ muliebri similem, habeant. Digitos citrinos Avicenna, Matthiolus censem.

Diosco-

Dioscorides lib. 3. cap. 143. 144. οὐδέπον duplex proposuit: alterum, quod alij τεῖφυλλον vocant, quod ut plurimum terna folia, rumici aut lilio similia, sed minora atque rubescens habeat, caule nudo cubitali: flore lilij candido: radice bulbosa mali magnitudine, rufa, intus alba, ovi instar, sapore dulci, orige grato.

Alterum εὐθέαν sive εὐθεάν cognominatum, quod semine est lini majore, firmo, splendente ac levi: radicis cortice aliquantum gracili ac rufa, internè alba, dulci & gratā: quæ non secus ac prior venerem potenter stimulat. Plinius, Satyrium cum Orchide confundit, ut lib. 26. cap. 10. videre est, & Satyrii aliud genus erythraicon appellari scribit.

Matthiolus videtur ad descriptionem Dioscoridis, duplex Satyrium proposuisse: de utroque autem dubitatur.

Satyrium.

I. Satyrium primum, Matth. Lugd.

Satyrium trifolium, Cast.

Hoc alij Phallum Hollandicum, alij Faufel, cui tria folia afficta sint, censem.

II. Satyrium erythronium, Matth. Lugd. Cast.

De utroque dubijs sumus, & Camerarius in suo emaculato Matthiolo omisit.

III. Satyrium è Guinea, Rob. Svvert. nec dum vidimus.

Orchis palmata.

I. Orchis palmata pratensis latifolia longis calcaribus.

Palma Christi major, Matth. desc. Franco.

Palma Christi altera, Cord. hist.

Palma Christi & Serapias mas laevi folio, Lob.

Palma Christi mas, Ad. Ger. prima, Tab.

Satyrium basilicum, Corn.

Satyrium basilicum mas, Ges. col. Dod. Lon. descript.

Satyrium basilicum majus recentiorum, Lugd. descript.

Satyrium recentiorum Græcorum, & basilicum mas latifolium alterum, Thal.

Palma Christi erecta variegata, Eyst.

Satyriion sive Palma Christi, Svvert.

Flores saturato rosei, maculis purpurascen- tibus insigniti.

II. Orchis palmata pratensis angustifolia major: quæ 6. in Prod.

Palma Christi 3. Eyst.

III. Orchis palmata pratensis maculata.

Orchis fœmina altera, Trag.

Satyrium basilicum Græcor. & officin. Christi- palma, Ruel.

Satyrii genus, basilicum Græcum, Ges. cat.

Satyrium basilicum fœmina, Ges. col. Lon. Dod.

Palma Christi, Ama. Cord. hist. Cæs.

Palma Christi fœmina, Ad. Ger.

Palma Christi maculata, Tab. Franco, Eyst.

Palma Christi, serapias fœmina pratensis, Lob.

Satyrium fœmina folijs maculatis, Thal.

Serapias fœmina pratensis, Lugd.

Orchis serapias, Cam.

Satyriion fœmina, Svvert. du Bry.

Variat: flore, qui in purpura vel rubet, vel dilutè ad cœruleum inclinat, vel albus est: vel variegatus, albis maculis ac venulis rubescen- tibus distinctus: interdum maculis caret: hoc Palma Christi erecta flore candido & fl. varie- gato, &

Palma Christi candidis floribus, Eyst.

IV. Orchis palmata pratensis maxima.

Cynosorchis macrocaulos, sive conopsæa, sive galericulata, Gem. Lob.

Cynosorchis conopsæa, Lugd.

V. Orchis palmata minor calcaribus ob- longis.

Serapias minor, Lob. minor rubra Gemmæ, Lugd.

Serapias minor nitente flore, Ger.

Palma Christi minor mas, Tab.

VI. Orchis palmata angustifolia minor.

Satyrium fœmina, Brunf.

Satyrium alterum, Trag. desc.

Orchis fœmina, Trag. ico.

Palma Christi major, Matth. ico. tertia, Cord. hist.

Satyrium basilicum majus, Lugd. ico.

Satyrium basilicum mas, Fuch. Dod. gal. Lon. ico.

Satyrium basilicum mas, tenuifol. Thal.

Satyrium regale, Tur.

Palma Christi fœmina, Tab.

Palma Christi peregrina flore rubro, Eyst.

VII. *Orchis palmata angustifolia minor odoratissima*: in *Phytopinace*, & sub 7. in *Prod. descripta*.

VIII. *Orchis palmata caryophyllata*.

Orchis serapias caryophyllata, Lob. ico.

IX. *Orchis palmata sambuci odore*.

Orchis serapias 7. *Clus. pan. Pannonica* 8. hist.

Duplex est: 1. floribus exalbidis, foliolis sub floribus pallidis. 2. floribus purpureis, foliolis purpurascensibus.

X *Orchis palmata batrachites*.

Serapias batrachites, vel *Myodes*, Lob. ico.

XI. *Orchis castrata*.

Satyrion castratum vel *eunuchum*, Lob.

Satyrion castratum, Gemmæ, Lugd.

Testiculus sextus castratus, Tab.

Serapias castratum, Ger.

XII. *Orchis palmata palustris latifolia*.

Serapias palustris latifolia, Lob. Ger.

Satyrion basilicum foliosum, vel 3. Dod.

Satyrion basilicum mas latifolium 1. Thal.

Cynosorchis palustris platyphylla, Gemmæ, Lugd.

Palma Christi palustris, Franco 3. Tab.

Satyrion latifolium, Svvert. du Bry.

Palma Christi flore purpureo, Eyst.

XIII. *Orchis palmata palustris altera*.

Serapias palustris altera leptophylla, Lobel. Lugd.

Cynosorchis palustris altera, Gem. & Ger.

Testiculus galericulatus, Tab.

XIV. *Orchis palmata palustris tertia*.

Cynosorchis palustris lævi folio, Lob.

Cynosorchis leptophylla, Gem. Lugd.

Palma Christi palustris 2. Tab.

Serapias palustris latifolia, Ger.

XV. *Orchis palmata palustris maculata*.

Cynosorchis palustris altera lophodes, vel *nephilodes*, Gem. Lob. Lugd.

Palma Christi palustris 1. Tab. Ger.

XVI. *Orchis palmata palustris tota rubra*.

Cynosorchis Dracontias, Gem. Lob. Lugd.

Tragorchis, Tab. ico.

Serapias palustris leptophylla, Ger. ico.

XVII. *Orchis palmata flore viridi*: quæ 8. in *Prod.*

XVI. I. *Orchis palmata montana maxima*: quæ 9. in *Prod.*

XIX. *Orchis palmata montana altera*.

Serapias montana folio lævi, & *Cynosorchis montana*, Lob.

Serapias maxima folio lævi, Gem. Lugd.

Serapias mont. Tab. Serap. garyophyll. Ger. ico.

XX. *Orchis palmata montana maculata*.

Cynosorchis mont. folio maculoso, Gem.

Serapias candido flore (montana) Lob. Lugd. Ger.

Palma Christi major, Cast.

Palma Christi maculata montana, Tab.

Satyrion folijs maculatis, Svvert.

XXI. *Orchis palmata angustifolia alpina nigro flore*.

Satyrion basilicum alpinum, Gef. hor.

Satyrion basilicum odoratiss. Gef. cat.

Satyrion basilicum minus, Dod.

Palma Christi minor, Matth. Lugd. Franco. Cast. descript.

Orchis minor odoratus, Ad.

Palma Christi minor fœmina, Tab.

Orchis serapias odoratiss. flore minima alpina, Cam.

ORCHIS ABORTIVA.

I. *Orchis abortiva fusca*.

Coaguolum terræ Plinij quibusdam.

Satyrion nonum, Trag.

Orobanche, Gef. col.

Orchis sylvestris, Lon.

Neottia, Dod. Franco.

Nidus avis, Dod. gal. Lob. ico. Lugd. Eyst.

Satyrion abortivum (pec. Hypocistidis) Lob. ico. part. alt. & Ger.

Orchis abortiva Lobelij, Clus. hist. an *Orobanche prima*, Tab.

II. *Orchis abortiva violacea*.

Limodoron Austriacum, Clus. pan.

Pseudolimodoron, Eidem hist.

OPHRIS.

A *D* Orchides propter florū formam referenda videtur Ophrys à Plinio lib. 6. cap. 15. nomizata, quam vocem aliqui Superciliū reddunt.

I. Ophrys

I. Ophrys bifolia.

Perfoliata sylvestris mas, Brunf.

Satyrium io. & bifolium, Trag.

Alisina, Cord. Ges. hort.

Ophrys, Matth. Fuch. Ang. Ges. cat. Cast. Tab.

Cam. Cæf. Thal. Franc.

Bifolium, Dod. gal. Ad. Lob. Lon. Cam.

Pseudoorchis seu bifolium, Dod.

Ophrys bifolia, Ger.

Est major & minor, tam in hac, quam in trifolia.

II Ophrys trifolia.

Perfoliata sylvestris foemina, Brunf.

Ophrys trifolia, Tab. Ger.

III. Ophrys bifolia bulbosa.

Pseudorchis, seu Bifol. bulbosa, Dod. ed. Belg. & post.

IV. Ophrys minima: in Prod. descripta. an Ophrys pumilum & tenellum genus, Clus. cur. post.

D E N S C A N I S.

I. Dens canis latiore rotundioreque folio.

Mithridatium Cratevæ Plinij, Ang. Cæf.

Pseudohermodactylus, Matth. Lugd. Tab.

Hermodactylus Mesuæi, folio maculoso, &

Dens canis, Gesn. hort.

Satyrium erythronium, Ges. col. Ad. Lob. ico.

Taber.

Dens caninus, Dod. (Ephemero Diosc. convenientis) Cæf. Cam. Ger.

Dentali i. Clus. pan.

Dens caninus purpurascente flore, Clus. hist.

Satyrium & Dens caninus, Lob.

Satyrium rubrum Dalech. Lugd.

Dens canis flore rubro, Eyst.

Flos ex purpura rubet, aut candore micat, aut purpura ex candore confusis paller: qui flore rubro est, maculis rubris: qui albo, lacteis maculis variegatur: sic folia aliquando maculata, aliquando ijs carent: & communiter bina habet: tantum bina, Cæsalp. plurimum terna, Advers. raro terna, Clus. quina etiam, Lugd.

II. Dens canis angustiore longiore folio.

Erythronium flore albo angustioribus folijs, Lob. ico.

Dentali 2. Clus. pan.

Dens caninus albo flore, Clus. hist. Cam. Eyst.

Satyrium trifolium & Satyrium Dalech. Lugd.

Flos lacteus, aut ex purpurascente alboque mixtus.

O R O B A N C H E.

O'Πολέαγχη, Ervagina Gazæ, quod ὄροσον ἀγχη, ervum strangulet, dicitur. Duplex est, aliud Theophrasti 8. hist. 8. aliud Diſcoridis l. 2. c. 172. & Orobanche Plin. l. 18. c. 17. & l. 22. c. ult. nominatur.

I. Orobanche major garyophyllum olens.

Limodorum (quasi famem adferens) Theophrasto.

Orobanche, Diſcorid. Galen. Oribas. Äginet. Aëtio.

Cynomorion, à canini genitalis similitudine, Plinio.

Leonina herba, Hermolao, & Legumen leoninum, Ruel.

Leo herba, Constantino.

Orobanche, Matth. Ama. (herba tauri, vel vacca) Ang. Cord. in Diſcor. Lac. Ges. cat. (Leontobotan) Lon. Lob. Cast. Thal. Cæf. Eyst.

Orobanche vera, Ges. hort.

Limodoron, sive Orobanche, Dod.

Orobanche i. Clus. hist. altera, Lugd. Tab.

Rapum genistæ, Dod. gal. Ger.

Variat: quæ genistæ vulgari adnascitur, flore est subviridi: quæ Hispænicæ, floribus majoribus luteis.

Hæc semper alicujus vicinæ plantæ fibris adnascitur: observavi ad Genistam, florem tinctorum, Hieracium Sabaudum, Trifolium, Astragalum sylvaticum.

II. Orobanche flore majore, ex cœruleo purpurascente: quæ i. in Prod.

III. Orobanche Monspeliaca floribus oblongis.

Orobanche major, Lob. ico.

Limodorum Monspeliacum, Clus. pan.

IV. Oro-

IV. Orobanche majore flore.

Orobanche quarta, Lob. ico.

Orobanche, Eystet.

V. Orobanche quæ Hypopytis dici potest:
quæ 3. in Prod.

VI. Orobanche ramosa.

Orobanche 5. Lob. ico.

Orobanche altera brevior & ramosa, Cæs.

Orobanche, Cam. ad Matth.

Orobanche 3. πολύπλακτη, Clus. hist.

Variat: floribus aliquando cæruleis, ali-
quando purpurascensibus, aliquando subalbi-
dis, & libenter inter Cannabem nascitur.

VII. Orobanche radice dentata major.

Dentaria major, Matth. Lob. Lugd. Cam. Fran-
co, Ger. Eyst.

Anblatum (id est aphyllon, quod folijs careat)

Cord. hist. Dodon. (& radix squamata) Thal.

Squamatio, Lon.

Dentaria major, sive ἀφυλλητη. Clus. pan. & hist.

Dentaria absque folijs, Cast.

Dentaria crocodilia, Tab.

Arachidum è genere Orobanches, Cæs.

Ægolethros Plinij, malus Henricus vinitori-
bus, Ges. in hist. bovis & col.

VIII. Orobanche radice dentata minor.

Dentar. ἀφυλλητη altera, seu min. Clus. pan. & hist.
an Anblati species minor, Thal.

Clusius, suæ flores ex albo purpurascentes
tribuit: Thalius, candidam totam scribit.

IX. Orobanche radice coralloide.

Dentaria ἀφυλλητη 3. Clus. pan.

Dentaria coralloide radice, Clus. hist. Eyst.

Dentaria minor, Ger. aphyllos minor, Tab.



CASPARI BAUHINI
PINACIS THEATRI BOTANICI
LIBER TERTIVS.
OLER A ET OLERACEA.

SECTIO PRIMA.

RAPA: RADICES INDIS EDVLES: RAPVNCL-
lus: Campanula: Rapistrum: Napus: Raphanus: Lepidium: Ibe-
ris: Dracunculus esculentus: Eruca: Sinapi: Rheseda: Luteo-
la: Erysimum: Hydropiper, sive Persicaria: Capsi-
cum, sive Piper Indicum.

RAPA ET EJUS SPECIES.

Rapa, quasi ruapa, quod è terra eruatur, Varroni l.4. ling. Lat. at verisimilius à Graco
ῥάπανος, Athenaeo l. 9. c. 2. ῥάπινη, Dioscoridi l.2. c.134. à rotunda orbiculariue radicis
figura. Genera: Theoph. l.7. hist. 4 ait alios diversitatem generis putare, alios negare, sed mare
tantum fæminaq; differe, & ambas ex eodem semine nasci, sed ut effæminentur raras de-
ponendas: nam si densa positæ sint, omnes masculescere: at 7. hist. 6. Rapæ sylvestris meminit.
Sic Dioscorides, sativum & sylvestre agnoscit. Plin. l.18. c.13. Gracos secutus, duo prima fecit
genera, masculum, fæmineumq; & modum eas ferendi ex eodem semine. Species verò omni-
um tres (addit) aut in latitudinem fundi, aut in rotunditatem globari; tertiam speciem
sylvestrem appellavere, in longitudinem radice procurrente: & l.19. c.5. Medici, masculini
sexus faciunt in his rotunda: latiora verò concava fæminini.

Dividimus in sativam & sylvestrem: illam in longam & rotundam, sive fæminam
& marem: rotundam, in sessilem & orbiculatam. Rapa non solum in India tam ferax
est, ut ea in vijs quoq; publicis sponte proveniant: ita ut cum Indi in nonnullis locis agros
frugibus constituri essent, propter ingentem Rapaum propaginem, ab instituto ipsis desisten-
dum fuerit: Joseph. Acosta l.4. c.18.

I. Rapa sativa rotunda.

Rapa mas, Theoph. Plinij: Rapum, Dioscorid.

Rapa sativa, Brunf. Cord.

Rapum sativum, Fuch. Ruel. vulgare, Trag. Dod.

Rapum vel Rapa, Ang. Tur. Lac. Gef. hor. Cast.

Rapum rotundum, Matth. Lon. Ama.

Rapum sessili rotunditate, Cæf.

Rapum majus orbiculat. seu turbinat. ad. Lob.

Rapum sativum orbiculatum, Lugd.

Rapum orbiculatum, Franco, Taber.

Rapum rotundum, utrumque majus & minus,

Taber.

Rapum majus & minus rotundum, Ger. at ro-
tundum Rapum utrumq; sub Buniade.

Variat colore externo radicis, viridi, candido, puniceo, obsoletè nigrante: habentur aliquando in Alsatia, quæ foris & intus flavescent: magnitudine & parvitate, Plinius & Tragus 40. Amatus verò 50. & 60. libras excedentes viderunt: communiter forma tuberosa, raro globi instar orbiculata, frequentius in latitudinem effusa.

II. Rapa sativa oblonga, seu fœmina.

Rapa fœmina, Theophr. & Plinio.

Rapum oblongum, Trag. oblongius, Dod.

Rapum longum, Matth. Lon. Cast. Lugd. Franc. Tab. qui majus & minus facit: utrumque sub Raphano sativo Gerardus habet.

Rapum tereti, rotunda, oblongaque radice, Ad. Lobel.

Rapa oblonga, Ama. Cæf.

Aliquando cubitalis, rariū sesquicubitalis est: sic 30. librarum Matthiolus notavit.

III. Rapa sylvestris: & Cæf.

Rapum sylvestre, Matth. Lugd. Rab. Ger.

Rapum sylvestre non bulbosum, Ad. Lob.

RADICES VARIAE, QVIBVS INDI vescuntur & utuntur.

Quemadmodum varijs fructibus ob insignem arborum fructiferarum varietatem vesicimur: sic in India Occidentali, varijs radicibus in cibis utuntur. Quare Josephus Acosta lib. 4. c. 18. vel par. 9. Ind. Occid. recenset, Papas (de qua inter Solana agemus, Solani tuberosi esculenti nomine) qua ipsis precipua est, Manihot, Ocas, Yanocas, Camotes, Batates, Xiquimas, Yuca, Cochuchro, Cavi, Totora, Mant: addens & alias infinitas esse, & inter catervas Batates, quæ instar cibi delicati & suavissimi comeduntur. Sic etiam radices ex Hispania ad Indos delatas magis propagari, quam Indicas, si in Europam deferantnr. Et Ulricus Faber, ut in par. 7. Amer. cap. 9. habetur, apud Caricos Indie populos, Triticum Turicum, vel Meijis & Mandeochede, Padades, Mandeoch parpij, Mande poere, Manduris, YVache Ku, &c. invenisse refert.

I. Rapum Americanum folijs Bryoniæ. an Oetum Plinij l. 21. cap. 15. mandunt (scilicet Ægyptij) & Oetum, cui pauca folia minimaq; verum radix magna. οὐρον (alij οὐρον legunt) sive Vingum ut Gaza reddit, Theophr. l. 1. c. 11. quod Ægyptij Vingum appellant, folia habet ampla & germen pusillum, sed radix longa & in modum fructus, & cibo idonea.

Hetich Indis & Æthiopibus, Dalech. in Plinij.

Hetich Americanum Theveti, Lugd. Lerio desc. Bras. c. 12.

Radix rapis magnis similis, longitudine se- quipedali, crassitudine amborum pugnorum: cujus tres species Lerius censet: nam inter coquendum alia violaceum, ceu pastinacæ: alia aureum, ut cotonea mala: alia denique album colorem acquirit.

II. Rapum Brasiliandum, sive Americanum alterum.

Ignane in Insula S. Thomæ, Scalig. Lugd.

Ignanes, Advers.

Iniamos in Guinea cibus Negritarum vulgarissimus, quo & panis loco utuntur: par. 6. Ind. Or. c. 38. & 57. & Linscot. par. 4. Or. c. 11. Ingnamos, par. 6. Ind. Or. c. 12. & 23. Inhame Lusitanorum, sive Igname, Cluf. hist. & notis in Garzi.

Tres species propter medullæ colorem: at lutea, Carotæ colore in pretio est: magnitudine etiam variat: ac Clusius duplex genus agnoscit.

Alterum à priore differens cortice inéquali & tuberculis obsita, cum viticulis spinosis, quam Ycam Peru nominant.

III. Mandioca: radix in Insula S. Catharinæ: hist. Brasil. sive par. 3. Amer. c. 4. 9. 11. 15. 17.

IV. Manihot Indorum, sive Yuca folijs canabinis.

Arachidna, Theophr. & Aracidna Plin. quibusd. Manihot, Theueto, Lugd. Lerio desc. Bras. c. 8.

Yuca, Gomaræ hist. gen. Lugd. Joseph. Acosta l. 4. c. 17.

Yuca

Yuca Peruana, Frag.

Jucca, Benzoni, l.i. c.28. vel par. 4. Ind. occid.

Mandeochade radix apud Carios: par.7. Am.7.

Mandioca: par.3. Amer. l.i. c.4.9.17.

Cocushavy, Hariot in Virginea.

Hujus folium latum in septem lacineas divisum esse scribunt: at radix brachij crassitie, ex qua Indi farinam conficiunt, (par. 2. & 3. Amer.) qua cum carne & piscibus, ut nos pane utuntur: ex ea & placentas & panem conficiunt, quem Cazabis, Benzo: at Monardes & Acosta, Cacavi nominant: sic in Hispaniola ex hac secundarium panem, quem Cazabi vocant, conficiunt, (par.5. Ind. occid. 12.) ex his suco potionem parant: par. 3. Amer. lib.2. cap.15.

Huc referre oportet

Maniel folijs pœoniæ; par.3. Am. ep.2. de Bras.

V. Hatle radix in Florida, ex cuius farina in annonæ penuria panis fit: par. 2. Amer.

VI. Aypi Brasilianorum, radix sesquipedalis, femoris crassitudine, ex qua farinam duplum conficiunt: aliam percoctam & duram, quo diutius conservetur: aliam minus coctam & molliorem, panis candidi medullæ saporem referens: illam Ovy-entan, hanc Ovy-pou appellant folijs pœoniæ similitudine: Lorio de script. Brasil. sive par. 3. Amer. c. 8.

VII. Yuca folijs Aloës.

Yuca, Gerardo.

Yuca nova gloriosè elata & opinata, Lob. ad altera parte.

VIII. Batatas, Camotes Hispanorum, Clus. hisp. & hist. Lugd. Cast.

Battades, Ad.

Batata Hispanorum, Camotes sive Amotes & Ignames, Lob.

Batatas Indiæ occid. Benzoni, Monard.

Potates & Potate, quas Camotes nominant: par. 8. Ind. occid.

Camotes, Joseph. Acoftæ, lib.4. cap.18. Frag.

Batates radix: par. 9. Ind. occid. l.4. c.18. cibus

Nigritarum vulgaris: par. 6. Ind. orient. 38.

Batatas fructus in Angra; Linscot. par. 3. Ind.

orient. 6. & par. 4. cap. 12. & par. 8. & par. 9.

addit. Ind. occid.

Pina sive Batata radix: par. 8. Ind. occid.

Sisarum Peruvianum, Tab. Ger.

Radix Raphani prægrandis amplitudine: genera tria, corticis colore vel purpurascente, vel pallente, vel candido, quæ assata fructuum, vel leguminum loco Indis est.

IX. Hajas Indiæ occident. similis Batate, nisi quod minor & suavior sit: Benzon. sive par. 4. Amer. cap. 28.

Aies, Clusio.

X. Cochuchø, radix parya, dulcis, quam aliqui, quo magis in delitijs sit, condunt: Joseph. Acoft. lib.4. cap.18.

XI. Xiquimas, radix qua æstate utuntur ad refrigerandum sitimque sedandam: Idem, l. c.

XII. Mandeoch parpie, radix Castaneærum sapore: par. 7. Ind. occid. 7.

XIII. Mandeoch Mandapore, radix ex qua vinum conficiunt, l. c.

XIV. Bacheku radix: par.7. Ind. occid. c.18.

XV. Mandues, Carios populi edunt par. 7.

Ind. occid.

XVI. Mandepore: apud Siberos radix supra terram eminens amplissimis folijs, quæ aquam continet, non secus ac si in vase asservaretur, & ex radice sæpe dimidius cantharus exprimitur, qui colorem lactis habet, par. 7. Ind. occid. cap. 26. etiam ex hac radice vinum conficiunt: Idem cap.7.

XVII. Cardes radix, qua Indi ad levandum sitim utuntur: par.7. Ind. occid. c.3. & 21.

XVIII. Cassavi radix: par.8. Ind. occid.

XIX. Tagari, radix in Naupon pro lavando corpore: par. 4. Ind. orient. cap. 8.

RADICES VARIÆ IN INSVL A

Virginea.

R Adices quarum in Insula Virginea pro cibis usus est, Thomas Hariot recenset, & sunt Opinavv, Okcepenuk, Koishucpenauk, Tsinavv, Cocuschavy, Habascon.

I. Opinavv; idem cum Papas Acoftæ, quod scibus in panis penuria comedunt: Hariot.

Solanum tuberosum esculentum nominamus.

II. Okcepenuk, radix rotunda, capit is humani magnitudine, quam cum carnibus & pi-

scuntur, Hariot.

IV. Tsinavv; radix, Chinæ similis, ex cuius succo cum aqua, panis pinsitur, & puls, gelatinae similis, conficitur, Hariot.
V. Coccuschavv, Hariot; est Manihot Hariot.

Indorum, de quo ante.

VI. Habacon; radix magnitudine & figura pastinacæ, quæ cum alijs coquitur:

RAPUNCULUS ET CAMPANULA GLABRA.

Rapunculus vulgò dictus, γογγόλη ἀρπία, rapum sylvestr. Dioscoridis, lib. 2. cap. 135. male censetur: & à Plinio lib. 20. cap. 3. Rapi sylvestris nomine proponitur. Alijs fassione ejusdem, l. 22. c. 22. creditur, cuius tamen verba, ut quidam censem, rectius ad Smilacem lœvem referuntur. Erinus Nicandri & Dioscorid. l. 4. Erineon Plinij, l. 23. c. 7. ex Columna sententia. In hanc Classem & Campanula, à floris forma nominata, referenda sunt.

I. Rapunculus esculentus.

Raponeoli, Brunf.

Rapunculum vulgare, Trag.

Rapunculus, Matthiol. Lac. Dod. Camer. Tab.

Castr. Cæsf. Portæ.

Rapum sylvestre, Ges. hort. Fuch. Dod. gal.

Rapantium parvum, Ad. Lob. (& pes locustæ Avicennæ) Ger.

Rapunculus minor, Matth. & Dodonæi, Lugd.

Erinus Nicandri & Diosc. Colum.

Flore est cæruleo, purpureo, aliàs candidante.

II. Rapunculus minor folijs incisis.

Erinus, Cæsalp.

Erini seu Rapunculi minimum genus, Colum.

III. Rapunculus spicatus.

Rapunculum sylvestre, Trag. Lon.

Rapi syl. genus, in syl. & mont. Ges. hor.

Rapum sylvestre majus, Dod. gal.

Rapunculum alopecuron & Rapi sylvestris 6. genus, Dod.

Rapantium majus alopecuron comoso flore, Ad. Lob.

Rapunculus alopecuroides longa spica, Clus. hist.

Rapunculus syl. spicatus, Thal.

Rapunculus major Dodonæi, Lugd.

Phyteuma folijs Rapunculi, Cæsalp.

Rapunculus flore spicato purpureo & albo, Camer.

Rapunculus nemorosus primus, Tab.

Rapantium majus, Ger.

Spica vel longior, vel brevior alba, vel, cinericea; haecque variat folijs modo maculis nigris ad umbilicum notatis, & marem; modo non maculatis, & fœminam dicunt; est & coloris violacei elegantis & saturi.

IV. Rapunculus folio oblongo spicâ orbiculari.

Rapunculus Alopecuroides orbiculari penè spica, Clus. hist.

Rapantium corniculatum montanum, Colum.

Spicâ est orbiculari; folijs etiam variat.

V. Rapunculus scabiosæ capitulo cæruleo. Scabiosæ 3. genus sive ovium, Dodon. gal. Ges. hort.

Scabiosa minor, Dodon. ico. 3. descript. minor 5. Tab.

Scabiosa media servato angustifolio flore globulariæ, Ad.

Scabiosa media, Lob. Lugd.

Scabiosa ovilla, Cam.

Aphyllantes 1. Theoph. Lugd.

Rapantium alterum leptophyllum capitatum, Colum.

Scabiosa syl. minor cærulea, Eyst.

Caulis habet 5. 7. etiam 30. flores cæruleos, rariùs albos: folia aliquando crenata, aliquando solùm hirsuta.

Huc pertinet Rapunculus syl. spicatus cæruleus, Thal.

VI. Rapunculus umbellatus Sonchi folio.

Rapunculus Sonchi folio, Clus. hist.

VII. Rapunculus umbellatus latifolius.

Rapunculus syl. cæruleus umbellatus minor, Thal.

Rapunculus syl. umbellatus 2. Cam.

VIII. Rapunculus umbellatus angustifol.

Rapunculus syl. cæruleus umbellatus major, Thal.

Rapunculus syl. umbellatus 1. Cam.

IX. Rapunculus umbellat. folio gramineo.

Rapunculus syl. umbellatus 3. Camer. ico. ad. Thal.

Rapun-

Rapuntium alterum angustifolium alpinum,
Colum.

X. Rapunculus persicifolius magno flore.

Phyteuma, Matth. Lugd. Cam. Cæs.

Campanula cærulea sativa, Dodon. gal. sive
hortens. Lugd.

Campanula media, Dod.

Campanula hortensis persicæfolia laetificinio-
sa flore volubilis, Ad.

Campanula Persicæfolia, Lob. Clus. hist. Ger.

Rapunculus campanulatus Nerijfolius i. Thal.

Campanula angustifolia, Tab.

Flore est cæruleo, aliquando albo, & sub
Campanula alba & cærulea persicifolia, Eyst.

pingit.

XI. Rapunculus nemorosus angustifolius
magno flore major.

Rapunculus nemorosus 2. Tab. nemorosus,
Ger.

Rapunculus campanulatus Nerijfolius 3. Thal.

Rapunculus syl. major, Eyst.

XII. Rapunculus nemorosus magno flore
minor.

Rapuntium sive Erinus magno flore, Colum.

XIII. Rapunculus nemorosus angustifol.
parvo flore.

Rapunculus nemorosus 3. Tab.

Campanula lutea linifolia, Ger. ico.

XIV. Rapunculus hort. latiore folio seu
Pyramidalis.

Campanula major, Dodon. major lactescens,
Lob. Lugd.

Campanula lactescens foetidior, Clus. hist.

Pyramidalis, Cast. Lugd. Lutetiana, Eyst.

Campana Pyramidalis, Cam.

Campanula lactaria, Tab.

Campanula lactescens pyramidalis, Ger.

Folio est oblongo, quandoque subrotundo.

XV. Rapunculus Creticus, seu Pyrami-
dalnis altera.

Petromarula seu lactuca petræa Cretica Belli,
Ponæ: & apud Clus. in epist. 1. Belli. Petrama-
rula, Rapunculus Creticus, Imperato.

XVI. Rapunculus alpinus, seu pyramida-
lis minor: qui i. in Prod.

an Campanula, folijs serratis cærulea, Eyst.

XVII. Rapunculus alpinus corniculatus,
quem sub Rapunculo alpino spicato simili, in

Phytopinace & Matthiolo, & 2. in Prod. de-
scriptimus.

Trachelium petræum minus, Ponæ.

Rapuntio corniculato affinis, Colum.

XVIII. Campanula alpina latifolia flore
pullo.

Rapunculi alpini latifolij nomine, Doct. Bur-
serus ex Austria misit; sub 3. in Prod.

XIX. Campanula alpina linifolia cæru-
lea: in Phytopin. sub. 3. in Prod. sub. 4. de-
scriptimus, quæ cum sequenti minimè con-
fundenda.

XX. Campanula minor rotundifolia vul-
garis.

Rapi syl. genus minus, quod Campan. cærulea,
agrestis, Ges. hor.

Campanula sylvestris minima, Dod.

Campanula minor, Ad. (Clus. hist. solo nomi-
ne) sive minor rotundifolia, Lob. Lugd.

Campanula minor alpina rotundioribus imis
folijs, Clus. hist. ico.

Rapunculus campanulatus linifolius seu 7.
Thal.

Capunculus sylvestris minor, Tab.

Campanula rotundifolia, Ger.

Rampanula minor sylvestris flore cæruleo,
Eystett.

Floribus communiter cæruleis, subinde
candidis.

XXI. Campanula minor rotundifolia flo-
re in summis caulinis.

Rapunculus sylvestris flore ex purpureo can-
dicante, Tab.

Rapunculus sylvestris flore albo, Eidem.

Rapunculus sylvestris minor, Eyst.

Campanula minor alba: & purpurea, Ger.

Hujus differentiæ plures, florum colore non nihil differentes: ut flore cæruleo, violaceo, rubicundo: Sic Camerarius absque ullo flore per æstatem, sed hyeme cæruleo, lupuli odore, observavit.

VII. Horminum pratense niveum folijs incanis.

Hor-

- Horminum syl. quartum niveo flore, Clus. pan.
 Hormini sylv. quarti altera species, Clus. hist.
 Horminum sylv. Ger.
 Sclarea sylv. flore albo, Tab.
 Salvia agrestis flore albo, Eyst.
VIII. Horminum sylv. majus folijs profundiis incisis.
 Hormini syl. 4. altera species, vel dilutiore flore, Clus. pan. syl. 4. species 3. Eid. hist.
 Pars externa non purpurascit, sed virescit: folia inferiora quasi laciniata: flos dilutioris coloris, aliquando quasi cinereus. Hoc etiam flore est minore & rubro, quod
 Hormini sylv. quarti species 4. Clus. hist.
IX. Horminum sylv. Lavandulæ flore.
 Hormini sylv. secundi species 5. Clus. pan. 4. species 5. Eid. hist.
 Sclarea Hispanica, Tab.
 Gallitricum alterum, Ger.
X. Horminum sylv. salvifolium majus, vel maculatum.
 Horminum sylv. Matth. Cæf. Cast. Lugd.
 Verbascum salvifolium, Lob. ico.
- Verbascum nigrū salvifolium, Ad. Lob. ob. Lug. Orvala altera, Dod.
 Hormini sylv. tertij altera species, Clus. pan.
 Hormini sylv. quinti altera species, Eid. hist.
XI. Horminum sylv. salvifolium minus.
 Horminum sylv. 3. vel Horminum sylv. 5. salvifolio, Clus. pan.
 Hormini sylv. quinti species prior, Eid. hist.
 Flos ex cæruleo purpurascens & quasi violaceus, interdum colore dilutiore, nonnunquam quasi cineraceo.
XII. Horminum minus supinum.
 Horminum sylv. sextum sive minus supinum Creticum, Clus. hist.
XIII. Horminum angustifolium laciniatum: quod 2. est in Prodromo.
 Folia inferiora aliquando in profundas laciniias dividuntur: aliquando Scolopendriæ folia referunt.
XIV. Horminum minus album Betonicæ facie: quod 3. in Prodromo.
XV. Horminum tenuifolium angustis folijs Erythrodani sylvestris longiorib', Thal. quid?

VERBASCUM.

Verbascum φλόου Dioscoridi lib. 4. cap. 104. à φλέζω uro, quasi φλόγει flamma, quia bujus pro elychnijs usus est.

Genera summa duo Dioscoridi: album & nigrum: in albi genere mas & fæmina: mas folijs albis, oblongis, angustis: fæminæ folia brasica & latiora, candida, flores candidi: aut ex luteo pallescentes. Nigrum folijs est albo litoribus & nigrioribus. Est sylvestre folijs Salvia, flore verticillato luteo. Sunt & Phlomides duæ hirsuta, humiles, rotundis folijs. Tertia prater has est quæ Lychnitæ & Thryallæ, folijs crassis ad lucernarum elychniæ aptis. Et Plinio lib. 25. cap. 10. Verbascum Graci Phlomon, genera habet prima duo: album in quo mas: alterum nigrum, in quo fæmina, tertium, non nisi in sylvis reperitur, sunt folia brasica & latiora pilosa, &c. Silvestri folia Elephas alba, ramis lignosis. Sunt & Phlomides duæ hirsuta, rotundis folijs humiles. Tertia Lychnitæ vocatur, ab alijs Thryallæ folijs ad lucernarum lumina aptis.

- I. Verbascum mas latifolium luteum.
 Verbascum 1. Matth. Cord. in Diof. Lugd. Cæf.
 Verbascum mas, Ang. Ad. Cast. Tab. (Thal.)
 Verbascum candid. mas, Lac. Lon. album mas,
 Verbascum latius, Dod. latifolium mas, Eyst.
 Verbascum mas & Candela regia, Lob.
 Verbascum aut Phlomos vulgaris mas, Lob.
 Thapsus barbatus, Ger.

II. Verbascum mas angustioribus folijs foliis pallidis.

Verbascum secundum, Matth. Lac. Cast. Lugd.
 Verbascum sylv. majus, Lon.

III. Verbascum fæmina flore luteo magno.
 Verbascum sive candela regia, Trag.

- Verbascum nigrum, Fuch. Lon.
 Verbascum album fæmina luteo flore, Dod. gal. Lugdun.
 Verbascum album mas, Ang.
 Verbascum maximum albū fæmina flore sub-pallido, Lob. ico.
 Verbascum alterum flore aureo, Cæf.
 Verbascum luteum, Tab.
 Verbascum lychnite minus, Ger.
IV. Verbascum fæmina flore albo.
 Verbascum sylvestre, Trag.
 Verbascum candidum mas, Fuch. Dod. gal. Tur. Gef. hort.
 Verbascum tertiū flore candido, Cæf.

Verba-

Verbascum album fœmina, Ang. Lon.

Verbascum angustius, Dod.

Verbascum flore albo, Tab.

Thapsus barbatus maximus odoratus Septen-
trionalium, Ad. *fœmina flore albo*, Lob. ico.

Thapsus barbatus flore albo, Ger.

Varietas in folijs observatur, quam nota-
runt nomine

Verbasci albi secundi, Tab.

Verbasci albi, Ger.

V. *Verbascum Lychnitis flore albo parvo*.

Verbascum primum, Brunf.

Verbascum lychnite, Matth. Lac. Tab. Ger.

Verbascum candidum fœmina, Fuch. Ges. hor.

Verbasc. album fœmina, albo flor. Dod. gal. Lug.

Verbascum fœmina, Ad. Lob. obs. Lugd.

Verbascum quartum, Cæf. Eyst.

Phlomos mas alter, Lob. ico.

Phlomos lychnitis, Lugd.

Verbasci tertia altera species, Cast.

V I. *Verbascum nigrum folio papaveris cor-*
niculati: & Cam.

Verbascum aliud, Matth.

Verbascum laciniatum, Lugd.

Verbascum sylv. tertium, Dod.

Verbascum syl. Salvifolium, *fruticosum*, *ligno-*
sum, Ad. ubi legendum *Verbascum purpureum*

Erucæfolium.

Verbascum syl. Salviflorum laciniatum, Lob. ob.

Verbascum Intubaceum, Tab.

VII. *Verbascum nigrum flore ex luteo pur-*
purascente.

Verbasc. nigrum, Trag. Dod. Lob. ico. Tab. Ger.

Verbascum tertium, Matth. Lac. Cast. Lugd.

Verbasc. syl. Fuch. Tur. Ges. hor. syl. minus, Lon.

Verbascum nigrum Salvifolium purpureo flo-
re, Ad. Lob.

Verbascum nigrum latifolium, Thal.

Blattaria Plinij, seu *Verbascum nigrum*, Eyst.

Flore variat: alterius ex citrino purpurascit: al-
teri ex flavo candido: alibi flore proflus cädido.

VIII. *Verbascum folijs subrotundis flore*
Blattariae: in *Phytopinace* & *Prodromo* de-
scribitur.

IX. *Verbascum humile Creticum laciniatum*.
Arcturus Creticus, Belli ep. i. ad Clus. Ponæ.

Verbascum Brassicæ folio, Col.

Verbascum fruticosum auriculatum, Ponæ Ital.

Variat: nam illud folijs est latiorib. capitulis
rotundis: est & alterum, longiorib. & angustio-
ribus folijs, capitulis oblongiusculis, & hoc est
Arcturi secunda species, Ponæ Ital.

Verbascum Salvifolium.

I. *Verbascum latis Salviæ folijs*.

Verbascum syl. Matth. Ang. Lac. Ges. hor. Lugd.
Clus. hisp. & hist. Cast.

Verbascum sylv. alterum, Dod.

Verbascum syl. Salvifolium fruticosum ligno-
sum, Ad.

Verbascum salvifol. fruticosum, luteo flor. Lob.

Verbascum sylv. folijs Salviæ, Cam.

Verbascum quartum, Lob. ico. 7. Cæf.

II. *Verbascum angustis Salviæ folijs*.

Verbascum sylv. Dod. Ges. hort. Lugd. Cæf.

Verbascum sylv. Salvitenuifolium Narbonen-
sium, Ad.

Verbascum sylv. folijs Salviæ tenuifoliae, Lob.

Phlomis lychnitis, Clus. hisp. & hist. Lugd. du-
plici figurâ.

Salvia sylv. Monspeliensium, Ges. hor.

Hæc Angarathi aliquibus dicitur.

III. *Verbascum acuto salviæ folio*.

Phlomos lychnitis altera Syriaca, Lob.

Verbascum syl. folio Salviæ tenuifoliae, Lugd.

IV. *Verbascum subrotundo Salviæ folio*.

Verbascum syl. Salvifoliū exoticum, Lob. Lug.

Hoc Verbasci cistiodidis nomine ex horto cla-
risissimi Contareni habemus.

B L A T T A R I A.

B Lattariam Plinius l. 25. c. 9. sic expressit: Est similis Verbaco herba, qua sepe fallit pro ea capta, folijs
minus candidis, caulinis pluribus, flore luteo. Hæc abjecta blattas in se contrahit, ideoq; Roma Blatta-
riam vocant, hac ille. Hoc Dioscorides l. 4. c. 104. Verbaco sylvestri cui flos est aureus tribuit.

I. *Blattaria lutea folio longo laciniato*.

Blattaria, Trag. Matt. Ang. Fuch. Dod. Ges. h. (&

Verbasci nigri species) Lon. Lug. Cast. Tab. Ger.

Chrysogonum, an potius *Blattaria Plinij*, Ad.

Blattaria, Lob. Plinij, Eid. ico.

Blattaria flore luteo, Eyst.

Verbascum leptophyllum, Cord. hist.

Verbascum nonum, Cæf.

Duplex est: altera quatuor cubitorum, tria,
quatuor, quinq; & plura vascula conjuncta ha-
bens: altera humilior, singula vascula profe-
rens, folijs multo viridioribus.

II. Blat-

II. Blattaria alba.

Blattaria flore albo, Lob. ico. Cam. Eyst.

an Verbascum quintum, Cæf.

Ad Verbascum lychnitis referri potest. Variat
flore parvo, eoq; albo vel viridi, vel viridi pur-
purascente & magno flore, quare hæc

Blattaria altera: illa verò

Blattaria flore viridi.

Blattaria flore ex viridi purpurascente dicitur,

Lobel. icon.

III. Blattaria magnio flore: & Lob. ico.

IV. Blattaria purpurea.

Blattaria flore purpureo, Ges. hor. Lob. ico. Lug.

Cam. Ger.

Blattaria phœnicea, Tab.

an Verbascum octavum, Cæf.

Folijs est nigrioribus non laciniatis, parum-
que serratis: flos modo dilutè rubet, obsoleto
colore purpurascit: quandoq; nigræ violæ co-
lore eleganti nitet.

AETHIOPIS.

Aethiopis Dioscoridi lib. 4. cap. 105. folia Verbasci similiæ, per quam hirsuta habet, &c. Et Plinij lib. 27.
cap. 4. Aethiopis folia habet Phlomo similia, magna, multa & hirsuta, &c. à loco natali forte nomen
habet, qua Plinij l. c. ex Aethiopia eximia venit: hac, inquit lib. 26. cap. 4. clausa omnia tactu aperiri. At
lib. 24. cap. 17. Aethiopida in Meroë nascitur, ob id Meroidum appellarunt folio Lactuca, &c. hic sanè alias
quām Dioscorides intelligit.

I. Aethiopis folijs sinuosis.

Aethiopis, Matth. Ang. Lac. Dod. Ges. hor. Lon.

Cæf. Lugd. Cast. Tab. Ger. Eyst.

Aethiopis sive Phlomitis, Ad. Lob.

An potius Verbascum lychnites Dioscoridis:

cum hujus Aethiopidis vascula, non solùm bina vasis: quæ in Prodromo describitur.

semina nec ervi magnitudine contineant, nec
radicem viscidam habeat, neque in exsiccatâ
cornu durities sentiatur, quæ à Dioscoride suæ
tribuuntur.

II. Aethiopis folijs in profundas lacinias di-
cuntur.

VERBASCULUM SEU PRIMULA VERIS.

Primula veris, quod primo vere florent, Dioscoridus lib. 4. cap. 104. φλομίδες & Plinij lib. 25. cap. 10. Phlo-
mides censemur. Alijs verò Plinij lib. 25. cap. 4. & lib. 26. cap. 11. Dodecatheon, cui sunt folia septem,
Lactucis similiæ, à lutea radice excentria. Verum apud Plinium lib. 25. cap. 10. alterum genus Alismatis in
sylvis, nigrius, majoribus folijs, videtur.

Verbasculum flore simplici.

I. Verbasculum pratense odoratum.

Herba Paralysis, Brunf. Cast. desc.

Herba Paralysis vulgaris, Trag. altera, Cæf.

Dodecantheon, Ang.

Primula veris, Matth. Lugd. Taber. hortensis,

Thalio.

Primula veris major fl. luteis odoratis, Dod.

Primula pratensis, odora lutea, Ad. Ger.

Primula veris flore luteo, Eyst.

Primula pratensis, Lob.

Primula veris flavo flore elatior, Clus. hist.

Verbasculum odoratum, Fuch. Dod. gal.

Arthritica, Ges. hor. simplex luteo flore, Cam.

Alisma pratorum, Col.

II. Verbasculum pratense vel sylvaticum in-
odorum.

Herba Paralysis alba, Brunf. sylv. Trag.

Primula veris altera, Matth. Lugd.

Verbasculum non odoratum, Fuch.

Verbasculum album, Dod. gal.

Primula veris maj. (fl. albido inodoro.) Dod. Ger

Primula pratensis pallida, Ad.

Primula pratensis inodora luteopallida, Lob.

Primula veris, Paralysis sylv. Thal.

Primula sylv. tertia, Tab.

Primula veris pallido flore elatior, Clus. hist.

III. Verbasculum sylv. majus singulari flore.

Verbasculum minus, Dod. gal.

Primula veris minor, Eid. Lugd. Ger.

Primula sylvarum, Ad. Lob. Lugd.

Arthriticæ species flore singulari, Ges. hor.

Herba Paralysis, Cæf.

Primula veris pallido flore humilis, Clus. hist.

Alisma sylvarum, Col.

Primula sylv. secunda, Tab.

Primula veris sylv. flore pallido, Eyst.

Arthritica caule exiguo vel nullo, Cam.

Flore est pallido, reperitur etiam niveo, quæ
Sylvarum primula alba, Ad.

IV. Primula veris montana incana lutea.

Paralytica rotundifolia montana, Col.

Verbasculum flore multiplici.

I. *Verbasculum hortense multiplex.*

Arthriticæ genus dasypodium, sive densifolium, Gesn. hort.

Arthriticæ pleno flore, Cam.

Primula hortensis Anglicæ flore pleno, Ad. Lob. Lugd. Ger.

Primulæ veris flos multiplex, Dod. multiflora, Tab.

Primula veris Anglicana flore pleno, Eyst.

II. *Verbasculum sylv. magno plenoq; flore.*

Primula veris sylvarum flore pleno specioso, Ad. Lob. ico. Eyst.

Primula veris sylvarum flore multiplici, Lugd.

Primula veris multiflora sylv. Tab. veris flore pleno, Ger.

III. *Verbasculum syl. minus singulari flore.*

Primula sylvarum flore obscurè virentibus sumbriatis, Ad. Lob. Lugd.

Primulæ veris minoris altera species, Dod.

Primula sylv. flore viridi, Tab. Ger.

IV. *Verbasculum proliferum.*

Primula veris flore gemino altero alteri innato, Lob. Lugd.

SANICULA ALPINA VEL AURICULA URSI.

Sanicula à sanandis vulneribus: Auricula Ursi à forma foliorum dicitur: an Αύρικου sive Δαμασονίου folijs Plantaginis sed angustioribus, & in terram convexis, &c. Dioscoridis l. 3. c. 169. Et Plini l. 25. c. 10. Alisma sive Damasonium folijs Plantaginis, sed angustioribus, magisq; laciniosis, convexisq; in terram, &c.

Sanicula alpina folijs serratis.

I. *Sanicula alpina lutea.*

Sanicula sive Auricula Ursi, Matth.

Arthriticæ genus alpinum, & Sanicula alpina, Gesn. hort.

Lunaria arthritica, Eid. de lun. & fracto.

Auricula ursi, Dod. Cast.

Auricula ursi prima vel luteo flore, Clus. pan. & hist. Ger.

Paralytica alpina, Sanicula sive auricula ursi, Lob. flore luteo, Ad.

Auricula ursi seu lupi, Cæf.

Primula veris pachyphyllos, Lugd.

Auricula ursi floribus luteis, Cam. Tab. Eyst.

Alisma sive Damasonium Dioscoridis, Col.

Variat folijs & floribus: folijs lœvibus & viridibus, interdum incanis vel canescens folijs densioribus, tenuioribus: majorib. & minoribus: floribus pallidis, luteis, aureis, rarissime candidis vel cæruleis, ijsq; modò majorib. modò minoribus, modò denis, vicenis, tricensis, hinc

Primula veris prolifera, Tab.

Primula veris flore geminato, Ger. Eyst.

Verbasculum alpinum.

I. *Verbasculum umbellatum alpinum minus.*

Majele, Cord. obs.

Perchenblümlein/ Gesnero, monente, Cam.

Verbasculus alpinus sive cæruleus, Lugd.

Sanicula alpina minor sive media, Lob. Lugd.

Primula veris flore rubro, Clus. pan. & hist. Ger.

Arthriticæ flore purpureo, Cam.

Primula alpina media, Tab.

Primula veris angustifolia rubra & alba, Eyst.

Flore est subcæruleo, aut carnei coloris, aut dilutiore purpurâ nitente, interdum saturatus rubente: raro candido & exalbido, omnes tamen circa umbelicum luteolis sunt.

II. *Verbasculum alpinum umbellatum majus.*

Käyserlin/ Simlero de alpibus.

Paralitica alpina, Sanicula angustifolia major,

Lub. Lugd.

Primula veris albo flore, Clus. pan. & hist. Ger.

Primula alpina angustifolia, Tab.

Variat floris colore: est albo: rubro: rubore & candore confuso.

Auricula ursi floribus pallidis & candidis.

Auricula ursi floribus luteis.

Auricula ursi floribus aureis & cæruleis, Tab.

II. *Sanicula alpina purpurea.*

Britannica, Ang.

Arthriticæ species flore purpureo, Ges. hor.

Paralytica alpina, Sanicula flore purpureo, Ad.

Auricula ursi, Castor. icon. flore purpureo, Lobel. icon.

Auricula ursi suaverubens, Ger.

Auricula ursi 2. Clus. pan. & hist.

Primula alpina latifolia, Tab.

Sanicula alpina rubra, Eid.

Flore est purpurascente, rubescente sanguinis modo, & arro colore.

III. *Sanicula alpina folijs rotundis.*

Auricula ursi quinta, Clus. hist.

Hæc etiam minoribus folijs reperitur, quæ

Auricula ursi quinta similis, Clus. ap. alt. aud.

IV. *Sanicula alpina flore variegato.*

Auricula ursi texta, Clus. pan. & hist.

Auri-

Auricula ursi floribus guttatis, Tab.

Floribus est rubris, albis maculis aspersis.

V. *Sanicula alpina angustifolia*.

Auricula ursi 5. Clus. pan. 7. in histor. at 8. in cur. post.

Auricula ursi 8. Tab. flore purpureo, Ger. Eyst.

Flores dilutè rubent: huic similis brevioribus tamen folijs, cuius Clus. in cur. post. meminit.

VI. *Sanicula alpina* folijs quasi farinâ asper-

Auricula ursi 7. Clus. cur. post. (sis.)

Flores exalbidi carneo colore perfusi.

VII. *Sanicula alpina minima* carnea.

Arthriticæ cæruleis flosculis, Gesn. hort.

Sanicula alpina minima, Lob. Lugd. Tab.

Auricula ursi 6. Clus. pan. 8. Eid. hist. 10. cur. post.

Auricula minima, Ger.

VIII. *Sanicula alpina minima nivea*.

Auricula ursi minima flore niveo, Clus. pan. &

hist. Tab. Ger.

an *Auricula ursi* flore albo, Eyst.

Folia pallescunt & flos omnino niveus, cum illius viridia folia & flos dilutè rubens sive carneus.

IX. *Sanicula alpina* folijs borraginis villosa.

Auricula ursi Myconi, Lugd.

Auricula ursi ex Pyrenæis, Clus. hist. ap. alt. auct.

Auricula ursi 9. Eid. cur. post.

Sanicula folijs non serratis.

I. *Sanicula alpina* rubescens, folio non serra-

Auricula ursi 4. Clus. pan. & hist. 7. Tab. (to.

Auricula ursi rubescens, Ger.

II. *Sanicula alpina* alba folijs non crenatis.

Auricula ursi 6. Clus. hist.

Similis flore pallido, quæ

Auricula ursi pallido flore, Clus. cur. post.

III. *Sanicula alpina minima* pilosa: quæ pro 2. in Prodromo descripta.

Sanicula rotundifolia.

I. *Sanicula montana latifolia laciniata*.

Cortusa, Matth. Cast. Lugd. Cam.

Caryophyllata Veronensem fl. *Saniculae ursiæ*, Ad. Lob.

Sanicula montana, Clus. hist. altera, Eid. pan.

Sanicula alpina, Tab. Ger.

Duplex figura apud Clusium, Tab. &c Ger.

1. *Sanicula montana*, Clus. hist.

Sanicula alpina Clusij, Tab. Ger.

2. *Cortusa Matthioli*, Clus. hist. & cur. post.

Saniculae alpinæ icon verior, Tab.

Cortusa rario icon, Ger.

In figura *Saniculae Clusij* malè averfa parte puncta aspersa sunt.

Flore est eleganter rubro, & ad purpureum tendente: habetur & violaceis, rarius albis floribus.

II. *Sanicula montana rotundifolia major*.

Sanicula alpina alia, Gesn. hort.

Garyophyllata, sive *Geum alpinum recentiorum* folio hederaceo, Ad. Lob. ico. Lugd.

Sanicula montana 1. Clus. pan. altera, Eid. hist. Eystett.

Sanicula alpina, Cam. ep. guttata, Eid. hort.

Cotyledon 3. Dalechampij. Lugd.

III. *Sanicula montana rotundifolia minor*.

Sanicula montana minor, Clus. pan.

Saniculae montanæ alterius species 2. Eid. hist.

IV. *Sanicula montana longifolia serrata*.

V. *Sanicula montana* flore calcari donato.

Pinguicula (vel *Liparis*) Ges. h. Cl. pan. & hist. Cucullata, quibusdam Criâs Apuleij. Lugd.

Pinguicula vel *Ιόνυγον*, *Viola humida* aut palustris: Dodecatheon Plinij, Gesnero, Cam.

Variat floris colore, qui albus, purpureus & cæruleus.

D I G I T A L I S.

Digitalis, quod flores digitale referant, nomen habet. Sunt qui ad *Verbascum*, aliij ad *Alismatis* genu alterum Plinij referant. At Doctis, Fabius Columna, *Ephemerum* *Dioscoridis* lib. 4. cap. 85. censet.

Digitalis folio Verbasci.

I. *Digitalis purpurea* folio aspero.

Campanula sylv. Trag.

Digitalis rubra, Dod. gal. purpurea, Fuch. Ang.

Gesn. hort. & ap. Lon. Dod. Ad. Lob. Lugd. Cam.

Tab. Ger.

Aralda Bononiensisibus, Gesn. hort.

Verbascum digitale, Costæo.

Virga regia major flore purpureo, Cæs.

Ephemeris alia species major, Col.

Flos purpureus, nigris punctulis insignitus, ruber, incarnatus, sive ex purpureo candidus, intus punctatus: aliquando flores in rotundam spicam in gyrum coli effigie in summo dispositi rufescunt ex luteo, intus guttis purpureis asperis, hinc

Digitalis flore rubro, & flore incarnato, Eyst.

II. Digitalis alba folio aspero.

Digitalis 2. Dod. alba, Lob. Lugd. Eyst.

Virga regia major flore pallido, Cæf.

Ephemeris altera species major candida, Col.

Flos nivei candoris, intus nigris punctis intercursantibus.

Digitalis folio virescente.

I. Digitalis lutea magno flore.

Campanula sylv. flore luteo, Trag.

Digitalis lutea, Fuch. Anguil. Lon. Thal. Lugd.

Cam Tab. Ger. flore luteo, Eyst.

Digitalis minor, Ges. hor. flore minore, Eid. col.

Digitalis lutea flore ampio, Ponæ.

Digitalis 3. Dod.

Calathiana viola Plinij, Dalech. in Plin.

Ephemeris Dioscoridis, Col.

Flore est luteo pallido, rarissimè albo: & intus vario.

II. Digitalis major lutea vel pallida, parvo

Digitalis major, Ges. hor. 4. Dod.

(flore)

Digitalis flore minore albidiore, Gesn. col.

Digitalis lutea, Ad. parva, Lob. ico. sub ramo

minore exprimitur.

Virga regia: Alisma & Damasonium Diosco-

ridis, & Fistula pastoris Avicennæ, Cæf.

III. Digitalis minor luteo parvo flore: in

Prodromo descripta.

IV. Digitalis angustifolia lutea.

Digitalis lutea parva, Lob. ico.

V. Digitalis angustifolia flore ferrugineo.

Digitalis gilvo flore, alias ferrugineo, Lob.

EPHEMERON.

Cum doctissimus Fabius Columna, Digitalis censeat esse Ephemeron Dioscoridis, pauca aspergamus. E' φύγεον sive ἕτος ἀγέλη caulem & folia lilij habet sed haec tenuiora: flores candidos, amaros, semen molle, radicem unam digitali crassitudine, longam astringentem, odoratam, &c. Diſc. l. 4. c. 85. Ephemeron folia habet lilij, sed minora, caulem parem, florem caruleum, semen supervacuum, radicem unam digitali crassitudine, Plinio l. 25. c. 13. Subjiciamus & Matthioli & Lobelij Ephemeron utrumque nobis incognitum.

I. Ephemerum quod aliqui sylvestrem Irin appellant, Matth. Lacunæ, Cast. desc.

Ephemerum non lethale Matthioli, Lug. Tab.

Ephemerum Matthioli, ex Spurijs appositis plantis esse videtur, Colum.

II. Ephemerum Matthioli, vel potius

Ephemerum spurium, Lob. Dod.

Has duas easdem esse vix credimus: cum illi folia lilij & radix unica digitalis crassitudine tribuatur: huic vero folia & radix Isatidis adscribatur: immo figurarum nulla est similitudo: & Lobelij potius Lysimachiam aliquam referat.

CASPARI BAVHINI PINACIS THEATRI BOTANICI, LIBER SEPTIMVS. SECTIO PRIMA.

LYSIMACHIA; VERONICA; TEUCRUM; SCORDIUM;
CHAMÆDRYS; CHAMÆPYTIS; ALSINE; SPERGULA;
ANAGALLIS; ELATINE.

LYSIMACHIA.

A Υἱοῦ Ἀγαθοῦ Διοσκορίδη l. 4. c. 3. caules emititii cubitales fruticosos, folia salignis similia, flos flavus aureusve, &c. Sic dicta à Rege Lysimacho Agathocli filio, ejus inventore: folia habet Salicis viridia, florem purpureum (aureum habet vetus) fruticosa, &c. Plinius l. 25. c. 7. addit tantam ei vim esse, ut jumentis discordantibus jugo imposita, asperitatem cohibeat. Unde videtur innuere, ταῦτα μάκρα νέων dictam esse. Salicaria etiam, à foliorum cum salicis folijs similitudine vocatur. Hujus species est siliquosa, qua à siliquato fœtu præcoci, qui auctu & incremento florum eruptioni antevertit, quasi proles parente prior, Filius ante partem vocatur.

Lysima-

Lysimachia lutea.

I. *Lysimachia lutea major*: quæ *Dioscoridis* Centaurium majus quibusdam, *Hermol. Marnard. Ruel.*

Lysimachia lutea, *Trag. Fuch. Tur. Ang. Adv. Lob. Cæf. Tab. Cam. Ger. Eyst. lutea communis, Clus. hist.*

Lysimachia, *Matth. Lac. Lugd. i. Lon.*

Lysimachia vera, *Cord. in Diosc. falsa, Cast.*

Lysimachium verum, *Dod. gal. legitimum, Eid.*

Lysimachium luteum, *Gesn. hort. Thal.*

Salicaria, *Gesn. hort.*

Folijs nunc ternis, nunc quaternis, nunc binis reperitur.

II. *Lysimachia lutea minor*, folijs nigris punctis notatis.

Lysimachia lutea in alis foliorum florens, *Cæf.*

Lysimachia lutea altera, *Clus. pan. & hist.*

Lysimachia flore luteo majore, *Cam.*

Lysimachia lutea Pannonica major, *Eyst.*

Folijs est quaternis, etiam ternis.

III. *Lysimachia trifolia lutea spicata.*

Lysimachia lutea altera *Exap. Col.*

IV. *Lysimachia bifolia* flore globoſo luteo.

Lysimachia lutea altera, *Lob. Clus. hist.*

Lysimachium aquatile, *Dod. belg.*

Addit *Clusius Lysimachiam luteam* 3, five minorem, quæ à priore solum radice & caule, quæ melius exprimuntur, differt.

V. *Lysimachia lutea corniculata.*

Lysimachiæ Virgineæ nomine ipsum semen

Patavio missum quod anno 1619. in horto eleganter crevit & ex semine deciduo se facile habetens propagavit.

Lysimachia siliquosa.

I. *Lysimachia siliquosa* hirsuta magno flore.

Lysimachia seu Salicaria altera, *Trag.*

Lysimachia purpurea, *Fuch. (Tur.*

Lysimachiæ purpureæ primum genus, *Eid. ico.*

Lysimachium purpureum i. *Dod. gal. Lugd.*

Antoniana major hirsuta, *Gesn. hort.*

Epilobij 4. species, *Gesn. ad Cord.*

Lysimachia siliquosa, *Ger. i. Tab.*

Lysimachia 2. & 3. fl. *purpureo vel rubro, Lon.*

Lysimachij majoris purpurei i. species, *Thal.*

Onagra campestris hirsuta, *Cæf.*

Flore est majore violaceo, purpureo.

II. *Lysimachia siliquosa* hirsuta parvo flore.

Lysimachia siliquosa 2. Tab.

Major est & minor, utraq; in Prod. descripta.

III. *Lysimachia siliquosa* glabra major.

S. Antonij herba 3. Ges. ad *Cord. cui & filius ante patrem.* (hist.

Lysimachia siliquosa, Ad. *Lob. Cast. major, Cl. Pseudolysimachium purpureum* i. *Dod.*

Onagræ genus alterum, Cæf.

Lysimachia siliquosa flore albo, *Tab.*

Lysimachia campestris, *Ger.*

Lysimachij majoris purpurei 2. species, *Thal.*

Flore est parvo pallide rubente, rarius albo: quibusdam *Delphinium* *Dioscoridis censem*.

IV. *Lysimachia siliquosa* glabra minor.

Filius ante patrem minor, *Gesn. col.*

Lysimachiæ siliquosæ varietas, Ad.

Lysimachiæ medium genus, *Thal.*

Lysimachia minor, & 3. *Tab.*

Flosculi rubicundiores: alij ex rubicundo pallidiores: alij prorsus candidi.

V. *Lysimachia siliquosa* glabra angustifolia.

Lysimachiæ mediæ altera i species, *Thal.*

Lysimachia siliquosa minor, & 7. *Tab.*

Chamænerion, *Ger. ico.*

VI. *Lysimachia Chamænerion dicta latifolia.*

Antoniana, five S. Antonij herba maxima, *Ges. hort. ap.*

Chamænerion & *Epilobion*, *Gesn. ad Cord.*

Eyst Thal. cui &

Lysimachia omnium maxima.

Filius ante patrem maximus, *Gesn. col.*

Onagra, *Lugd. Cæf.*

Lysimachia vulgo altera, *Cam.*

Sub *Chamædaphne malè* in *Math. meo Ty-*

topographi errore posita, cum ad *Onagræ caput p. 816. reponi debuisse*, ut ex synonymijs, quilibet tantillū in plantis versatus colligere potest.

Onagra *Dioscoridis l. 4. c. 118. & Oenothera Pliniij l. 16. c. 11. & 14. censem*: flore est cæruleo, rarius albo, ut & subsequens. (stifolia).

VII. *Lysimachia Chamænerion dicta angu-*

Epilobium (id est *λογάρια* *viola super siliquā*) sextum, *Gesn. ad Cord.*

Pseudolysimachium purpureum minus, *Dod.*

Lysimachiæ siliquosæ varietas altera, Ad.

Chamænerion *Gesneri*, seu *Delphinium bu-*

cinum, *Diosc. Lob.*

Lysimachia siliquosa alia, *Lugd. 3. Clus. hist.*

Lysimachiæ species in uliginosis, *Thal.*

Linaria rubra, *Lugd.*

VIII. *Lysimachia Chamænerion dicta al-*

pina: quæ in *Prodromo* describitur.

Lysimachia spicata.

I. *Lysimachia spicata purpurea*, fortè Plinij.
Solidaginis Sarracenicæ alia species, Trag.
Lysimachia altera, Matth. Lac. Lugd. Cast. Eyst.
Lysimachium purpureum, Gesn. hort. Thal.
Lysimachium purpureum alterum, Dod. gal.
Lysimachia 3. Tur.

Lysimachia fortè Pliniana, Ad.

Lysimachia purpurea, Lob. Cæf. Cam. Tab.

Lysimachia flore purpurascente, Ang.

Pseudolysimachium purpureum alterum, Dod.

Lysimachia purpurea communis major, Clus. hist.

Lysimachia purpurea spicata, Ger.

Folia bina communiter, aliquando terna,
rarius quaterna, simul caulem ambiunt.

II. *Lysimachia spicata cærulea.*

Lysimachium cæruleum, Dod. gal.

Lysimachij 3. genus, Dod. Gesn. hort.

Pseudolysimachium cæruleum, Dod.

Lysimachia cærulea hortensis, Ad. Lob. Lugd.

Lysimachia cæruleo flore, Clus. hist.

Veronica recta cærulea, Eyst.

Lysimachia non spicata.

I. *Lysimachia rubra non siliquosa*.
Lysimachia 2. vel minor rubro flore, Clus. pan.

Lysimachia purpurea 2. sive minor, Eid. hist.

II. *Lysimachia linifolia purpurocærulea.*

Lysimachia rubra minima, Clus. hist.

III. *Lysimachia cærulea galericulata*, vel
Gratiola cærulea.

Lysimachia galericulata, Lob. Lugd. Clus. hist.

Lysimachia flore cæruleo galericulata, Cam.

Sideritis cærulea, Thal.

Gratia Dei, Cæf.

Tertianaria, Tab.

Herba Judaica altera, Dod. belg.

Hæc in Anglia flore albo quoque reperitur.

EXOTICA.

I. *Poutiou ex Malacca ad febres abigendas*:
par. 4. Ind. Orient. 8.

II. *Sary flos seu pollen*, quo corpus inungen-
tes contra ventorum vim se tutos afferunt, l.c.

III. *Sodouwaya in Java oblinendo corpori
idonea*, l.c.

IV. *Surahan*, vili pretio venditur, l.c.

VERONICA.

Veronica, apud recentiores herba est celebratissima, Gracis & Latinis scriptoribus fortè incognita,
quāvis Dodonauis velit esse Betonicam Pauli lib. 7. Cæsalpinus verò ad Myosotidem Dioscoridū lib. 2.
cap. 214. at Columna ad Alysson Dioscoridū lib. 3. cap. 105. referendam censem. Germanis Ehrenpreiß &
Grundheit ob mirificam facultatem ulcerar ac vulnera sanandi.

I. *Veronica mas erecta.*

Veronica mas, Matth. Ang. Lugd. Cast.

Veronica assurgens, Dod.

Veronica recta mas, Lob. vulgaris recta, Clus. hist.

Duplex est : major & minor : illa latiore
folio & longiore spica : hæc angustiore folio
& breviore spica.

II. *Veronica mas supina & vulgatissima.*

Teucrium, Trag.

Veronica mas, Fuch. Lon. Lugd. Thal.

Veronica mas serpens, Dod.

Betonica Pauli, Dod. gal.

Veronica vulgo dicta, Gesn. hort.

Veronica vera & major, Ad.

Veronica major septentrionalium, Lob.

Veronica, Tab. vera & major, Lob. ico. Cam.

Ger.

Veronica vulgaris supina, Clus. hist.

Veronica humicaulis & *supina*, Col.

Auricula muris 3. Cæf.

Floribus est subcæruleis, rarius candidis,
reperitur nonaunquam folijs vulgatæ forma
quidem similibus, sed triplo minoribus.

III. *Veronica spicata latifolia.*

Veronica prima, vel major latifolia, Clus. pan.

Veronica erectior latifolia, Eid. hist.

Alia est folijs atrovirentibus & splendentibus : in altera nec splendent, nec adeo atra sunt:
spica etiam in alia oblongior.

IV. *Veronica spicata angustifolia.*

Veronica recta herbariorum, Lob. Lugd.

Veronica recta vulgaris major, Clus. hist.

Auricula muris 4. Cæf.

Veronica recta 1. & 2. Tab. assurgens, Ger.

Veronica spicata cærulea, Cam.

Variat folijs latiorib⁹ & paulò angustioribus:
spica flosculorum cæruleorū, & spica dilutiore.

Addit

Addit Clusius in hist. alterius figuram, quam à priore non distinguo, nomine
Veronica secundæ erectionis angustifoliæ.
V. Veronica spicata minor.
Veronica recta minima, Lobel. Lugdun. Ger.
Clus. histor.
Veronica recta minor, Clus. pan. Tab.
Flore est cæruleo, rarius albo.
VI. Veronica pratensis sepillifolia.
Eufragia, & Eufragia nobilis, Brunf.
Teucium alterum, Trag.
Veronica foemina, Dod. gal. Lugd. Thal.
Betonica Pauli, Turn. Gesn. hort. quorundam,
Camer.
Veronica pratensis, Dod.

Veronica minor serpillofolia, Ad. Lob.
Auricula muris prima in pratis, Cæf.
Folijs est communiter integris, rarissimè crenatis: floribus cæruleis, frequentius pallidis & dilutis: hinc
Veronica minor, Tab. Ger.
Veronica minor foemina flore candido, Tabernæmont. sub
Veronica mare, apud Ger.
VII. Veronica alpina frutescens.
Veronica tertia fruticans, Clus. pan. & hist.
Veronica alpina serpillofolia, Ponæ.
VIII. Veronica alpina bellidis folio hirsuta, in Prodr. descripta: quæ duplex est major & minor.

T E U C R I U M.

T Euceror Diſcoridi l.3. c.111. (eo quod Teucer ejus inventor existimetur, Plinio l.25. c.5. auctore) & χαρακτηρ ex aliorum sententia. Plinio l.c. & l.26. c.8. Teucrum.

I. Teucrum.

Teucrum secundum, Matth. Lugd. i. Tab.
Teucrum, Fuch. Ang. Dod. gal. Cord. in Diſco.
Lac. Lon. Ad. Lob. Cæf. Cast. verum, Gesner.
hort. Eyst.
Chamædris altera seu assurgens, Dod.
Teucrum vulgare fruticans, sive i. Clus. hist.
Teucrum latifolium, Ger.
II. Teucrum folijs Scorodoniam.
Teucrum verum, Cam.
III. Teucrum Creticum incanum.
Teucrum Creticum, Clus. hist.
IV. Teucrum peregrinum folio sinuoso.

an Pæderota, Pausaniæ?

Teucrum Boeticum, Clus. hisp. Lugd. Tab. Ger.
Teucrum fruticans Boeticum, Clus. hist.
Camerarius, Teucrij Boetici, quod à Clusij diversum sit & Teuerij Belgici solo nomine meminit: sed quid utrumq;?
V. Teucrum alpinum inodorum magno flore: in Prodromo descriptum.
VI. Teucrum alpinum coma purpurocærulea.
Clinopodium alpinum, Ponæ.
VII. Teucrum affinis, Chamærops.
Chamærops, Plinij l.26. c.7. Lugd.

S C O R D I U M.

Scorodij Dioſcoridi l.3. c.125. quod Allium aliquantum redoleat: at Galenus 8. ſimpl. propter acrimoniam Scoroda, id est, Allio adſimilem, nomen ſortitum putat: quibusdam, Cratevâ auctore, uidebatur, ab inventore dicitur: Plinij l.25. c.6. Scordotis sive Scordion.

Genera: Graci anius meminere: at Plinius l.s. duplex habet: alterum folijs lanuginofisis, querna ſimilitudine. Eſt & alterius generis latioribus folijs mentaſtro ſimilibus, &c.

I. Scordium.

Scordium, Trag. Matth. Dodon. Lac. Tur. Lon.
Ad. (cui & Trixago palustris) Lob. Cast. Lugd.
Cam. Eyst.
Scordium verum, Ges. hort.
Scordium communis, Ang.
Scordium, Tab. minus, Ger.
Magnitudine variat: hinc figuræ tres apud Tabernæmontanum,

Scordij majoris & medij nomine.

Scordium majus & minus, Ger.

II. Scordium lanuginosum.

Scordium Creticum lanuginosum. Cam.

III. Scordium akerum, sive Salvia sylvestris.

Salvia sylv. Trag. (& Nepeta altera) Lon. Tab.

Sphacelus sylv. Dod. gal.

Scorodonia, Cord. in hist. Thal. Ger.

Salvia

*Salvia montana & Ambrosia quibusdam, Ges-
ner. hort.*

Scordium majus Plinij, Eid.

Scordium alterum Plinij, Ad Lob Cam.

Salvia agrestis sive Sphacelus, Dod. Lugd.

Melinum alterum brevius, Cæf.

Scordium 2. folijs amplis instar Melissæ, vel

Calaminthæ primæ, in Samnitibus ad ripas Pi-

scaræ nasci, Anguillara scribit: idemq; in Græ-

*cia reperiri, quod odore & qualitate à primo
dissimile non sit.*

*IV. Scordium alterum Januginosius verti-
cillatum.*

*Scordotis Plinij, Hon. Belli, epistola quinta
ad Clus.*

Scordotis legitimum Plinij, Ponæ.

V. Scordio affinis, Elephas ob florem.

Elephas Campoclarense, Col.

C H A M Æ D R Y S .

Xauædrys Diſcoridi l. 3. c. 112. quaſi humili quercus, quod folia Quercus habeat, & hujus reſpectu quaſi
humi repat: cui & χαυædρον: & quibusdam τρισσον, propter ſimilitudinem cum Teucrio. Trifſa-
ginem Gaza vertit apud Theop. 9. hiſt. 10. Sic Plinio l. 24. cap. 15. Chamædrys qua latine Trifſago, quam
aliqui Chamædropem alij Teucrion appellaverent. Sic alijs Serrata, à folijs serratis, à qua ferram inventam di-
xere, & Quercula minor.

Unius ſolum apud Diſcoridem & veteres mentio fit.

I. Chamædrys arborea Ægyptiaca.

Chamædrys arborea in Insula Cocyræ, Alp.

Ad cubitos duos exurgit, folijs duplo aut tri-
plo, quam in Italica majoribus.

II. Chamædrys major repens.

Trifſago, ſeu Chamædrys, Matth. Lugd.

Trifſago, Lac. Trixago, Caſt.

Chamædrys, Ang. Ad. Lob. Cæſ. major primus,
Clus. pan.

Chamædrys major repens, Dod.

Chamædrys mas, Cam.

Chamædrys major 1. & 2. Tab.

Chamædrys major, & Chamædr. latifolia, Ger.

Folio majore & minore variat: floribus item
albis ac rubellis in eadem planta.

III. Chamædrys minor repens.

Chamædrys, Brunf.

Chamædrys, Dod. gal. Cord. hiſt. Geſn. hor. Ta-
bern. Eyst.

Chamædrys vera, Trag. Tur. Cord. in Diſc.

Chamædrys vera mas, Fuch.

Chamædrys vulgaris mas, Lon.

Chamædrys major, Lob. ico. Lugd. minor, Ger.

Chamædrys repens minor, Dod.

Chamædrys major, vel 2 Clus. pan.

Chamædrys vulgaris, vel 2. Eid. hiſt.

Flore est purpuracente, rarius niveo.

IV. Chamædrys spinosa: in Phytop. Mat-
thiolo & Prodromo deſcripta.

V. Chamædrys alpina Cifti flore.

Cervaria, Geſn. hort.

Herba cervi quibusdam, Eid. fracto.

Chamædrys montana frutescens durior, Ad.

Lobel.

Chamædrys 3. ſive montana, Clus. pan. & hiſt.

Chamædrys montana, Lugd. Tab.

Chamædrys alpina Simleri, Cam.

Argentina Mompelliaca, Tab.

Teucrium alpinum Cifti flore, Ger.

VI. Chamædrys alpina saxatilis,

Teucrium 3. Clus. pan. 6. pumilum, Eid. hiſt.

Veronica petræa ſempervirens, Poinæ.

VII. Chamædrys alpina minima hirsuta,
quarto loco in Prodromo deſcripta.

an Teucrium minimum, Clus. hiſt.

VIII. Chamædrys unicaulis ſpicata.

Trixago Apula unicaulis, Col. cui forte

Verbena recta Diſcoridis.

IX. Chamædrys Austriaca folijs tenuiſſime
laciñiatis: qua 2. in Prodromo.

X. Chamædrys Hispanica folijs tenuiſſi-
me diuiſis: 3. in Prodromo.

XI. Chamædrys ſpuria major latifolia.

Veronica maximæ, Lugd.

an Chamædrys mas altera, Cam.

XII. Chamædrys ſpuria major altera, ſive
frutescens.

Teucrium 1. vel Teucrium majus pannonicum
latifolium, Clus. pan. at in hiſt.

Teucrium quartum.

Hujus duæ ſpecies: altera virgis ereſtis cau-
libus quadrangulis, nonnunquam rotundis,
magis minusq; hirsutis ligneſcentib⁹, & ex una
ala communiter cauſiculis 4. prodeuntib⁹, folijs
latiōri-

coloribus: altera virgis humi diffusis, frequen-
tibus, ut interdum magnos cespites latè tegant,
folijs minoribus & flore dilutiore: & hæc est
Teucrij quarti species secunda, Clus. hist.

XIII. Chamædrys spuria hederacea repens,
sive Scutellata repens.

Chamædrys hederacea, in Cat. Altorff.

XIV. Chamædrys spuria major angustifolia.

Chamædrys altera, Trag.

Teucrium primum, Matth. Lugd. 2. Tab.

Chamædrys vulgaris mas, Fuch. Tur. Lugd.

Hierobotane foemina, Dod. gal. Lugd.

Pseudochamædrys, Gesn. hort.

Chamædrys sylv. Dod.

Veronica supina facie Teucrij pratensis, Lob. ic.

Auricula muris quinta, Cæf.

Teucrij quarti species tertia, Clus. hist.

XV. Chamædrys spuria minor rotundifolia.

Chamædrys, Brunf. falsa, aliquibus Teucrium,
Gesn. hort.

Chamædrys vulgaris foemina, Fuch. Tur. Lon.
Lugdun.

Hierobotane mas, vel Verbenaca supina mas,

Dodon. gal. Lugd.

Teucrij species quam Chamædryn vocant,

Cord. in Diosc.

Teucrium pratense, Ad. Lob. & Teucrium spu-
rium Chamædryoides, Lob. ico.

Pseudochamædrys, Thal.

Auricula muris sexta, Cæf.

Teucrium tertium minus, Tab.

Chamædrys sylv. Ger. Clus. hist.

Alia caulibus altioribus, folijs rotundiori-
bus, amplioribus, flore cæruleo: alia folio ro-
tundiore, sed minore, hispidiore, dentato.

XVI. Chamædrys spuria minor latifolia.

Teucrium secundum, vel Teucrium pannoni-
cum minus, Clus. pan. at. §. Eid. hist.

Teucrium pannonicum, Tab. Ger.

Flos aut cærulei saturati coloris aut dilutio-
ris & quasi cinerei: sic ex carneo candicantis.

XVII. Chamædrys spuria latifolia mi-
nima.

Veronica tetragona mont. recta minima, Col.

XVIII. Chamædrys spuria minor angusti-
folia: pro quinta in Prodrom. descripta: quam
Treucrij quarti speciem 3. Clus. hist. secundum
descriptionem diceremus, nisi figura ejus aliam
ostenderet.

XIX. Chamædrys spuria affinis rotundifo-
lia scutellata.

Alyssum Dioscoridis montanum, Col.

C H A M Æ P I T Y S.

Xaustralis Dioscoridi lib. 3. c. 175. & 176. quasi humili picea, quodd folia Piceam oleant. Plinio l. 24. c. 6.
Chamæpitys, Latinis Ajuga appellatur, dicirurg, propter abortus, ab alijs Thus terra.

Genera tria Dioscor. 1. herba est qua humi serpit incurva & similis, folijs sempervivi minoris: at multò te-
nuioribus pinguioribus, & hirsutis: floribus luteis, vel candidis: 2. cubitalibus ramis in anchoræ speciem in-
curvatis flore candido: 3. mas est, herbula laevis, foliolis tenuibus, albis, pilosis: caule scabro, candido: pusillis flo-
ribus luteis, &c. Plin. l. c. cubitalibus ramis flore pinus & odore: altera brevior & incurva & similis: tertia eodem
odore, & idem nomine quoq, parvulo caulinco, crassitudine digitali, folijs scabris, exilib. albis, in petris nascens.

I. Chamæpitys incana exiguo folio.

Chamæpitys prima, Fuch. Ang. Lon. (qui flores
purpureos tribuit.)

Chamæpitys tertia, Dod. Matth. Ital. Lac.

Ajuga 1. Tur. sive Chamæpitys altera, Matth.

Chamæpitys 1. Dioscoridis odoratior, Ad. Lob.

Chamæpitys tertia, sive altera, Matth. Lugd.

Folijs est incanis, hirsutis flosculis luteis di-
stincta ab Echo scorpioide, Chamæpityde ver-
miculata, & Anthylloide, Thalij.

II. Chamæpitys moschata, folijs serratis:
an prima Dioscoridis?

Chamæpitys species Monspelij, Ges. hor.

Iva moschata Monspeliensium, Ad. Tab. Ger.

Anthyllis altera, Clus. hisp. & hist. Cæst. Lugd.

Anthyllis Chamæpitides minor, Lob.

Chamæpitys spuria prior, sive Anthyllis alte-
ra, Dodon.

Chamæpitys altera & major, Cæf.

III. Chamæpitys lutea vulgaris, sive folio
trifido.

Chamæpitys terria, Trag Fuch. Ang.

Chamæpitys secunda, Tur. Lon.

Chamæpitys 1. Matt. Dod. Lac. Cord. hist. Lugd.

Chamæpitys, Ges. hor. Cæf. vera, Cord. in Dios.

Chamæpitys major, Tab. mas, Ger. Eyst.

Ajuga sive Chamæpitys mas Dioscoridis, Ad.

Lobel.

Ajuga, Cast. tertia, Tur.

Ajuga luteo flore, Clus. pan. & hist.

Peristerona Cratevæ, Ang.

Flore est luteo: at Clusius in hist. meminit

Ajugæ multifidis folijs flore rubescente, quod

Fuchsio & Dod. tertium sit.

I V. Chamæpitys cærula Austriaca.

Chamæpitys Austriaca, Clusius pan. & histor.

Eystett.

Chamæpitys cærulea, Cam.

Flore est communiter cæruleo: rarius purpureo.

V. Chamæpitys spuria multifido folio, La-

mij flore.

Ajuga adulterina, Clus. hisp. Lugd.

Chamæpitys spuria altera, Dod. qui duplitem figuram habet, quem Lugd. historia imitatur.

Chamæpitys adulterina, Lob.

Chamæpitys alia, Cam. ep.

Pseudechamæpitys, Clus. hist.

AL SINE

A ^{Λεύν Διοσκοριδι l. 4. c. 87.} quod lucos, quos ἄλλον nominant & umbrosa loca amet: & Mv̄s ſr, id eſt, muris auricula, quod muscorum auribus folia ſimilia habet. Sic Plinio l. 27. c. 4. Alſine quam quidam Myofotēn appellant, naſcitur in lucis, unde & Alſine dicta. Unius uterq; meminit.

I. Alſine hederulæ folio.

Alſine quartum genus, Fuch. ico.

Elatine, Dod. gal. Lac. Thal. prior, Lugd.

Lappago Plinij, Ang.

Alſine mas, Gef. hor. species in vinetis, Eid. col.

Alſine spuria prior, Dod.

Morsus gallinæ folio hederulæ, Ad. Lob.

Centunculus hirsutior, Cæſ.

Alſine hirsuta, Cam.

Alſine hederacea, Tab. Ger.

Variat foliorum magnitudine: flore purpureo, aut dilutè purpurascente: rarius laeteo.

II. Alſine Veronicæ folijs floſculis caulinis adhærentibus.

Elatine polyschides, Lugd.

Alſine folio Veronicæ, Tab. Ger.

Alyſſon, Col. in phytobas.

III. Alſine Chamædrifolia floſculis pediculis oblongis iſidentibus.

Morsus gallinæ tertiae, Trag.

Alſine media, Fuch. Lugd. Cam.

Alſine, Tur. alterum genus, Fuch. ico.

Elatine altera, Dod. gal. Lugd.

Alſine altera folijs ferratis, Gef. col.

Alſine folijs Triflaginis, Lob. ico. Tab. Ger.

Alſine spuria altera, Dod.

Antirrhinon Dioscoridis, Cæſ.

IV. Alſine triphyllos cærulea.

Hendelfraut/ cæruleis floſculis, Trag.

Alſine parva recta, Lob. ico. Cam.

Elatine triphyllos, Lugd.

Dactyliobotanum cæruleo flore, Thal.

Alſine recta, Tab. Ger.

Altera majoribus & crassioribus folijs: altera minoribus.

V. Alſine Symphyti petræi capitulis.

Alſine alia, Clus. hisp. Boëtica, Eid. hist.

VI. Alſine scandens baccifera.

Cyclaminus altera Dioscoridis, Ghini.

Recentiorum planta, Alſines majoris facie bacis Solani, an Cacubalum Plinij, Ad.

Alſine repens, Clus. hisp. & hist. ap. alt. Lob. Dodon. Cast. Cam.

Alſine major, Clus. hist. maxima, Thal.

Cucubalus Plinij, Lugd.

VII. Alſine bacciferæ ſimilis ſuis aciniſ. Herbae adverſus hæmorrhoides admirabilis acini, Clus. hist. app. alt. ad lib. 6.

VIII. Alſine altissima nemorum.

Morsus gallinæ majus, Brunf.

Morsus gallinæ 2. genus, Trag.

Alſine major, Dod. Cam. Tab. Ger.

Alſine major, & Alſine genuina Diosc. Lugd.

Alſine maxima, Lob. ico. media, Thal.

Centunculus viticulis cubitalibus, Cæſ.

IX. Alſine anguſtifolia.

Alſine maxima, Lugd.

X. Alſine major.

Alſine marina, Dod. Tab. Ger.

Alſine ſive Hippia major, Lob. ico.

Centunculus, Cæſ.

XI. Alſine media.

Morsus gallinæ primum genus, Trag.

Alſine, Math. Ang. Lac. Lon. Lob. Lugd. Cast.

Alſine major, Fuch. 1. genus, Eid. ico.

Alſine media, Dod. gal. Tab. cui & Alſine, Ger.

Hippia minor, Cord. hist.

Alſine minor, Dod. Ad. Lob. ico. Thal.

Alſine morsus gallinæ femina, Gef. hor.

XII. Alſine minor multicaulis.

Morsus

Morsus gallinæ minor, Brunf.

Morsus gallinæ species 4. Trag.

Al sine, Turn. minor, Fuch. Dod. gal. Lon. Thal.

Lugd. Tab.

Al sinæ 3. genus, Fuch. ico.

Al sine minima, Dod. Ad. Lob. Cam. Ger.

Centunculus minutissimis caulinis, Cæf.

XIII. *Al sine minor lini capitulis.*

Al sine minima suffruticis instar, Thal.

Al sine petræa minima, Tab. petræa, Ger.

Variat : alia suffrutici similis, rigidis caulinis : alia caulinis tenerioribus : tertia medio modo se habet caulinis non adeò implexis : & hujus, ut & prioris, plures differentiæ notantur, foliorum longitudine, tenuitate, hirsutie differentes.

XIV. *Al sine minor folijs rotundis.*

Al sinæ minoris alia species, Thal.

Variat : alteri enim folia sunt latiora, rotundiora : alteri subrotundiuscula & mucronata : alterius, medio modo se habent.

XV. *Al sine verna Androsaces capitulis : sub 6. in Prodromo descripta.*

XVI. *Al sine affinis Androsace dicta major.*
Androsace altera, Matth. Lugdun. Clus. pan. & hist. Cam. Tab.

Androsace annua spuria, Ger.

Morsus gallinæ, vel *Al sinæ species non ex Syria*, sed ex quadam antiqua macerie, Ad.

XVII. *Al sine affinis Androsace dicta minor : sub 5. in Prodromo descripta.*

XVIII. *Al sine nodosa gallica.*

Al sine nodosa, Lugd.

Al sine Spergula dicta.

I. *Al sine Spergula dicta major.*

Spergula, Dod. Lugd.

Sagina Spergula, Ad. Lob.

Al sine tenuifolia altera, vel *terrestris altera*, Col.

II. *Al sine Spergula facie media.*

Spergula marina, Lugd.

Anthylloides, Thal.

III. *Al sine Spergula facie minor : five*

Spergula minor flosculo subcæruleo : quæ sub

Al sine 9. in Prodromo describitur.

an Asterias five Stellaria, Lugd.

Al sine palustris.

I. *Al sine aquatica major.*

Al sine palustris, Tab. Ger.

II. *Al sine aquatica media.*

Al sine fontana, Tab. Ger.

III. *Al sine aquatica minor & fluitans.*

Al sine fluviatilis, Tab. Ger.

IV. *Al sine palustris minor, folio oblongo : quæ 2. in Prodromo, &*

Portulacæ aquaticæ nomine missa.

V. *Al sine palustris minor serpillifolia : quæ 1. in Prodromo.*

VI. *Al sine littoralis folijs Portulacæ.*

Al sinæ genus pelagicum, Clus. hist.

VII. *Al sine maritima flore rubente.*

Al sine maritima Neapolitana, Col.

VIII. *Al sine minor Androsaces alterius*
Matthioli facie : quæ 5. in Prodromo.

IV. *Al sine nodosa Germanica : quæ 8. in Prodromo.*

X. *Al sine tenuifolia muscosa.*

Al sine muscosa, Lugd.

Al sine alpina.

I. *Al sine alpina glabra : in Phytopinace sub 21. at in Prodromo sub 3. descripta.*

II. *Al sine alpina junceo folio : sub 22. in Phytop. at sub 4. in Prodromo proposita.*

III. *Al sine montana capillaceo folio.*

Al sine faxifraga angustifolia minima montana, Col.

IV. *Al sine alpina caulinis nudis prolifera.*
an *Saxifraga 3.* Col.

V. *Al sine alpina minima glabra : quæ 7. in Prodromo.*

VI. *Al sine montana latifolia flore laciniato.*
Al sine montana hederacea maxima, Col.

Al sine hirsuta arvensis.

I. *Al sine hirsuta magno flore.*

Auricula muris quibusdam, Dod. gal.

Al sine spuria 3. Eid. lat.

Al sine myosotis, Ad.

Al sine hispida 1. Thal.

Hæc duplex est : alterius folia minore hirsute donantur : alterius pilosiora sunt.

II. *Al sine hirsuta altera viscosa.*

Auricula muris 3. Dod. gal.

Al sine species glutinosa, Ges. col.

Al sine spuria 4. Dod.

Al sine viscaria, Cam.

III. *Al sine hirsuta minor.*

Al sine hispida minuta, Thal.

A N A G A L L I S.

A *Nayœnis* Dioscoridi lib. 2. cap. 209. Anagallida, aliqui Corchorum vocant, Plinio lib. 25. cap. 13. Genera duo Dioscoridi & Plinio flore tantum distantia: quæ cæruleo est flore, fœmina: quæ phœnico mas ijsdem dicitur.

Anagallis terrestris.

I. *Anagallis phœnico flore.*

Anagallis, Cord. in Diosc. Ges. hor. mas, Brunf.

Trag. Matth. Fuch. Dod. Tur. Lac. Lon. Lugd.

Cast. Ger.

Anagallis rubro flore vel purpureo, Gesn. col.

Anagallis phœnica mas, Ad. Lob.

Anagallis phœnica, Tab. punicea, Cæs.

Anagallis phœnico flore, Cam. mas, Clus. hist.

Anagallis terrestris mas, Thal.

Corchorus Cratevæ, Theoph. & Nicandri, Ang.

Hæc Dioscoridis mas est: aliquibus Corallina Æginetæ: alijs Corchorus Plinij: alijs Molochia Serapionis.

Variat floris colore: phœnico est communiter: est & purpurascens sive obsoletè purpureo, cui phœniceum quidam permistum conspicitur, monente Clus. hisp. & hist.

II. *Anagallis cæruleo flore.*

Anagallis fœmina, Brunf. Trag. Matth. Fuch.

Dod. Tur. Lac. Lon. Cast. Lugd. Ger.

Anagallis cærulea fœmina, Ad. Lob Clus. hist.

Anagallis cærulea, Cæs. Tab. cæruleo flore, Cam.

Anagallis terrestris fœmina, Thal.

Flore est cæruleo, rarius albo.

III. *Anagallis cærulea, folijs binis ternisve ex adverso nascentibus.*

Anagallis tenuifolia Monnelli, Clus. hist. ap. alt.

IV. *Anagallis lutea nemorum.*

Numularia sylvatica vel mas, Gesn. hort.

Anagallis lutea, Ad. Lob. Lugd. Thal. Tab. Ger.

Anagallis luteo flavo flore, Cam. Clus. pan. & hist.

Alfine lutea, Lugd.

Folio aliquando ampliore reperiri, auctor est Clus. hist. ap. alt.

Anagallis aquatica.

I. *Anagallis aquatica major folio subrotundo.*

Anagallis aquatica, folio maximo, Thal.

Berula sive Anagallis aquatica, Tab.

Anagallis sive Beccabunga, Ger.

II. *Anagallis aquatica minor folio subrotundo.*

Sion, Brunf. non odoratum 1. Trag.

Sium, Ang. Eric. Cord. Fuch. Lon. non odora- tum quibusdam, Gesn. hort.

Sij alterum genus, Fuch. ico.

Cepæa, Tur. Dod. gal.

Anagallis aquatica, (sive Beccabunga Germanorum) Ad. Lob. Dod. Lugd. Thal. Cæs.

Anagallis aquatica minor 1. Tab.

Anagallis aquatica minor flore pallido, Ger.

Quibusdam Sium Dioscoridis lib. 2. cap. 154. sed folia olusatri desunt & inodora sunt: alijs Cepæa Dioscoridis lib. 3. cap. 168. sed folia Portulacæ hæc non habet.

III. *Anagallis aquatica major folio oblongo.*

Berula major, Tab.

Anagallis aquatica, Ger. major, Gesn. col.

IV. *Anagallis aquatica minor folio oblongo.*

Anagallis aquatica minor 2. Tab.

Anagallis aquatica minor, Ger.

V. Anagallis aquatica folijs pulegijs serpillive.

Sium alterum & Anagallis aquatica, Trag.

VI. *Anagallis aquatica folio rotundo non crenato.*

Anagallis aquatica altera, Lob. Lugd.

Anagallis aquatica 3. Lob. ico.

Guilandinus modò Alisma, modò Cochleariam nobis nominavit: & alij Samolum Plinij lib. 25. cap. 11. faciunt.

VII. *Anagallis aquatica angustifolia.*

Anagallis aquatica 4. Lob. ico.

VIII. *Anagallis aquatica angustifolia scutellata: hæc in Prodromo, & pro 9. in Phyto-*

pynace descripta.

E L A T I N E.

E *λαθήνη folia habet Helicina, at minora & rotundiora pilosa, &c. in segetibus, Dioscoridi lib. 4. cap. 40.*

Idem Plinius lib. 27. cap. 9. Elatine nomine.

I. *Elatine folio subrotundo.*

Veronica fœmina, Matth. Fuch. Gesn. hort. Tur. Fuchsij figuram exhibet

Dod. Lon. Cæs. Cast. Lugd. (qui Matthioli & Cam. Ger.)

Elatine

Elatine Dioscoridis, Ad. Lob.

Verbascum quorundam, Lugd.

Elatine t. Tab. altera folio rotundo, Thal.

Reperitur folijs latioribus oblongis : dēin folijs decuplo minoribus, rotundis Numularia forma, quam

Elatines alteram speciem Thalius facit.

II. Elatine folio acuminato in basi auriculato, flore luteo.

Elatine, Matth. Cast. Lugd. rest., Lob.

Elatine altera, Dod. Lob. ico. Tab. Ger.

Elatine folio acuminato, Thal.

Linaria hederulæ folio, Col.

In agris hirsutior & minor : in hortis glabrior & lætius virens.

III. Elatine folio acuminato flore cæruleo.

Difserit à priore folijs rotundioribus, ad basin minus auriculatis : ac floribus, qui subcærulei, vel cærulei sunt : & Monspeſſuli in loco Gramuntio, & hinc inde circa vias reperitur.



SECTIO SECUNDA.

Kολόνωθα ἐδώλου Dioscoridi l.2. c.162. dicitur, ad differentiam νολόνωθις, de qua l.4. c.178. me-
minit: & Theophrastus hist. 18. Latinis, *Cucurbita à concurvatu*, quod facile siquid obliterit, quo minus
extendatur, incurvescat.

Genera duo prima *Cucurbitæ* Plinio l.19. c.5. Camerarium & Plebeium quod humi repit: crescit qua co-
gitur forma, libertate vero pensili concessa, jam visa est novem pedum longitudinis. Semina qua proxima collo
fuerint, proceras pariunt: qua in medio, rotundas: qua in lateribus, crassas brevioresq;.

Calabasi seu *Cucurbita* in India ad miraculum usq; augescunt, qua in hac sola provincia Chile nascun-
tur & Capallos nuncupantur: *Cucurbitarum species* propè infinita sunt, quedam immensa mole monstrose
sunt, qua dissectæ & resiccatæ excavantur & ex ijs varia vas a effinguntur: ex minoribus pocula, aut pateras
ingeniosè calatas concinnant: Joseph. Acosta l.4.c.9.

Sic Brasiliani ex *Cucurbitis* liquidam pultem, Mingau vocatum, sorbent: Stad. def. Brasil, l.2. c.12.

I. Cucurbica major sessilis, flore albo.

Cucurbita cuius fructus in orbem collectus in-
tumescit, Trag.

Cucurbita sessilis, Matth. epit.

Cucurbita major, Fuch. Tur. latior, Dod.

Zuccha rotunda, Anguil.

Cucurbita Cameraria major, Dod. gal. Lugd.

Cucurbita sessili fructu, Cord. in Diosc.

Variat magnitudine, colore corticis, viridi,
flavo, candido, maculofo: aliquando sulcis di-
ffinguitur: quædam tuberosa est.

II. Cucur. major rotunda fl. luteo folio aspero.

Cucurbita Indica, Matth. Cast.

Zuccha major rotunda, Cord. hist.

Cucurb. quam Zuccá marin. Itali vocant; Ges. h.

Cucurbita rotunda, Cæsalp.

Cucurbita Indica rotunda, Lugd.

Cucurbita Indica major & minor, Tab.

Citrullus major, & *Pepo* major syl. Ger. icon.

Varia hujus genera, magnitudine, facie, & co-
lore differentia: earum namq; quoddam genus
est, quod utrisq; ulnis vix amplecti potest, & in
insula S. Laurentij, ejusmodi colore rubro, fla-
vo, albo & saporis longè gratioris atq; nostra-
tes, ubertim proveniunt. Palud. in notis ad Lin-
scot, sive par. 2. Ind. Or. c.5.

III. Cu-

III. *Cucurbita lagenaria* fl. albo, folio molli. Cucurbita, Brunf. prior, Dodon.
Cucurbita minor, Fuch. Dod. gal. Turn.
Cucurbita plebeja, Ges. hort.
Cucurbita lagenaria, Lob. Cast. Gerard.
Cucurbita lagenaria major & minor, Ad. Tab.
Cucurbita Cameraria minor, Lugd.
 Variat fructus, quandoq; lagenarum forma, aliquando ventricosa absque collo pyri turbinati figura.

IV. *Cucurbita lagenaria Americana*.
Cucurbitularum ex quibus Americani lagenulas conficiunt, Americus Vesputius navig. 2. meminit, quas viri de collo suspendunt, quarum una herbâ plena est quam mandunt: altera farinâ, quam bacillo madefacto, herbæ aspergunt.
an Lagenulæ Americanæ è fructu è mari Australi, Clus. ex. l. 2. c. 8.

Sic in regno Congo, in *Cucurbitis aquam adferunt*: par. i. Ind. Or. l. 2. c. 1.

V. *Cucurbita oblonga* flore albo, folio molli. *Cucurbita fructu oblongo*, Trag. Cord. in Dios.
Cucurbita oblonga, Fuch. longa, Tur. Lon. Cast. Tab. Cam. longior, Dodon.
Cucurbita anguina, Dod. gal. Gerard.
Zuccha longa, Anguil.

Cucurbita, Ges. hort. *sativa longa*, Cæf.
Cucurbita sive Zuccha, Ad. omnium maxima anguina, Lob.
Cucurbita Cameraria longa, Lugd.
 Falcata figura sâpe crescit, quædam cervicem tantum recurvam habent: quædam rectitudine servata bicubitalem, etiam tricubitalem longitudinem acquirunt.

VI. *Cucurbita capitata*.
Cucurbita quædam sessilis alba lata, ab altera parte compressa, Ges. hort.
Cucurbita capitata, Taber.
Cucurbita fungiformis, Gerard.
Cucurbita stellata sive sessilis, Camer.
 VII. *Cucurbita verrucosa*: & Lugd.
 VIII. *Cucurbitæ parvum genus*, fructu pugni magnitudine, cortice rubro, maculis asperfo, & semine rubro, Joh. Bauhino.

IX. *Cucurbitacei generis semen spadiceum*.
Fructus alicujus sem. 19, Gareti, Clus. ex. l. 2. c. 16.

X. *Cucurbitis non absimilis fructus*, Brasilianus.
Fructus in sylvis cucurbitæ forma non absimilis, sed longè amplior, quos frustatim concidunt, in aquam conjiciunt, baculo spumam excitant, qua pro sapone utuntur, Lerio desc. Brasilia sive par. 3. Ind. Occid. c. 17.

C O L O C Y N T H I S .

*K*olonubis aut noλόνυμοις οἰγὸς, aut σινάρα nigræ, aut νολόνυμοις Α'λεξανδρεῖν, Dioscoridi l. 4. c. 178. *Cucurbita sylvestris*, Colocynthis dicta, quæ minor sativa, Plinio l. 20. c. 3.
 Genera varia habentur: alia minor fungosa & levis, quæ officinarum est: alia major, oblonga ac flava; alia candida: alia rotunda varia; alia sessilis, nigra, maculata, magna instar *Cucurbita*: & alia ab hac differens etiam sessilis, sed minor, alia deniq; turbinata.

I. *Colocynthis fructu rotundo major*.
Cucurbita agrestis, Brunf.
Colocynthis vera, Trag.
Colocynthis, Matth. Ang. Cord. in Dios. (& *Cucurbita deserti*) Ges. hort. (& *Cucurbita sylv.*) Lac. Lon. Ad. Lob. (& *Cucurbitula amara*) Lug. Cast. Gam. Gerard.

Colocynthis prima, Dod. gal. mas, Taber.
 Colore est viridi, magnitudine utramq; magnum replente.

II. *Colocynthis fructu rotundo minor*.
Colocynthis fungosa & levis, Cord. hist.
Colocynthis minor, Ges. append.
Cucurbita sylv. fructu rotundo minor, Cæf.

Colore est flavo, hujusq; medullâ aridâ officinæ utuntur.

III. *Colocynthis oblonga*.
Colocynthis grandis oblonga, Cord. hist.
Colocynthis grandis candida solo colore ab oblonga differens, Eid.

Variat colore: alia enim primùm viridem colorem in cortice ostendit, postea maculis candidantibus conspergitur, postremo totus in luteo pallet, sitque durus & lignosus: alia principio viret quidem, sed mox alblicantibus maculis aspergitur, at in maturitate totus albicat. *Cordus* in sua historia differentias sex proposuit, & ex eo Lugd. histor.

IV. *Colocynthis pyriformis*, seu *Pepo amarus*.
Colocynthis Germanica, Trag.
Colocynthis 2. Dod. gal. fœmina, Taber.
Colocynthis turbinata, Cord. hist.

Colocynthis pyriformis, Ad. Lob. Lugd. Ger.
Colocynthis nigra pyriformis, Cam.
Cucurbita sylv. Dod. figura pyri, Cæf.
Pseudocolocynthis pyriforma, Eyst.

Cucurbita syl. Somphos Plin. dicta, quibusdam.
 V. *Colocynthis pomiformis* cortice macula-
Colocynthis exacte sphærica, Ad. (to.
Pseudocolocynthis pomiformis, Eyst.

CUCUMIS ASININUS.

Sinus æye & *Dioscoridi l.4.c.154. Theophrasto 7.hist.6. & 9.hist.10. Cucumis sylvestris Plinio l.20.c.1.*

Cucumis sylvestris asininus dictus.
Cucumis agrestis, Brunf. Cord. in *Diosc. Lugd.*
Cucumis sylv. Trag. Matth. Ang. Fuch. Dod. ut:
 Lac. Lon. Cæf. Cast.
Cucumis anguinus, Tur. Cord. hist.
Cucumis erraticus vel *asininus*, Ges. hort.

Cucumer Elaterij sylv. Ad. Lob.
Cucumis asininus, Tab. Ger. Eyst.
 Ex hujus succo exiccato & in pastillos con-
 formato fit *æsæneor* dictum *Dioscoridi l.4.c.155.*
 & *Theophrast. 9.hist.10.* Gaza agitatorium ver-
 tit, ut infra lib. 12. sect. 6. ostenditur.

SECTIO QUINTA.

MALVA; ALTHÆA; ALCEA; CORCHORUS; GERANIUM;
 SANICULA; PES LEONIS; CANNABIS; EUPATORIUM; POTEN-
 tilla; Herba Molucana; Caryophyllata; Dentaria; Epimedium; Pæo-
 nia; Leontopetalon; Chrytoponum; Sta-
 phis agria.

M A L V A.

Malva μαλάχη *Dioscoridi l.2.c.144. & Theophrasto 1. hist.5. ἀμαλάχω ab emolliendo ventre, nomen*
habet, etiam Plinio l.20.c.21. monente: idq; propter naturalem lentorem suum, ut Paulus afferit: unde à Martiali l.16 Mollis vocatur. Latinis Malva & Varroni quasi Molv. i, quod alvum molliat, qua antiqui in
acetarijs cum Lactuca ad alvum subducendam utebantur.

Duplex est *Dioscoridi & Plinio, sativa & sylvestris*: subjungit *Plinius*, duo esse genera, quæ folij amplius
 discernantur, majorem Gracos Malopen vocare in sativis: alteram Malachen: è sylvestribus cui grande
 folium & radices alba. *Althæa* vocatur, &c. *Theophrastus* duplēcē exprimerē videtur, dum 1. hist. 5. & 14. *Mal-*
vam in arborem transire scribit, *Malvam* roseam intelligens: dum verò 7. hist. 7. ait, *Malvam* coqui & cibo idoneam esse, vulgatam *Malvam* innuit. Antiquitus in *Malvarum* folijs scriptitatum, *Cinna* antiquus poëta in-
 dicat, cuius ve. sus ab *Isidoro* referuntur: quare suspicari licet hoc respexisse Pythagoram, qui ut *Aelianus* au-
 stor est, μαλάχης, id est, *malva* folium sanctissimum esse dicebat.

I. *Malva sylv.* folio rotundo.

Malva, Brunf. Matth. Lac. Cast.

Malva vulgaris, Lugd. vulgatissima, Trag.

Malva sylv. pumila, Fuch. Dod. ut: Tur. Thal.

Malva sylv. repens pumila, Lob. Lugd. Ger.

Malva sylv. Ang. Ad. sylv. supina, Cord. hist.

Malva agrestis minor, Ges. hort.

Malva minor, Lon. sylv. minor, Tab. vulgaris
 minor, Cam.

Malva flore candido, Cæf.

Variat folijs rotundioribus & latioribus.

II. *Malva sylvestris* folio sinuato.

Malva erratica 2. vel *Malva equina*, Brunf.

Malvæ vulgaris altera species, Trag.

Malva sylv. elatior, Fuch. Dod. gal.

Malva sylv. Tur. Ger. sylv. recta, Cord. hist.

Malva sylv. vulgaris, Cord. in *Diosc.* sylv. pro-
 cerior, Dod. Ad.

Malva sylv. major, Ges. hort. Lugd. Tab. Thal.

Malva vulgaris procerior, Lob. major, Lon.

Malva vulgaris major, Cam.

Malva flore subrubente, Cæf.

Apud veteres in genere domesticarum fuit.

III. *Malva Americana*: quæ 3. in *Prodromo*.

IV. *Mal-*

IV. *Malva hederaceo folio.*

Malva quarta, Math.

Malva hederacea sive montana, Eid. ep. Cast.

Malva major tertia, Lugd.

V. *Malva folijs crispis.*

Malvæ species sinuosa, Cord. in Diosc.

Malva sativa laciniosa, Eid. hist.

Althæa crispa & major, Gesn. hort.

Malva crispa, Gesn. hort. Dodon. Camer. Taber.

Ger. Eyst.

Malva crispatis oris, Lob.

Flos est albicans, modò roseus.

VI. *Malva folio vario.*

Malva trimestris vel pumila, Clus. hist.

VII. *Malva rosea folio subrotundo.*

Malva sativa antiquorum: quæ cultu arbore-

scit, Theoph. Malope, Plinij.

an Anadendromalache, Galeni.

Malva hortulana, Brunf.

Malva sativa major, Eid. 4.

Malva hortensis, Trag. Fuch. Tur. Dodon. Lon.

Gerard.

Malva sativa, Dod. gal. Ang.

Malva major Matth. arborea, Eid. 4. *sive hor-*

tensis, Tab.

Malva Romana, Gesn. hort.

Hastula regia, Eid.

Malva major unicaulis, Matth. Cast.

Malva rosea fruticosa, Adv. Lob. *rosea simplici*
flore, Lugd.

Malvæ alterum genus, Cæf.

Flores candidi, rubentes, modò saturatiùs,
modò dilutiùs, aliâs purpuræ modo relucen-
tes: & ex rubro nigricantes: quare

Malva hortensis flore simplici albo: flore

simplici incarnato: flore simplici rubro, pingi-
tur ab Eyst.

VIII. *Malva rosea folio subrotundo, flore*

pleno.

Malva Romana multiplex, Trag. Gesn. hort.

Malva rosea multiplex, Lob. Lugd. Tab.

Malva hortensis multiplici flore, Dod.

Malva major unicaulis multiplex, Cast.

Flos colore variat, albo, incarnato, tubro,
puniceo, nigricante, hinc tres figuræ apud Tab.
& Gerardum, & in horto Eyst. quatuor.

Malva arborea multiflora, Tab.

Malva hortensis multiplici flore, Gerard.

Malva arborea flore nigro multiplici, Tab. &
Gerard.

Malva rosea multiplex, Tab.

Malva purpurea multiplex, Ger.

Malva rosea multiplex flore albo: flore incar-
nato: flore pleno atrorubente: flore pleno
rubro, Eyst.

IX. *Malva rosea folio fucus.*

Malva rosea simplex peregrina, Tab. Ger.

X. *Malva folio fucus altera: quæ prima in*
Prodromo.

XI. *Malva arborea Veneta dicta parvo flore.*

Malva major altera, Matth. Lugd.

Malva arborea, Matth. epit. icon. Cast. & major
unicaulis, Matth. epit. desc.

Malva arborescens, Gesn. hort. Dodon. Camer.
Cæf. Eyst.

an Malva arborea sylv. Adv.

Flos est cæruleus, nec multo major quam
Malvæ equinæ flos sit: Malva arbor Plinio.

XII. *Malva Syriaca.*

Cobes Malvæ species, Cam.

A L T H Æ A.

A *Abæix, aliij ißionē, quæ in sylvestrium malvarum genere est: Dioscoridi lib. 3. cap. 163. sic dicta ab*
ælθē quod remedium, vel ælθæiv medendo, quod hujus multiplex usus sit: hinc Dioscoridi, quod
inter primas utilis sit, & ποντικης, pluribus remedij polleat: & Plinio lib. 20. cap. 21. ab effectu excellentia
nominata, quæ à quibusdam Aristalthæa dicatur.

Genera: unius solum meminere, ut & Theophrastus 9. hisp. 15. ubi Gaza Hibiscum reddidit: at 9. hisp. 19.
florem melinum tribuit.

I. *Althæa Dioscoridis & Plinij.*

Althæa, Brunf. Trag. Matth. Fuch. Dodon. ut:

Turn. Lac. Cord. in Diosc. & hist. (& Malva pa-

lustris) Gesn. hort. Lon. Adv. Lob. (& Ibiscus)

Lugd. Cast. Tab. (& Bismalva) Ger.

Althæa sive Malvaviscus, Ang.

Malvæ agrestis genus, Gesn. hort.

Malva sylv. prima, Cæf.

Althea vulgaris, Camerar. Thal. Clus. hister.

Eystett.

Flores candidi, aut ex albido dilutè purpureo rufentes.

II. Althæa flore majore.

Althæa pannonica secunda, Clus. pan. & tertia, in hist.

Althæa Thuringiaca, Cam. Eyst.

III. Althæa laciniato folio.

Althæa tertia, Clus. pan. Pannonica quarta, Ei- dem hist.

I V. Althæa frutescens folio rotundiore incano.

Althæa frutex, Clus. hisp. Lob. Gerard. prima, Clus. hist.

Althæa arborescens Clusij, Tab.

Althæa lignosa Dalechampij, Lugd.

Malva altera ad Malopen accedens, Cæs.

Althæa fruticans Hispanica, Eyst.

Gallica majore est quam Hispanica flore.

V. Althæa frutescens folio acuto parvo flore.

Althæa arborea Olbiæ in Galloprovincia, Ad. Lob. ico.

Althæa arborescens, Cam. Tab. Ger.

Hæc cum quarta eadem non est, licet Lobelius

velit, sed distinguenda, ut recte Clusius fecit.

VI. Althæa frutescens Bryoniæ folio : in Prodromo describitur.

VII. Althæa palustris : & Lugd. Tab. Ger.

Althæa palustris cytini flore, Ad. Lob.

Althæa hortensis sive peregrina, Dod.

Sida vulgo, Camer. vidi Theophrasti 4. hist. ii. censem setetur.

Flore est albo & subrubeo.

VIII. Althæa Theophrasti flore luteo.

Althæa altera, sive Abutilon Avicennæ, Matth. Ibisus Theophrasti, Dod. gal.

Althæa Theophrasti, Gesn. hort. Cæs. Lugd. &

Althæa altera, Eid.

Althæa peregrina, Gesn. hort.

Althæa luteis floribus, Ad. Lob. Ger.

Abutilon, Ang. Dod. Castor. Camer. Avicennæ, Eystett.

Malva Theophrasti, Tab.

IX. Althæa Theophrasti similis.

Abutilon Indicum, Cam.

Flos magnitudine rosæ sylv. albicans, interius luteus.

A L C E A.

Annæ Dioscoridi libr. 3. cap. 164. forte sic dicta ab annis, auxilio vel remedio, cum ejus radices Dysentericis & ruptis auxilio sint. Plinio libr. 27. cap. 4. Alcea. Generi sylvestrium: Malvarum Dioscorides, qui unius meminit, adscripsit.

I. Alcea vulgaris major.

Alcea & herba Simeonis, Brunf.

Alcea, malvæ roseæ sylv. genus, Trag.

Alcea, Matth. Fuch. Dod. gal. Cord. in Dioscor.

Gesn. hort. Lac. Lon. Lugd. qui duas figurashat, Cæs. Tab.

Cannabis sylv. & Herba Ungarica, Ang.

Alcea vulgaris, Dod. Adv. Lob. Lugdun. Cam. Clus. hist. Eyst.

Malvæ agrestis genus, Gesn. hort.

Malva verbenaca, Ger.

Alcea est Dioscoridis & Plinij : quibusdam

Cannabis sylv. Dioscoridis lib. 3. cap. 166. alijs

Malva Theophrasti.

Folijs variat, acutioribus, rotundioribus, hirsutioribus, laevioribus : flore est ex rubro roseo, vel candidiore.

II. Alcea vulgaris minor.

Dens leonis & Malva querna, Lon.

Alcea minor Dalechampij.

Folijs est in longas laciniias divisus,

III. Alcea folio rotundo laciniato.

Alcea peregrina, Clus. hist.

Malva montana, sive Alcea rotundifolia laci- niata, Col.

an Alcea tenuifolia Cordi, Thal.

IV. Alcea Pannonica & Alcea tenuifolia,

Cam. quid?

V. Alcea cannabina.

Alcea, Ang.

Alcea fruticosior, Adv. Lob. pentaphylla folio cannabis sylv. Dioscoridis, Eid. ico.

Alcea fruticosa cannabino folio, Clus. hist.

Alcea altera, Cæs.

Alcea cannabina, Cam.

Alcea fruticans, Eyst.

Hæc nubeculis ægyptia, Cannabis sylv. Dioscori- dis lib. 3. cap. 166. videtur.

VI. Alcea arborescens Syriaca.

Alcea arborescens, Rauvv. Cam.

Althæa frutex 2. Clus. hist.

Ketmia syrorum quibusdam.

Alcea

Alcea Syriaca, Eyst.

Hujus flores è rubro purpurascunt, at vetustate ad cæruleum colorem vergunt: habetur etiam flore candido, quæ

Alcea Syriaca flore candido, Eyst.

Hujus & altera species minore flore, quæ

Althæa frutex tertia, Clus.hist.

VII. Alcea vesicaria.

Alcea Veneta, Trag.Dod.gal.Lugd.Eyst.

Alcea Bononiensis, Gesn.hort.

Hypocoum, Matth. (malè sic dicitur Guil, monente) Lac. Lugd.Cæf.Cast.

Hypocoum alterum spurium, Gesn.hort.

Alcea peregrina, Gesn.hort. Tab.Ger. folisequa,

Adv. Lob.

Alcea vesicaria, Dod.

Malva Veneta, Gesn. hort. Lon.

Herba Ungarica, Lon.

VIII. Alcea hirsuta.

Alcea villosa Dalechamp. Lugd.

an Alcea minor in sylvis folijs Geranij, Cæf.

IX. Alcea Indica magno flore.

Sabdariifa, Lob. Dod. Lugd. Camer. Tab. Ger.

Eystett.

Alcea Americana, Clus.hist.

Folijs ludit, prima aliquando integra, communiter in tres lacinias divisa: aliquando instar foliorum Elleborastri in septenas profundas lacinias sexta observavimus.

X. Alcea Indica parvo flore.

Exotica malvacea, Bamia Eben quibusdam, Advers.

Trionum Theophrasti, Rauvv. Lugd.ap.

Sabdariifa alia, Lugd.

Bamia, Alp. Cam. Belli ep. 5. ad Clus.

Bamia Alexandrina, Cæf. Cast.ap.

Alcea Ægyptia, Clus.hist.

XI. Alcea Ægyptiacæ affinis.

Fructus 18. è navigat. Batau. Clus. ex l. 2. c. 15.

XII. Alcea Indica parvo flore altera.

Bamia Ægyptiaca siliqua decagona, cum in alijs pentagona duntaxat, Clus. hist. ap. alt. ad lib. 4.

XIII. Alcea Ægyptiaca villosa.

Abelmosch Ægyptiorum, sive Abutilon Avicennæ, Ponæ ital.

Belmuscus Ægyptiorum nomine ex Creta ab Honorio Belli accepimus.

C O R C H O R U S.

Corchorū duplicis Plinius meminit: alterius lib. 25. cap. 13. Anagallidem intelligens: alterius lib. 21. cap. 15. inter herbas sponte nascentes & in cibis usitatas: & libr. 21. cap. 32. Alexandrinorum cibis, convolutis folijs ad similitudinem mori, &c. Et Alpino, facultate similis est Althea & Aegyptijs in cibo nil familiarius, aut gratius. Et Judæi cocta folia cum carne edunt, quæ sapore acetosæ prædictæ sunt, annotante Rauvvolfio in suo Hodeporico.

Corcoros Plinij, Lob. Lugd.

Olus Judaicum Avicennæ, quibusdam & Mo-

Iuchi Arabum, Rauvvolfi.

Corcorus sive Melochia, Cam.

Melochia, Alpini.

G E R A N I U M.

Gerávru Dioscoridi lib. 3. cap. 131. à grani capitū imagine, in summo ejus cacumine visenda, nomen habet: at recentiores, à ciconia rostrī effigie, Rostrum ciconia nominant. Geranium, & aliquibus Myrrhis, alijs Merthryda (rectius Myrrbida) Plinio lib. 26. cap. 11.

Genera duo Dioscoridi: alterum folijs Anemones, alterum folijs Malva. Plinio tria sunt: primum similius cicuta, folijs minoribus, saporis & odoris jucundi: subjungit ex Græcorum sententia, alterum folijs Malva, & tertium Anemones.

Geranium Anemones folio rotundo.

Geranium sive batrachium cæruleum, Tab.

Geranium batrachioides, Ger.

Variat flore cæruleo, albo, albo lineis cæruleis variegato: est & flore cæruleo dupli, sed duplo majore, & dicitur

Geranium batrachioides cæruleum, &

Geranium batrachioides flore albo, Eyst.

I. Geranium batrachioides folio Aconiti.

Geranij species tertia, Gesn.hort.

Geranij majoris species prima, Eid.ap.

Geranium 2. vel batrachioides alterum, Clus. pan. & hist.

II. *Geranium batrachoides hirsutum, flore atrorubente.*
an *Geranij majoris species 2.* Gesn.ap.
Geranium primum pullo flore, Clus. pan. & histor.

III. *Geranium batrachoides odoratum.*
Geranium montanum, Gesn.col.
Geranium batrachoides alterum, Dod.
Geranium batrachoides longius radicatum, Lob. Lugd.
Geranium macrorhizon, Cam.Eyst.
Pes columbinus in sylvis nascens alter, Cæf.

IV. *Geranium sanguineum maximo flore.*
Sanguinaria radix, & Geranium 3. Trag.
Geranium alterum majus, Gesn.hort.
Geranium hæmatodes, Dod. gal. Lugd. Clus. pan. Thal.Cam.

Geranium sextum, Fuch.Tur.Lac.Lon.
Geranium gruinnm sanguinale hæmatodes supinum radice reprice, Lob.ico.
Geranium 7. hæmatodes, Clus.hist.
Geranium sanguinarium, Eyst.

V. *Geranium batrachoides, Gratia Dei Germanorum,* Lob.
Geranium quartum (sanguinariæ radicis species) Matth.Lugd.Cast.
Geranium 5. Fuch.Lac.Lon.sexum, Tur.
Geranium batrachoides, Dodon.Camer.Thal. Lugdun.
Geranium batrachoides sive magnum cæruleum, Adv.

Geranium batrachoides primum, Clus.pan.
Geranium sanguinarium, Tab.majus, Eyst.
Geranium tertium batrachoides majus, Clus. histor.

Duplex est: grandius floribus cæruleis aut albis, & quidem eodem loco: minus, rubris.

VI. *Geranium batrachoides flore variegato.*
Geranium Anglicum variegatum, Eyst.

XII. *Geranium batrachoides, Collum gruis Germanorum.*

Geranium quartum, Fuch.
Gruinalis, Dod.Lugd.

VIII. *Geranium montanum fuscum.*
Geranium montanum, Dod.
Geranium fuscum, Lob.Lugd.Eyst.
Geranium maculatum, Tab.sive fuscum, Ger.

IX. *Geranium tuberosum majus.*

Geranium primum, Matth.Ang.Lugd.Cast.
Geranium bulbosum Matthioli, Tab.

Geranium subrotunda radice Dioscoridis, Ges. hort.

Geranium tuberosum, Død. Lugd.vel 10. Tab.
Geranium tuberosum majus, Cam.
Geranium bulbosum, Dioscoridis primum, Adv.Lob.

X. *Geranium tuberosum minus.*
Geranium tuberosum minimum, Cam.
XI. *Geranium radice grumosa.*
Geranium tertium, vel bulbosum Pennæi, Clus.pan.
Geranium 4. vel bulbosum, Eid.hist.

XII. *Geranium nodosum.*
Geranium quintum nodosum Plateau, Cl.hist.
Geranium sextum tuberosum Plateau, Idem.
an *Geranium sive batrachium cæruleum,* Tab.
an *Geranium batrachoides,* Ger.

XIII. *Geranium parvum folijs ranunculi.*
Geranium 8. vel Salmaticense rostratum, Clus. histor.

XIV. *Geranium argenteum alpinum.*
Geranium alpinum longius radicatum, Ponæ.

XV. *Geranium lucidum saxatile.*
Geranium saxatile ἐγεοπόπελον, Thal.
Geranium saxatile, Cam.Eyst.
Geranium alterum montanum saxatile rotundifolium, Colum.

Geranium Malva folio.
I. *Geranium folio Malvæ rotundo.*
Geranium alterum, Hermolai, Brunf. Trag.
Matth. Fuch. Dodon. gal. Turn. Lac. Lon. Cast.
Thal.

Geranij vulgaris species, Gesn.hort.
Pes columbinus, Dodon. Adv. (seu *Geranium alterum* Dioscoridis) Lob.Cæf.

Geranium aliud, Lugd.
Geranium columbinum, Tab.Ger.
Geranium malvaceum sive Balsaminum, Cam.

Duplex est majus & minus: majori caules majores & folia paulo molliora: minori omnia minora & folia asperiora. Sic folia modo in profundiores, modo breviores & latas lacinias divisa sunt: floris magnitudine etiam differunt: flore triplo majore & cærulei elegantiores coloris ex horto Dei habemus.

II. *Geranium columbinum tenuis laçinatum:* quod 2. in Prodromo.

III. *Geranium folio Althææ.*
Geranium sextum, Matth. Lugd.Cast.
Geranium à calceolario missum, Dod.

Geranium malacoides, Ad. Lob. Ger.

Geranium altheodes, Cam.

Geranium Monspeliacum, Tab.

Pes columbinus tertius, Cæf.

Sub *Geranio* 2. etiam hoc intelligit *Dioscoretides*, dum *gruum rostra tribuit*. *Geranium folij candidioribus malvæ*, Plinio.

IV. *Geranium malacoides minus*: quod 1. in *Prodromo*.

Geranium folio Cicuta vel Myrrhidis.

I. *Geranium Cicutæ folio acu longissima*: quod 3. in *Prodromo*.

II. *Geranium Cicutæ folio moschatum*: & inodorum.

Acus moschata, Eric. Cord. Cæf. Col.

Herba moschata, Ang.

Geranium, Trag.

Geranium 1. Matth. edit. 1. Fuch. Dod. gal. Tur. Lac. Lon. Cast.

Geranium tertium, Matth. edit. post. Lugd.

Geranium supinum, Dod. majus, Cord. hist.

Geranium *παχυτηρινον*, Thal.

Myrrhida Plinij, rostrum Ciconiæ, Ad. Lob.

Geranium moscatum, Cam. Ger. Eyst.

Geranium myrrhinum, Tab.

Hoc vel odoratum moschum redolens, vel inodorum est.

III. *Geranium Coriandri folio odoratum*.

Geranium Apulum Coriandri folio alterum odoratum, Colum.

IV. *Geran. cicutæ folio minus*, & *supinum*.

Herba Roperti & *Geranium quartum*, Brunf.

Geranium minus & *primum*, Trag.

Myrrhida Plinij & Rostrum ciconiæ inodorum vulgatum, Lob. ico.

Geranium 7. sive Geranium gruinum, Dod.

Geranium minus vel arvense, Tab.

Geranium moschatum inodorum, Ger. Eyst.

Flos communiter bresili coloris: aliquando albus est: hinc duæ figuræ,

1. *Geranium minus*, Tab.

Geranium moschatum inodorum, Ger.

2. *Geranium arvense album*, Tab.

Geranium inodorum album, Ger.

V. *Geranium Robertianum primum*.

Geranium tertium, Brunf. Matt. Fuch. Tur. Lac. Lon. Thal.

Gratia Dei, vel *Geranium quibusdam*, Trag.

Sideritis tertia, Dod. gal. Ang. Gesn. col. Lac. Lonic.

Panax Herculeum, Ang.

Geranium Robertianum, Ad. (Sideritis Achilleon, aut congener) Lob. Dod. Cam. Tab.

Rupertiana vulgo, Cæf.

Herba Ruperti & *Geranium secundum* *Dioscoridis*, Lugd.

Duplex est: alia omnino viridis, quam fœminam faciunt: alia rubens, quæ præfertur: triplex differentia in Advers.

VI. *Geranium Robertianum alterum*.

Geranium quartum, Fuch. Tur. Lac. Lon. quintum, Matth.

Geranium gruinale, Dod. gal. Lugd.

Geranei Robertiani altera species, Ad.

Geranium violaceum (vel 12.) Tab. Ger.

VII. *Geranium latifolium longissima acu*.

Geranium Creticum annum hematodes, Lobelio.

Geranium Creticum, Camer. Tabern. Gerard. Clus. hist.

S A N I C U L A.

Sanicula à sanandis vulneribus nomen traxisse videtur: Doctissimus Columna sub Siderite tertia Dioscoridis pingit & describit.

Sanicula officinarum.

Diapensia, Brunf. Matth. Cast. cui & *Pentaphylili* quinta species.

Sanicula, Brunf. Trag. Dodon. ut: Anguil. Gesn. hort. Lac. Lon. Cæf. Camer. Thal. Tabern. (cui)

& *Consolida quinquefolia*) Eystett.

Sanicula mas, Fuch. Lugd.

Sanicula & *Diapensia*, Ad. Lob. Ger.

Sideritis tertia *Dioscoridis*, Col.

P E S L E O N I S.

Pes Leonis à forma foliorum: vulgo Alchimilla, quod *Alchimistarum præconis celebrata sit*.

I. *Alchimilla vulgaris*.

Pes leonis, Brunf. Brunf. Fuch. Lon.

Leontopodium, Brunf.

Alchimilla, Trag. Dodon. ut: Lac. Anguil. Adv. Lob. Cæf. Thal. Tabern. Gerar. Eystett. vulga-

ris, Clus. hist. Cam.

Stella-

Stellaria, Matth. Cast. Lugd.

Drosera & Droshum, sive *γιαδεσον*, à rore folijs insidente, Cord. in hist.

Stella herba Italica, Gesn. hort.

Flosculi communiter colore pallidi ac herbae rarius albi.

II. Alchimilla alpina quinquefolia, in Prodromo descripta.

C A N N A B I S .

K A'vva'bis Dioscoridi libr.3. cap.165. & Plinio libr.20. cap.23. Cannabis quæ in sylvis primum nata est. Est autem sativa & sylvestris: Sativa, mas & foemina. Sic quæ floret fructum non fert, quæ fructum fert, non floret.

I. Cannabis sativa.

Cannabis, Brunf. Matth. Ang. Lac. Tur. Lon. Ad. Lob. Cæf. Cast. Tab. Ger.

Cannabis major, Trag.

Cannabis sativa, Fuch. Cord. in Diosc. fœcunda, Dodon.

Cannabis mas, Dod. gal.

II. Cannabis Virginiana.

Cannabis in Virginea spontè prodit à nostra caule & folijs diversa, materia tamen perinde bona: in des. Virgin.

III. Cannabis erratica.

Cannabis foemina, Trag. Dod. gal. Lugd.

Cannabis erratica paludosa sylvestris, Ad. Lob.

Cannabis sterilis, Dod. Cam. sylv. Cast.

IV. Cannabi similis exotica.

Bangue, Garziæ, Acoſtæ, Monard. Frag. Cast.

Lugdun.

Bangue cum Maslac Turcorum affinitatem habet, Clus. in Acoſt.

Bangue arbor cannabi similis ad omnia ferè utilis ceu Amfion (sive Opium) Linscot. part.4.

Ind. Or. c.35.

Bangue crebri apud Ægyptios & Turcas usus, quod triplici modo parant, & primum Assis: alterum, Bosa: tertium, Bernavi, quod verum & genuinum Bangue est, Palud. notis in Linsc.

Cum folia cum cannabis similitudinem habent, & cortex in fila diduci possit, huc retulimus.

Herba exoticæ quæ in fila instar Cannabis diducuntur.

I. Herba de Bengala.

In Bengala ex herba quam ad colum instar lini nent, telam texunt, quæ subtilitate sericum antecellit: ex folijs linteamina elaborant acū pingentes nunc flosculos, nunc historias vario colore, quæ lectulis insternuntur: Linsc. par.2. Ind. Oriental. 18. & in Madegascar & in Baya part.3. c.11.

II. Tokaun folia oblonga & acuta ex quibus fila detrahunt, & reticula piscatoria inde contexunt: Stad. in Brasil. l.2. c.8.

III. Herba in cuius folijs sericum instar tenuis pellicula nascitur, cuius folia duos pedes longa, unum lata, & ad binos pedes cum semine in Virginia & Persia adolescit: des. Virgin.

IV. Radix filamentosa sericea.

Tit planta in sylvis nascens sine fructu: radice geminorum compressorum pugnorum magnitudine, coma flavescente mollissimum serum referente, quo pro plumis utuntur ad lesternia: Linscot. par.3. Ind. Or. 6.

E U P A T O R I U M .

E γιαδεσον Dioscoridi lib.4. cap.41. ιπασίος Oribasio in collect. & ιπασίτης, id est, Hepatica, quod hepati medeatur. Plinio lib.25. c.6. Eupatoria regiam auctoritatem habet. Sunt qui velint nomen ab inventore Mithridate cognomento Eupatore habere.

I. Eupatorium cannabinum.

Salvia, Brunf. ico.

Herba S. Kunigundis, Trag. prima, Tab.

Eupatorium vulgare, Matth. Tur. Dodon. Lugdun. Cast.

Eupatorium adulterinum, Fuch.

Pseudohepatiorum mas, Dod. gal. Thal.

Eupatorium Avicennæ creditum, Ang. Ges. hort. Lac. Lon. Cam.

Eupatorium aquaticum, Gesn. col.

Trifolium cervinum aquaticum, Ges. hor.

Cannabina aquatica mas, Ad. Lob. (sive Eupatorium mas) Colum.

Eupatorium, Cæf.

II. Can-

II. Cannabina aquatica folio tripartito divisso.
Verbena supina vel *tertia*, *Trag.*
Verbena recta, *Cord.* in *Diosc.*
Verbesina, *Gesn.* ap.
Forbesina Bononiensium, *Ges.hor.*
Pseudohepatorium foemina, *Dod.gal.Thal.*
Hepatorium aquatile, *Dod.*
Hydropiper, *Lugd.*
Bidens folio tripartito divisso, *Cæs.*

Folia communiter in tres partes, aliquando quinque & sex digitorum instar divisa sunt.

III. Cannabina aquatica folio non divisso.
Eupatorium cannabinum foemina *Septentrio-*
nalium, *Ad.* *Lob.* *ico.*
Hydropiper aliud Dalechampij, *Lugd.*
Bidens folio non dissecto, *Cæs.*
Eupatorium cannabinum chrysanthemum,
Tab. *Ger.*
Conyz palustris, *Eyst.*
Cannabinæ aquaticæ similis *capitulis nutan-*
tibus: in *Prodromo*.

IV. Eupatorium veterum sive Agrimonia.
Agrimonia, *Brunf.* *Dod.* *Lon.* *Cæs.*
Eupatorium vulgare, *Trag.*
Eupatorium, *Matth.* *Fuch.* *Dod.* *gal.* *Cord.* in
Diosc. & *hist.* *Lac.* *Tur.* *Cast.* *Tab.* *verum*, *Lugd.*
Eupatorium Græcorum, *Ad.* .
Eupatorium *Dioscoridis* & *aliorum Græco-*
rum, *Ges.hort.* *Lob.* *Thal.*
Eupatorium *Dioscoridis* & *Avicennæ*, *Anguil-*
Colum.

Hoc *Eupatorium* est *Græcorum* & *Avicennæ*,
& *Eupatoria* *Plinij*: quibusdam ejusdem *Plinij* *Agrimonia* in arvis nascens.

V. Eupatorium odoratum.
Agrimonia odorata, *Cam.*
Eupatorium *Dioscoridis* *odoratum*, *Cast.*
Eupatorium *alterum* *odoratum* & *aromaticum*, *Colum.*

VI. Agrimonæ similis.
Agrimonoides, *Colum.* à quo accepimus: &
postmodum etiam ex Italia semé, nomine *Pim-*
pinellæ folio *Agrimoniæ* missum fuit.

P O T E N T I L L A.

Potentilla ab eximijs viribus nomen obtinuit: alijs *Argentina*, à foliorum argenteo splendore. Sunt qui Stephanomelidem *Plinij* l.26.6.13. censeant: alijs ad *Argemonem* referunt.

Potentilla, *Brunf.* *Matt.* *Fuch.* *Lon.* *Cæs.* *Lug.* | *Anserina*, *Trag.* *Tab.*

(& *Argentina sylvestris*) *Cast.* *Thal.* | *Argentina*, *Dod.* *ut*: *Ad.* *Lob.* *Ger.*

Tanacetum agreste, *Brunf.* 4. | *Argemone altera*, *Fuch.* *ico.* *Ges.hort.*

H E R B A M O L U C A N A.

Herba Molucana, *Acosta*, & ex eo *Lugd.* vulgo remedium pauperum & destrucción Chirurgorum, quia insignis vulneraria est: in Maluco abunde nascitur.

C A R Y O P H Y L L A T A.

Caryophyllata, ab odore radicis sic dicta, quod vernali tempore eruta, *Caryophyllum aromaticum* odore referat: vulgus ab insigni ejus efficacia Herbam Benedictam & Sanamundam appellat. Sunt qui ad *Lagopum* *Dioscoridis* lib. 4. cap. 17. referant: alijs rectius ad *Geum* *Plinij* lib. 26. cap. 7. alijs ad ejusdem lib. 25. c. 9. *Argemoniam* cuius radix thus redoleat.

I. Caryophyllata vulgaris.

Garyophyllata, *Brunf.* *Trag.* *Dod.* *gal.* *Ges.hor.*

Lonic.

Garyophyllata *altera*, *Ang.*

Herba benedicta, *Brunf.* 4.

Benedicta, *Gesn.* *hort.*

Caryophyllata, *Matth.* *Lac.* *Lugd.* *Thal.* *Cast.*

Tab. *Ger.* *vulgaris*, *Ad.* *Lob.* *Cam.* *Clus.* *hist.*

Caryophyllata *hortensis*, *Fuch.*

Geum, *Tur.* *urbanum*, *Ges.hort.*

Gariofilata *vulgo*, *Cæs.*

II. Caryophyllata vulgaris *majore flore*.

Caryophyllata *sylvestris*, *Fuch.*

Caryophyllata *montana* *vulgari* *similis*, *Cam.*

III. Caryophyllata folijs *hederæ terrestris*.

Caryophyllata *sylv.* *vel* *quarta*, *Tab.*

IV. Caryophyllata *aquatica* *nutante* *flore*.

Benedicta *sylv.* *Trag.*

Ss

Geum

Geum rivale, Ges.hor.

Caryophyllata Septentrionalium rotundifolia
papposum flore, Ad.Lob.

Caryophyllata montana Dalechampij, Lugd.
Eystett.

Caryophyllata montana i. Clus.pan.& hist.

Caryophyllata major seu purpurea, Thal.

Caryophyllata aquatica, Cam.ep.palustris, Ca-
mer. Tabern.

V. *Caryophyllata aquatica altera*.

Caryophyllata montana tertia, Clu.pan.& hist.
Variat flore simplici & multiplici.

VI. *Caryophyllata alpina lutea*.

Caryophyllata montana, Matth.Lugd.i. mon-
tana, Anguil.

Geum alpinum & quartum, Ges.hort.

Caryophyllata major rotundifolia, Lob.

Caryophyllata montana, Dod.Tab.Ger.

Caryophyl.montana secunda, Clus.pan.& hist.

Caryophyllata alpina, Cam.

*Gariofilata alterum genus montanum flore lu-
teo*, Cæs.

Flore est luteo: varius purpureo vel albo.

VII. *Caryophyllata alpina minor*: in Phy-
topinace & Piadromo descripta.

Caryophyllata alpina omnium minima, Pon-

Caryophyllata alpinae minimae prima species,

Eid.Iral.

VIII. *Caryophyllata alpina Apij folio*.

Caryophyllata alpina minima altera, Pon-

Italic.

IX. *Caryophyllata alpina quinquefolia*.

Caryophyllata alpina pentaphyllæ, Ad. Lob.
ico. Gerard.

Caryophyllata montana, Cast.

Caryophyllata alpina quinquefolia, Tab.

an Polyrhizos latifolia, Lugd.

Variat folijs latioribus, angustioribus.

D E N T A R I A.

Dentaria à radicis forma & colore nominatur, qua candidissima ex pluribus squamis, quasi dentibus,
componitur: quibusdam à colore Coralloides & Alabastrites. Sunt qui ad violas referant: alijs inter So-
lidagines & Sympyta: alijs inter Saxifragias: alijs inter Saniculas recensent: an Ceratia Plinij l.26.6.8?

I. Dentaria heptaphyllos.

Saxifragæ montanae alia species, Ges.hor.

Coralloides altera, Cord. hist.

Viola dentaria altera, Dod.

Alabastrites altera, Lob.

Dentellaria altera, Lugd.

Aconiti lycoctoni genus alterum Dalech. Lugd.

Dentaria major, Cæs.alcera, Tab.

Dentaria τετάρτη, Clus.pan.& hist. Ger.

II. Dentaria pentaphyllos: & Cam. & Ger.

Dentaria minor, Matth.Lugd.altera, Cæs.Tab.

Coralloides, Cord.hist. ico.

Pulmonaria quibusdam, sive *Sanicula alba*,

Ges.hort.

Saxifraga montana quinis folijs, Eid.

Viola dentaria prima, Dod.

Nemoralis alpina herbariorum alabastrites,

Ad.Lob. ico.

Dentellaria rubra Dalech. Lugd.

Coralloides Cordi, Th.cui & Rhizocorallium.

Dentaria sexta, pentaphyllos prima, Clus.hist.

Dentaria corallina altera, Tab.

Variat folijs, in altera scabris & tactu asperis
sature virginitibus: in altera mollioribus, neque

adeo satura viriditate præditis: radice item, hu-
jus enim magis est dentata, sive inæqualis &

plurimis crassis squamis exasperata: illa

Dentaria sexta τετάρτη & 1: hæc

Dentaria septima τετάρτη & 2. Clus. in histor.
nominatur.

III. Dentaria heptaphyllos baccifera.

Coralloides, Cord. hist. descr.

Coralloidis alia species, Cord. histor. icona vi-
tiosissima.

Dentaria bulbifera, Lob.Cam.Ger.

Dentaria baccifera, Clus.pan.& hist.

Dentaria minor, Cæs.

Dentaria septifolia, Ger.

Hæc heptaphyllos, rarissimè pentaphyllos:
flos albus, aut ex candido leviter purpureus.

IV. Dentaria baccifera folijs ptarmicæ.

Dentaria angustifol. baccifera peculiaris, Eyst.

V. Dentaria triphylllos.

Dentaria coralloide radice 2. Clus.pan.Ger.

Dentaria enneaphyllos, Lob.

Dentaria, Cast. trifolia, Tab.

Dentaria quinta τετάρτη, Clus.hist.

Ceratia Plinij, Col.

E P O M E D I U M .

Epimedum Diocoridi lib. 4. cap. 19. caulis est non magnus, bederæ folijs denis aut duodenis, neque semen, neque flores proferens: radicibus tenuibus, nigris, gravis odoris, gustu insipido. Idem habet Plinius lib. 27. cap. 9. ubi aliqui Epimedum, alij Epimenidum legunt: Quibusdam Epipetron eisdem lib. 21. cap. 15. de qua nil nisi quod nunquam floreat, imitatus Theoph. 7. hist. 8. cui Epimetrum penitus flore caret.

Epimedium Anguil. (cui & Lunaria quo-| Camerar.
rundam) Adv. Dodon. Lobel. Lugdun. Tabern. | Planta altera in montibus Liguriæ, Cæs.

PÆONIA

Paenæa n̄ γλυννοίδη, quibusdam πετρόβογον cuius radicem aliqui idem dianthus vocant, Diocoridi lib. 3. cap. 157. Παεωνία n̄ γλυννοίδη (casta, alijs dulcisida Gaza reddente) Theophrasto 9. hist. 9. Et Plinio lib. 27. cap. 10. Glycyside, quam aliqui Peoniam aut Pentorobon appellant. Eidem lib. 25. cap. 4. Pæonia vetustissima inventa est, nomenq; authoris retinet, quam quidam Pentorobon appellant, alij Glycysiden. Dicta Pæonia, à Medico Pæone, que a Plutonem ab Hercule vulneratum, Homero Odyss. 5 figente, curasse perhibetur.

Genera duo Diocoridi: mas, folia juglandi habet, in fœmina Smyrnij modo dividuntur: maria radix digitali crassitudine, alba: fœmina radicibus ceu glandes circiter septem aut octo adhærent, ut in Asphodelo. Plinio lib. cit. duo genera: fœmina, cuius radicibus balani longiores circiter octo aut sex adhærent: mas plures habet, quoniam non una radice nixus est, palmi altitudine & candida: addit semen in siliquis, aliud grano rubente, aliud nigro.

I. Pæonia folio nigricante splendido, quæ mas.

Pæonia nobilior, vel 2. Trag.

Pæonia mas, Matth. Ang. Cord. in Diosc. Adv. Lob. Dod. Cæs. Lugd. cum dupli figura, Tabern. Ger. Eyst.

Pæonia mas folijs nucis, Gesn. hort.

Variat floris colore purpureo, incarnato: & hujus herbæ folia latiora segmenta habet, quæ subtus exalbida; hinc Eyst.

Pæonia mas flore purpureo.

Pæonia mas flore incarnato.

Pæonia mas major.

Pæonia mas major flore incarnato, Eyst.

Floris amplitudine reliquas superat: & herbæ folia in latiores & pauciores virescentes particulas dividuntur.

II. Pæonia communis vel fœmina.

Pæonia, Trag. Turn. Lon.

Pæonia fœmina, Brunf. Fuch. Anguil. Dodon. gal. Cord. in Diosc. & histor. Gesn. hort. Adv. Lob. Cam.

Pæonia fœmina altera, Dod. Lugd.

Pæonia vulgaris fœmina, Clus. hist.

Pæonia rubra flore simplici, Eyst.

Aglaophotis Ælianii censetur.

III. Pæonia fœmina altera.

Pæonia fœmina, Matth. Lac. Cast. Cam.

Pæonia fœmina prior, Dod.

Pæonia promiscua seu neutra, Adv. Lob.

Pæonia altera vel fœmina Diocoridis, Cæs.

IV. Pæonia tenuis lacinata subtus pubescens flore purpureo.

Pæonia Hispanico semine nata, sive secunda, Clus. hist.

Pæonia Hispanica sive pumila, Cam.

Pæonia pumila fœmina, Lob. ico.

Pæonia pumilis, Eyst.

an Pæonia minor, Gesn. hort.

V. Pæonia folio subtus incano, flore albo vel pallido.

Pæonia albo flore, Lob.

Pæonia leucanthemos, Psiphedila Bellonij, Camerar.

Pæonia Cretica, Clus. hist.

Pæonia alba quæ promiscua est, & Υπανία vocatur, Hon. Belli epist. i.

Huc referri potest ea, quæ flore est pallescere.

Pæonia ochranthemos Chamerarij: quamvis & illa, flore non solum sit albo, &

Pæonia simplex niveo flore, Cl. hist. sed etiam flore candicante aliquid rubri dilutioris aspersum habente.

Pæonia mas flore albo, Eyst.

VI. Pæonia aquilinæ folijs.

Pæonia quarta folijs superne virentibus, inferne pubescentibus, Clus. hist.

VII. Pæonia pomi arantij colore.

Pæonia tertia folijs per ora crispis, inferne cinericei coloris, flore carnei dilutioris, Cl. hist.

Pæonia peregrina flore coccineo, Eyst.

VIII. Pæonia flore variegato.

Pæonia quinta, Clus. hist.

Flos interdum carneus, aut ruber, aliquando media ex parte ruber, alijs carneus, vel utroque colore radiatim distinctus.

IX. Pæonia peregrina flore saturè rubente.

Pæonia Byzantina prior, Clus. hist.

Pæonia Byzantina major, Eyst.

X. Pæonia peregrina flore dilutè rubente.

Pæonia Byzantina altera, Clus. hist.

an Pæonia Byzantina minor, Eyst.

Flos illo paulo major, dilutioris coloris, siliquae breviores, semina rotundiora minusque nigra sunt.

Pæonia flore pleno.

I. Pæonia fœmina flore pleno rubro magiore.

Pæonia fœmina multiplici flore, Gesn. hort.

Dod. Tab. Ger.

Pæonia fœmina polyanthos, Lob. Lugd.

Pæonia πολυφύλλων, Clus. hist.

Pæonia polyanthos flore rubro, Eyst.

Flos hujus aliquando folijs quingentis dominatur : ex hujus semine tres differentiae nature. 1. flore simplici sex foliorum. 2. flore simplici octo foliorum serie, colore magis saturo rubro. 3. flore pleno matri concolor & etiam major.

II. Pæonia flore pleno rubro minore.

Pæonia pleno rubro flore minor, Clus. hist.

Pæonia altera flore pleno dilutiore & minore, Camer.

III. Pæonia fœmina flore albo pleno.

Pæonia fœmina polianthos flore albo, Taber. Gerard.

IV. Pæonia flore ex albido pleno major & minor.

Pæonia sexta, sive exalbida plena, Clus. hist.

Pæonia flore pleno incarnato, Eyst.

LEONTOPE TALON.

Leontopetalon *Dioscoridi lib. 3. cap. 110.* Leontopetalon, quod alij Rhapejon, Plinio lib. 27. cap. 11. *Dioscoridi* flos punicei coloris Anemone similis : cuius Plinius non meminit : at luteum solum observavimus.

Leontopetalon (id est, leoninum folium) | Leontopetalum, Matth. Ang. Gesn. hort. Lac. Advers. | Lob. Dod. Lon. Lugd. Cæf. Cast. Eyst.

CHRYSONONUM.

Xrysophyllum *Dioscorides lib. 4. cap. 56.* meminit, quod aliqui Jacobæam maritimam, alij Tormentillam censem, cum tamen sui generis planta sit.

Leontopetalo affinis folijs querinis. | append. Castor. Ponæ Ital. Chrysogonium *Dioscoridis, Rauvvolf. & Lugd.*

STAPHIS AGRIA.

Staphis agria *Dioscoridi lib. 4. cap. 156.* Astaphis agria, sive Staphis, Plinio lib. 23. cap. 1. Latinis herba pedicularis, ab effectu, unde & Phtiroctonon dici potest, cum nunc in Gracia φεραννον, granum pedicularium nominetur.

Staphis agria, Trag. Matth. Fuch. Dod. ut: | Lugd. Cæsalp. Castor. Camer. Gesn. hort. Turn. Adv. Lob. (sive Vitifolia) | Pedicularis, Cord. in Diosc.

SECTIO SEXTA.

QUINQUEFOLIUM; HEPTAPHYLLON SIVE
TORMENTILLA; FRAGARIA; TRIFOLIUM;
MEDICA; LOTUS; MELILOTUS.

QUINQUEFOLIUM.

Πεντάφυλλον (quod nomen à numero foliorum habet) *Dioscorides lib. 4. cap. 42. proposuit, cui folia sine*
Menthe, quina singulis pediculis, raro plura, in ambitu serrata, flores ex candido pallescentes, auri
enulos: radice subrubra, oblonga, &c. Sic & Theophrasto 9. hist. 14. πεντάφυλλον, ubi Gaza Quinquefoliam
& Quinquepetam vertit. Et Plinius lib. 25. cap. 9. Quinquefolium nulli ignotum est, Graci vocant Pentapetes, sive Chamazelon, sive Pentaphylon.

Quinquefolium flore albo.

I. Quinquefolium album majus caulescens: quod 1. in Prodromo.

II. Quinquefolium album majus alterum. Pentaphyllum verum ac nobile, Trag.

Quinquefolium majus candidum, Fuch.

Pentaphyllum albū, Matt. Ad. majus fl. albo, Eyst.

Quinquefolium 1. Tur. album, Dod. gal. Gesn. ap. Lugd.

Quinquefol. sive Pentaphyll. 1. Clus. pan. & hist.

Quinquefolium sylvaticum, Tab. Ger.

III. Quinquefolium album minus: quod 2. in Prodromo.

IV. Quinquefolium album minus alterum.

Quinquefolij albi species quædam, Gesn. ap.

Quinquefolium 2. minus albo flore, Clus. pan. & histor.

Quinquefolium flore luteo.

I. Quinquefolium majus repens.

Pentaphyllum minus, Brunf. vulgare, Trag.

Pentaphyllum, Gesl. hor. Cast. Diocoridis, Tab.

Pentaphyllum majus, Thal. luteum majus, Dod. gal. Lugd.

Pentaphyllum 1. & 2. Lon. repens, Cam.

Quinquefolium, Matth. Ang. Cord. in Diosc.

Lac. Adv. Lob. (sive Pentaphyllum vulgare)

Cæf. secundum, Turn. (jus, Fuch.)

Quinquefolium majus, Dod. Ger. luteum ma-

II. Quinquefolium minus repens aureum.

Quinquefolij quarti secunda species, Clus. pan.

& histor.

III. Quinquefolium minus repens luteum.

Quinquefolij minimum genus, vel 1. Trag.

Pentaphyllum minus luteum, Adv.

IV. Quinquefolium minus repens lanugi-

nosum luteum. (hist.)

Quinquefolij quati prima species, Clus. pan. &

Pentaphyllum sive Quinquefolium minus, Tab.

Incana pentaphyllæa, Ger.

an Pentaphyllum Bavanicum, Cam.

V. Quinquefolium minus repens alpinum aureum.

Quinquefolium tertium, Clus. pan. & hist.

VI. Quinquefolio similis Enneaphyllos: 4. in Prodromo.

Quinquefolium erectum.

I. Quinquefolium folio argenteo.

Pentaphyllum exiguum alterum, Trag.

Pentaphyllum album, Matth. canum, Thal.

Pentaphyllum luteum minus, Dod. gal. rectum minus, Cam.

Pentaphyllum tertium, Lon.

Quinquefolium luteum minus, Fuch. Tur. Lug.

Quinquefolium petræum majus, Tab.

Quinquefolium Tormentillæ facie, Ger.

II. Quinquefolium rectum luteum.

Pentaphyllum majus, Brunf. Lob. obs. Eystett. rectum majus, Cam.

Pentaphyllum aliud album, Adv.

Quinquefolium luteum rectum, Gesn. ap.

Quinquefolium vulgare, Lob. ico. Ger. alterum vulgare, Dod.

Quinquefolium Theophrasti majus, Tab.

Heptaphyllum Hermolai, Cæf.

Pentaphyllum flore albo, Lugd.

Folia terna, quina, sena, ut plurimum septena, in eadem planta observantur: flores sublutei, albi, rubri. Hinc figuræ duæ

Quinquefolij & Pentaphylli albi, & rubri, Lob.

Quinquefolij Theophrasti majoris & albi, vel majoris 1. & 2. Tab. (rei, Ger.)

Quinquefolij vulgaris & Pentaphylli purpu-

III. Quinquefolium montanum erectum hirsutum, luteum: quod 3. in Prodromo.

IV. *Quinquefolium fragiferum.*

Fragaria quarta, Trag.

Quinquefolium s. Clus. pan. *quintum fragiferum*, Eid. hist.

Quinquefolium fragiferum sextum, Tab.

V. *Quinquefolio fragifero affinis.*

Pentaphyllum supinum Tormentillæ facie,
Lob. Lugd.

Pentaphyllum supinum Potentillæ facie, Clus.
pan. & h.

Quinquefolium tertium serpens, Lob.

Quinquefolium fragiferum repens, Tab.

Fragaria vesca, Ger.

VI. *Quinquefolium palustre rubrum.*

Pentaphyllum rubrum, Dod. gal. Adv. Lugd.
palustre, Lob. ico. Thal. Ger.

Pentaphyllum palustre, Cord. hist. Cam.

Quinquefolium quartum, Dod.

Quinquefolium palustre, Gesn. h. Cam. ep. Tab.

Quinquefolium rubrum, Lugd. (Eyst.)

Folijs quinq; & sex variat, unde quibusdam
heptaphyllum dicitur.

VII. *Quinquefolium lupini folio.*

Pentaphyllum θεριόφυλλον, Thal.

VIII. *Quinquefolium tuberosum Indicum.*

Pentaphyllum Indicum, Clus. exot. l. 4. c. 18.

HEPTAPHYLLON SIVE TORMENTILLA.

Tormentilla, quod radicis pulvis cum aluminis & pyrethri momento, cavis dentium inditus, dentium tormentum sive cruciatum sedet: quam alij Pentaphyllis: alij Bistortis adnumerant: sunt qui Chrysogonum Dioscoridis suspicantur: Heptaphyllum, id est, Septifolium à quibusdam, à foliorum numero, nominatur.

I. *Tomentilla sylvestris.*

Tomentilla, Brunf. Trag. Matt. Dod. ut: Cord. in Dios. & hist. Ang. Lac. Lon. Ad. Lob. Cef. Lug. Thal. Cast. Tab. (& Consolida rubra) Ger. Eyst. Heptaphyllum, Fuch. Turn. Gesn. hort.

Hujus folia aliquando aversa parte candida sunt: aliquando quina, sæpiissimè septena.

II. *Tomentilla alpina vulgaris major.*

Tomentilla alpina, Cam.

Radix odoratior, rubicundior ac major vulgari.

III. *Tomentilla alpina folio sericeo.*

Argentaria petræa, Gesn. hort. alpina, Eid. col. Pentaphyllum argenteum, Ang.

Pentaphyllum alpinum petrosum & minimum, Adv. Lob. ico. Ger.

Heptaphyllum, Clus. hisp. & hist.

Stellaria argentea, Cam. ep.

Alchimillæ alterum genus, Cæf.

Tomentilla candida Dalechampij, Lugd.

Argentaria heptaphyllum montana, Cam.

Quinquefolium alpinum, Tab.

Pentaphyllum petræum minus, Eid. quod supinum, Ger.

IV. *Herba Wiapassa in Guajava abundans*
radicem habet Gingiberi, quoad saporem, non
dissimilem, & ad diarrhœam sedandam utilis:
part. 8. Ind. Occid.

F R A G A R I A.

Fragaria à fragro, id est odorem reddo, dicta videtur: Κόκκος Apulei censemur: inter Pentaphylla flore albo, Dioscoridem intellexisse volunt: & quia Mora terrestria Servio dicta fuere, sunt qui ad Chamebatum referant. Plinio lib. 25. cap. 9. *Fraga*. Rubus Idæus non spinosus quibusdam.

Genera: alia montana & sylvestria, in montibus & sylvis nata: alia sativa, que in hortis. Fructus magnitudine, figura oblonga, rotunda, & colore variat.

I. *Fragaria vulgaris.*

Fragaria, Brunf. Trag. Matth. Fuch. Dod. ut: Gesn. hort. Lon. Adv. Lob. Lugd. Cast. Ger.

Trifolium alijs Fragaria, Brunf.

Fragula, Cord. hist.

Rubus idæa minor, Lac.

Fragum & Trifolium fragiferum, Tab.

Fragaria major, Thal.

Fraga fructu rubro, Eyst.

Fructus magnitudine & colore variat: quæ-

dam rubra, quædam inter album & rubrum medij, quædam sanguinei coloris: habentur fructu duplo majore vulgari, herbaceo, luteo, pallore, & candore confusis: imò & subalba, quæ Fraga major subalba, Lob. fructu albo, Eyst. Fraga alba, Dod.

Fraga æquè magna ac in Anglia in Virginea crescent.

II. *Fragaria fructu albo.*

Fraga candida, Trag.

Fraga-

Fragaria minor seu *nigra*, Thal.

Fragum album, Tab.

Fragaria, Ger.

Fructu est aliquando toto candido, minus
grumoſo, dulciore : aliquando parte superiori
rubicundiore, at inferiore candidiore.

III. *Fragaria* fructu parvi *Pruni* magnitudine.

Fraga fructu magno, Eyst.

IV. *Fragaria* folijs hispidis.

Fragariae terrium genus, Trag.

Fragariae species minor, Haarbeer / Ges. hort.

Fragum tertium, Tab.

Partim rubra, partim candida sunt, vel sub-
purpurea.

V. *Fragaria* bis fructum ferens.

Fragariae genus in alpibus, Cæſ.

Fructus forma compressa, striata, Rubi idæi
sapore: vere & autumno maturat.

VI. *Fragaria* flore luteo.

Fragaria parva luteo flore, Ges. hor.

VII. *Fragaria* sterilis.

Fragaria sterilis, Ges. hort. marem dixeris, Eid. col.

Fragaria syl. minimè vesca sive sterilis, Lob. ico.

VIII. *Fragariae* affinis sericea incana, in
Prodromo descripta.

Incana Pentaphylli effigie, an Leucas Diosco-
ridis, Ad.

T R I F O L I U M.

Triphyllos *Trifolium* *Dioscoridij* l.3. c.123. sic dictum, quod singulis germinationibus, terna exeat folia.
Genera: *Dioscorides* solum bituminosum proposuit, quod ὄξυφυλλον, ελυνωθες ωραιοφαλλου: quod
bitumen oleat, dicatur. At *Plinius* l.21. c.9. *Trifolij* tria genera enumerat: *Minyanthes* ait, vocant Græci, alij
asphaltung, majore folio: alterum acuto, *oxytriphylion*: tertium ex omnibus odoratissimum.

I. *Trifolium* bitumen redolens.

Trifolium asphaltæum, Matth. Ges. hort. Fra-
cast. Ad. Lob. Lugd.

Trifolium, Dod. gal. Cord. in *Diosc.* *Ges. h.* Lon.

Trifolium bituminosum, Ang. Dod. Cæſ. Cast.
Cam. Tab. Ger.

Oxytriphylion, Gesn. hort.

Folia inferiora, antequam caulem proferat,
rotunda sunt, cum verò caulescit, acuta: hinc duæ
figuræ in hist. Lugd. altera rotundis, altera lon-
gioribus folijs. Semen Italicum in Germania
terræ mandatum, profert plantam odore bitu-
minoso: at semen plantæ in Germania educate,
rursus satum, plantam sapore & odore deficien-
tem producit: hinc duæ figuræ in horto Eyst.

Trifolium bituminosum odoratum, &

Trifolium bituminosum inodorum, Eyst.

II. *Trifolium* palustre.

Limonium, Cord. in *Diosc.* pratense, Trag.

Isopyrum, Dod. gal. Ges. hort.

Trifolium palustre, Cord. hist. Dod. Thal. Eyst.

Lotus palustris, Ges. hort.

Trifol. paludosum, Ad. Lob. majus & min. Ger.

Menianthes palustre, Lugd. dupli figura.

Trifolium majus & fibrinum, Tab.

Variat ratione loci, majus datur & minus, ro-
tundiore & acutiore folio: quare Taber. & Ger.
figuras duas exhibent.

III. *Trifolium* Americum.

Hoc cubitalis sèpè longitudinis instar cirrorum inflexum ex Moravia adfertur, & à circulatoribus inter radices & Theriacas suas venale circumfertur, de hoc aureos montes pollicentibus.

II. Polytrichum aureum medium.
Polytrichum nobile vel primum, Trago.

Polytrichum Apuleij aureum vel 2. Lon.
Muscus capillaris, Dod. minor, Ger.
Adiantum ἀργαλη medium, Thal.
Adiantum aureum minus, Tab.
Herbula gramine similis in parietibus major & minor, Cæf.
III. Polytrichum aureum minus.
Capillus Veneris, Brunf.
Polytrichum minus, Trag. Apuleij minus, Fuc.
Polytrichum aureum minus, Dod. gal. Lugd.
Polytrichum aureum tertium, Lon.
Musci capillaris altera species, Dod.
Muscus quidam in parietibus & tegulis, Cæf.
Adianthum ἀργαλη minus, Thal.
Hujus speciem Polytrichi nigri Brockenbergi nomine à D. Fürero acceperimus.

ROS SOLIS.

Ros Solis & Rorella, quæ veluti stellæ alicuius jubare sub Sole fulget, à mirabili natura nomen adepta est: nam quantumvis diu sol fervidus aestate eam illustrat, ejus tamen folia semper rora & humiditate madent, eorumq; lanugo guttulis affersa manet: & quod admiratione dignum, quod humidum illud in foliorum acetabulis contentum, ubi extremis digitis leviter attingitur, dum adhuc natali suo solo inhærens, aut confestim inde evulsa Solis radios experitur, mox velut in exigua filamenta sericea aut cædiuscula deducitur, quæ confestim concreta, ita postea semper perdurant. Hec ob magnam cum capillaribus affinitatem, subjungenda fuit. Recentiorum aliqui dñeōtior sed ab Alchimilla diversum nominant, dñeōtior enim rorem significat.

I. Ros

I. Ros Solis folio rotundo.	Mas & fœmina, inter Musci albicantis &
Polytricho minori figuram sine descriptione addit Tragus.	subrubentis genera crescunt.
Ros Solis, Dod. ut: Lon. Cast. Camer. (cui & Solaria) major, Ger.	II. Ros Solis folio oblongo.
Rosa Solis vulgo, Cajo Britanno.	Rorella sive Salsirora, Cord. hist.
Rorida sive Ros Solis major, Lob.	Ros Solis, lunaria quibusdam & Artemilla,
Solsirora seu Sponsa Solis, Thal.	Gefn. de lun.
Rorella minor prima, Tab.	Ros Solis alia, Dod. Lugd. minor, Ger.
Rorella sive Ros Solis, Eyst.	Polytrichum Apuleij album, Lon.
	Rorida sive Solis ros, Adv. Lob.
	Rorella minor 2. Tab.

SECTIO SECUNDA.

FILIX; DRYOPTERIS; LONCHITIS; POLYPODIUM;
HERBA VIVA; ET HERBA MIMOSA.

FILIX ET DRYOPTERIS.

Filix, φίλις & φίλειον Gracis dicta, ab aliis avium, quarum speciem ejus folia in ramulis disposita referunt, cum folijs pennatis sit Filix: & ut Plinius, folia lateribus pennata, unde nomen Greco imposuere. Duplex est, Gracis & Plinio: mas & fœmina. Mas φίλις simpliciter dicta Theoph. 9. hist. 20. at Dioſc. l. 4. c. 186. φίλις & βλαχον & τωλιπόλιον dicitur, cui folia sine caule, sine flore, sine semine, eaq; ex uno pediculo cubitali fermè longitudine exeunt, incisa & pennarum modo utrinque expansa, subgravi odore: radicem habet per summa cespitum nigrum, quadanterus longam, multas propagines fundentem & subastrigentis gustus. Vel ut Plinius l. 27. c. 9. Filicis duo genera: pterin Graci vocant, alij blechon quam marem existimant, ex una radice quam plures exeunt filices, bina etiam cubita excedentes longitudine, non graves odore. Theoph. 1. hist. 16. Filicis figura multifida, & quasi serrata sicut Abietis.

Fœmina θυλαστήρις & νυμφαική φίλις Dioſc. l. c. θυλαστήρις Theoph. 9. hist. 20. Plinio l. c. alterum genus thelypteris Graci vocant, alij nymphæ ampteris: folijs est Dioscoridi filicis, qua tamen non singulari, ut illa pedicula harent, sed è numero his altioribus q; propaginibus exeunt: radices longæ, oblique, numerosæ, ex nigro flavescentes, aliqua etiam rubra: vel ut Plinius, est singularis, at q; non fruticosa, brevior, mollior q; & densior folijs ad radicem canaliculata: radices utrig; longæ, in obliquum nigrae præcipue cum inaruere. Theoph. l. c. differt fœminæ Filix à mascula, quod folium unico artu porrectum habet, & radicem crassam & longam & nigram.

Δρυοφεγησ seu Filix querina: bac à foliorum figura & loco natali nomen obtinuit: qua Dioscoridi l. 4. c. 189. filici similis, at multotenuiore foliorum incisura radicibus inter se implicitis, hirsutis, gusto astringentibus & ad dulcedinem vergentibus: & Plinio l. 27. c. 9. Dryopteris filici similis in arboribus nascitur, tenui foliorum subdulcium incisura, radice hirsuta.

Filix ramosa.

I. Filix ramosa major pinnulis obtusis non dentatis.

Filix sylvestris, Brunn.

Filicis majoris primum genus, Trag.

Filix fœmina, Matth. Fuch. Dod. Lac. Adv. Lob. Cast. Lugd. Tab. Ger.

Thelypteris filix fœmina, Cord. in Dioſc.

Filix mas, Gefn. hort.

Filix fœmina prima, Thal.

Filix, Cæs.

Filix mas major sive fœmina credita vulgo,

Clus. pan.

Hujus folia communiter per ambitum non sunt dentata vel serrata, aliquando ramen folia inferiora, ad formam foliorum scabiosæ divisa reperiuntur.

II. Filix ramosa major pinnulis acutissimis non-dentatis.

III. Filix ramosa non dentata florida.

Filicis majoris alterum genus, Trag. Lugd.

Filix aquatica, Dod. gal. Lugd.

Sideritis forte Ruellio.

Filix mas, Ang.

Filix latifolia, Cord. hist.

Filix palustris, Gefn. ap. Dod.

Filicis genus ~~or~~ius, Gesn.hort.

Lunaria major seu filix lunaria & Filicastrum,

Gesn.de.lunar.

Osmunda, Adv. Lob.

an Filix palustris, Cæs.

Hujus species tenuiter dentata reperitur.

IV. Filix ramosa minor pinnulis dentatis.

Pteridion masculum, Cord.hist.

Filix fœmina altera tenuifolia, Thal.

Filicula petræa fœmina 4. Tab. ico.

Filix querna seu Dryopteris, Ger.

Filix non ramosa.

I. Filix palustris maxima dentata: in Prodromo describitur.

II. Filix palustris altera subfuscō pulvere hirsuta.

Struthiopteris, Cord.hist. Thal.

III. Filix non ramosa dentata.

Filix, Brunf.vulgaris, Trag.

Filix mas, Matth.Fuch.Dod.ut: Tur.Lac.Lon.

Adv.Lob.Cast.Lugd.Tab.Ger.

Filix fœmina, Ang.Gesn.hort. Cæs.

Filix mascula, Cord.in Diosc.& hist.

Filix mas altera, Thal.

Dryopteris, Matth.in epit.& Lugd.

Duplex est: altera cui pinnulæ in ambitu sunt dentatæ, altera cui non sunt serratæ: illa

Filix mas altera: hæc

Filix mas prima, Thalio dicitur.

IV. Filix non ramosa petiolis tenuissimis & tenuissimè dentatis.

Filicula petræa prima, Tab.

Filicula montana mas, Ger.

V. Filix querna.

Dryopteris, Brunf. Matth.fol.Cord.in Dioscor.

Gesn.hort. Adv.Lob.Cam.ep.

Filix arborea sive Dryopteris, Trag.Lugd.

Dryopteris Tragi & Pteridion fœmina Cordi, Thal.

Filix querna, Osmundula, Lon.

Filicis genus parvum alterum in montibus,

Cæsalp.

Filicula petræa fœmina 2. Tab.

VI. Dryopteris Dalechampij, apud Lugd. quid?

Filix saxatilis.

I. Filix saxatilis folijs non ferratis.

Filicula petræa fœmina tertia, Tab.

Filicis genus parvum primum in montibus, Cæsalp.

II. Filix saxatilis ramosa nigris maculis punctata.

Filix pumila saxatilis prima vel mas, Clus. pan. & hist.

an Filicula candida & minor, Gesn.ap.

III. Filix saxatilis non ramosa nigris maculis punctata.

Filix pumila saxatilis altera, vel fœmina, Clus. pan. & hist.

an Filicula saxatilis, Cam.

Huic similis quam Gesn. in hortor. append. Chlorosticton vocat, cuius folia supina, punctis ad luteum viridemque & album colorem mixtis tendentibus notantur.

IV. Filicula alpina crispa.

Filicula saxatilis crispa, Pon.

an Pteriadion, Cord.hist.& Thal.

V. Filix saxatilis corniculata.

Filix nuda sive saxatilis, Trag.Lugd.

Filix petræa, Lon.

Holostium alterum, Adv. Lob.

Holostium petræum, Tab.Ger.

Muscus corniculatus, Tab.Ger.

Adiantum ἀνθρόχιτον seu furcatum, Thal.

Filicula fontana.

I. Filicula fontana major, sive Adiantum album filicis folio.

Dryopteris candida, Dod.ut: Lugd.

Adiantum album Plinij, Adv. Lob.

II. Filicula fontana minor.

Filicula fontana, Tab.

Filicula fontana fœmina, Ger.

III. Filicula maritima ex insulis Stœchadibus.

Chamæfilix marina Anglicæ, Lob. Lugd.

Filix aculeata.

I. Filix aculeata major.

II. Filix aculeata minor: utraque in Prodromo descripta est.

LO N C H I T I S.

Λογχίτης Dioscoridil.3.c.161. duplex est, altera folijs porri, quam & Plinius l.25.c.11. Longibridem vocatur. alia est quam λογχίτης τραχεῖαι dicunt: hæc forte à λογχή lancea dicitur, eò quod folia instar lanceæ acutum

acutum desinat. Hec secundum Dioscoridem folia profert Sclopendri, sed asperiora majora q̄, ac multe magis divisa, de qua in præsens.

I. Lonchitis aspera.

Lonchitis aspera major, Matth. Lugd. Cam.
Lonchitis altera, Aṅg. Lac. Cast. Lon. cui &
Spicant Germanorum, forte à radice, Indicam
spicam referente.

Lonchitis altera, quibusdam aspera, Cord. in
Diosc. Ges. hor. app.

Lonchitis altera mas, Taber.

Lonchitis Maranthæ, Ger. ico.

II. Lonchitis minor.

Asplenium sylvestre, Trag. Lugd.

Lonchitis aspera minor, Matth. Lugd. Cam.

Lonchitis aspera, Dod. ut: Lugd. Thal. Ger.

Struthiopteris, Cord. hist. icon. Thal.

Lonchitis altera Dioscoridis, Ges. frac. Ad. Lob.

Sclopendrium majus, Lon.

Lonchitis altera foemina, Tab.

Lonchitis altera Neoterorum, Clus. pa. & hist.

III. Lonchitis folio Ceterach.

Pseudolonchitis aspera, Matth. Lugd. ubi titu-
lus transpositus.

Lonchitis secunda Dalmatica, Ang.

Lonchitis Maranthæ, Lob. altera Maranthæ,
Clus. histor.

Lonchitis aspera Maranthæ, Cam. ep.

Lonchitis aspera Ilvensis, Lugd.

Ceterach genus in Ilva nascens, Cæf.

Lonchitis adulterina, Tab.

Filicis genus quæ Lonchitis altera, Clus. pan.

Polypodium Ilvense, Lugd.

Filicula petræa mas, Ger. ico.

Magnitudine variat: hinc 2. figuræ apud Lug.

Lonchitidis asperæ minoris:

Lonchitidis asperæ Ilvensis.

POLYPODIUM.

Ponvædiov. Dioscorid. l. 4. c. 188. Theophrasto 9. hist. 14. Filiculam Gaz. a verit: officina Grecum nomen
retinuere: ratio nominis ex Dioscoridis descriptione colligitur: nascitur palmi altitudine, filici simile,
subhirsutum & incisum, at non perinde tenui divisura: radix subjacet pilosa, cirros habens ceu polyporum,
cristidine minimi digiti: hoc deraſa coloris intus herba ei compertitur: & Plin. l. 26. c. 8. Polypodium quam
noſtri filiculam vocant, ſimilis enim eſt filici: radix pilosa, coloris intus herbacei, cristiſtidine minimi digiti,
acetabulis cavernosa ceu polyporum cirri, subdulcis: in petris nascens, aut sub arboribus vetustis.

I. Polypodium vulgare.

Polypodium, Brunf. Trag. Matth. Ang. Fuch.

Dougal. Cr in Diosc. & hist. Ges. hor. Tur. Lon.

A. Lob. cui & herba radioli Apuleji, Cæf. Cast.

Cam. Tab. Gerard.

Polypodium majus, Dod.

Polypodium primum, Lugd.

Laudatut quod in quercu nascitur: reperitur

in fago, corylo: in antiquis & cœduis saltibus,

gusto amarior provenit, quæ sylvatica cense-

tur: in ruderibus saxosis.

II. Polypodium minus.

Polypodium alterum, Matth. Lac. Lugd. pri-
mum, Tab.

Polypodium minus, Dod.

Polypodium quercinum, Ger.

III. Polypodium exoticum folijs quercus.

Polypodium Indicum, Clus. exot. l. 4. c. 17.

Hoc sub incognita Americana, à Jo. Pona Ve-
rona accepimus.

HERBA VIVA FOLIIS POLYPODIIL.

Herba Viva dicitur, è quod si eam quis apprehendere cupiat, folia illico contrahat & sub tenues ramulos
recondat; si vero quis apprehendat, subito licet, adeo marcida conficiatur, ut exsiccata existimetur: at-
tamen si quis manum retrahat, illico nitorem recuperat: & toties marcescit, aut revirescit, quoties comprehen-
ditur, aut manus ab ea retrahitur.

Anonymos in Malavar, Garziæ, Cast.

Planta in Peru nascens, Fran. Lopez de Gomar.

Herba Sentiola, id est, Sensifica Lusitanis, Linf. par. 4. Ind. Or. c. 17.

Herba viva, Guiland. pap. Acostæ, Clus. Lugd.

cui & herba amoris.

an Aeschynomine Apollodori, Scalig. Lugd.

an Planta per terram diffusa, quam si quis attin-
git statim contrahitur, ut Brassica Murciana,

ex India Occid. missa Monardi, Lugd.

HERBA

HERBA MIMOSA FOLIIS FOENU.

græci sylvestris.

Herba Mimosa nuncupatur, quoniam manu admota senescit & marcescit, manu vero remota, pristinum virorem recipit, sed non adeo celeriter ut prior: colore & sapore est Glyz yrrhica & multis notis cum Fœnugræco sylvestri Tragi, Clusio monente, convenit.

Herba molle & herba delicata vulgo, Acostæ. Clusius notis suis in Acostam diversam plane Herba mimosæ, Lug. eadem figura quæ Acostæ, figurâ proposuit, herbam mimosam nominans.



SECTIO TERTIA. MUSCUS; LICHEN; LENTICULA PALUSTRIS.

M U S C U S .

Muscus βεριον ταλαιχρον Græcis appellatur, ut Dioscor. l.1. c.20. Atticis Sphagnum & Hypnon: Plinius lib.12. c.23. Bryon & Sphagnon: l.24. c.7. Sphagnos sive Spacatos sive Bryon vocat: Muscus vocatur omnis villosa substantia, caudicibus annosis, aut faxis madidis, aut aquis palustribus, aut mari adnascens.

Differentia: multiplex est: arboreus, de quo Dioscorides l.1.c.20. Plinius l.12.c.23. terrestris, saxatilis, maritimus, de quo Plinius lib.4. cap.99.

MUSCUS TERRESTRIS.

Muscus terrestris repens.

I. *Muscus vulgarissimus.*

Muscus hortensis, Trag.

Muscus terrestris vulgaris, Dod. Lob. ico.

II. *Muscus vulgaris pennatus major.*

III. *Muscus vulgaris pennatus minor.*

Hi duo sub 1. Musco in Prodrt. describuntur.

IV. *Muscus filicinus major.*

Muscus filicinus, Tab. Ger.

In hoc triplex varietas observatur.

V. *Muscus filicinus minor floridus: in Prodromo sub.2. descriptus.*

VI. *Muscus abietis facie: qui 3. in Prodromo.*

VII. *Muscus denticulatus major.*

Muscus terrestris denticulatus, Lob. Lugd.

Muscus terrestris minor, Dod.

Muscus tertius, Tab.

Muscus minor denticulatus, Ger.

VIII. *Muscus denticulatus minor.*

Muscus terrestris repens, Clus. hisp.

Muscus terrestris minor alter, Dod.

Muscus terrestris denticulatus alter, Lob. Lugd.

Muscus terrestris Lusitanicus, Clus. hisp.

Muscus denticulatus, Ger.

Muscus secundus, Tab.

IX. *Musco denticulato similis.*

Muscus montanus, Taber.

Muscus terrestris vulgaris, Ger. ico.

X. *Muscus terrestris clavatus.*

Weinkraut / Brunf. qui vinum pendulum restituit.

Muscus terrestris, Trag. Matth. Lac. Dod. Cast.

Muscus ursinus vel pes ursinus, Ges. frac.

Lycopodium, id est, pes lupi, Dod. gal. Tab.

Chamæpeuce, Cord. hist. ico. Ges. Tur.

Permonaria sive Pulmonaria, qua pro spica Celtica usi sunt, Ang.

Muscus clavatus, & Pes leoninus, Lob. Ger.

Muscus terrestris 2. & alijs terrestris, Lugd.

Musci genus, quod pro spica vendebatur, Cæs. Selaginis species altera, Thal.

XI. *Muscus clavatus folijs cupressi.*

Savina sylvestris, Trag. Ges. hor. Lon.

Muscus terrestris tertius, Lugd.

Chamaecyparis sifus, Tur. Tab. Ger.

Savina Tragi sylvestris, seu Silaginis Pliniana prima species, Thal.

Plinius l.25. c.11. haec habet: Similis herbæ Savinæ est Selago appellata.

XII. *Herbæ Musco similes, quas Terrena-censes in fasciculum collectas & funiculo satis longo colligatas in mare abjiciunt, ad pisces capiendas: par.3. Ind. Or.*

XIII. *Toucon herba apud Brasilianos qua ad piscandum utuntur, spinas in hamorum modum componunt, lineamq; herba illa confidunt: Lerius descr. Brasil. c.11.*

Muscus terrestris ramosus.

I. *Muscus erectus gamosus saturatè viridis.*

Selago

Selago tertia, Thal.

Hæc inter foliola aliquando granula habet.

II. *Muscus erectus ramosus pallidus*.

Muscus scoparius, Lob. Lugd.

Muscus terrestris, Tab.

Muscus terrestris scoparius, Ger.

Hic claviculo vulgaris modo non infigit.

III. *Muscus terrestris candidus ramosus*.

IV. *Muscus ramosus repens spicatus*.

V. *Muscus ramosus repens apicibus candidis*.

VI. *Muscus ramosus erectus major*.

VII. *Muscus ramosus erectus minor*.

VIII. *Muscus ceranoides major & minor*,

IX. *Muscus cupressiformis ramosus*.

Septem posteriores in Prodri. describuntur.

X. *Muscus polytrichoides triplex*: in Prodromo descriptus.

XI. *Muscus parvus stellaris*.

Muscus in ericetis proveniens, Lob. belg.

XII. *Muscus stellaris roseus*: in Prodromo describitur.

XIII. *Muscus pyxiodes terrestris*.

Muscus terrestris pyxiditatas alabastricolois imitatus, Lob. belg.

XIV. *Muscus pyxiodes saxatilis*, in Prodromo descriptus.

Muscus terrestris coralloides.

I. *Muscus terrestris coralloid. erectus incanus*.

II. *Muscus terrestris coralloides erectus cornibus rufescens*: in Prodromo uterq; sub II. & 12. descriptus.

III. *Muscus coralloides sive cornutus montanus*:

Muscus corallinus sive Corallina montana, Tab. Gerard.

IV. *Muscus coralloides saxatilis cervi cornua referens*.

Lythobryon coralloides, Colum.

Variat: major colore virente: minor colore cinereo.

Muscus arboreus.

I. *Muscus arboreus*: *Ustrea officinarum*.

Muscus arboreus, Trag. Matth. Ang. Dod. Lug. Cast. Thal.

Muscus, Dod. gal. Cord. in *Diosc. arborum*, Lon. Tabern.

Muscus quernus, Lob. Ger.

Musci genus, quod privatim *Splachnon* vocant, Cæf.

Unus tenuior, crassior alter, brevior, aliis prolixior: omnes candentes, pauci rutilantes, quandoq; nigri.

Reperitur potissimum in querco, populo, ulmo, betula, pomo, pyro, pinu, picea, piceastræ, abiete, cedro, larice & alijs complurimis. Verum primæ nobilitatis & odorati sunt, Cedrus, lariceus, piceus, pineus & abietinus: Secundum locum tenet populneus, sed candidus præstat, nigricans improbat: rutilans medium tenet: vilissimus quernus.

VI. *Muscus capillaceus longissimus*.

Muscus capillaceus cinerei coloris, è ramis Ilicis dependens, Clus. hist.

an Luscus ex præaltis arboribus ad terram usq; demissus, coloris viridis in cœruleum tendetis, qua Regina in Florida cingitur, tenuib. staminibus catenularum instar invicem cohaerentibus: par. 2. Amer. fig. 39. quemadmodum Rex sedem suam Musco lentiscino tegit: par. 2. Ame. narr. 4.

VII. *Muscus arboreus cum orbiculis*.

Muscus fœniculaceus, Lugd.

Muscus ramosus & muscus ramosus floridus, Taber. Ger.

Muscus quernus fruticosus τεχφυλλος, Col.

Potissimum in Quercu & Fago varians umbellis majorib. & minorib. planiorib. & radijs multo diametro longiorib. ramosis ac hirsutis.

VIII. *Muscus arboreus capitulis cavis*.

Muscus alter πλανηννοδασιφυλλος, Col.

V. *Muscus arboreus coralloides*.

Muscus alter quernus coralloides ξφυλλος, Col.

VI. *Muscus arboreus nodosus*.

Dendrobryon geniculatum, Col.

VII. *Muscus pulmonarius*.

Pulmonaria, Trag. Matth. Fuch. Dod. ut: Gesn. hor. Lac. Lon. Tab.

Pulmonaria prima, Cast. tertia, Clus. pan.

Pulmonaria fungosa, Lugd. vulgaris, Thal.

Muscus pulmonarius, Lob.

Pulmonaria, Lichenis quoddam genus, Cæf.

Hepatica terrestris, Ger. ico.

Variat lacinijs latioribus & angustioribus & hæc Lichen arboreum, Tab. & Ger. dicitur. Arboribus præsertim Quercui, Sorbo aucupariæ & alijs adnascitur: petris quoque, sed hoc candidius est.

VIII. *Muscus crustæ modo arboribus adnascens*.

Lichen Dioscoridis & Plinij alterum, Col.

Procura Valesianorum.

In arborum caudicibus, in petris, tophis & state petris adhæret: arborum caudicibus luteostorum tegulis veluti patella adhæret: colore scens crustosa & major observatur.

MUSCUS SAXATILIS VEL LICHEN.

Aetxlv Gracis, Latinis similiter Lichen sic dicitur Galeno, quia lichenes, id est, impetigines curat. Dioscoridi l.4. c.53. Λεχιδί, qua petrū innascitur & aliqui Ἀράνοι appellant, cœu muscus est roscidus petris inhærens. At Plinio duplex est l.26.c.4. Lichen herba in Lichenis remedij omnibus præfertur, inde nomine invento: nascitur in saxosis folio uno, ad radicem late: caule uno parvo, longis folijs dependentibus: est aliud Lichenis genus, petris tantum inhærens ut Muscus: qui & ipse illinitur.

I. Lichen petræus latifolius sive Hepatica fontana.

Hepatica, Brünf. Lon. prima, Tab.

Jecoraria seu Hepatica fontana, Trag.

Lichen, Matt. Fuch. Ang. Dod. ut: Cord. in Di- scor. Lac. Tur. Cast. Lugd. Cæf. Thal.

Lichen primus, Lob. petræa, Ger.

II. Lichen petræus stellatus.

Lichen secundus, Lob. Lugd.

Hepatica secunda, Tab. Ger.

III. Lichen petræus umbellatus.

Lichen tertius, Lob. Lugd.

Hepatica tertia, Tab.

IV. Lichen petræus muscosus racemosus,

in Prodromo sub 15. descriptus.

V. Lichen petræus caulinulo pileolum su- stinente.

Lichen Plinij primus pileatus, Col.

VI. Lichen petræus caulinulo calceato.

Lichen alter minor caule vireolente, Col.

VII. Lichen petræus minimus fructu orobi.

Lichen alter acaulis ψηφιακόναρπτος, Col.

VIII. Muscus saxatilis ericoides: qui 7. in

Prodromo.

IX. Muscus saxatilis repens coma sparsa.

Duplex est latiore folio in aquis, qui Muscus est 14. in Prodromo: angustiore expanfo, qui supra lapides Harcyoniæ reperitur.

LENTICULA PALUSTRIS.

Lens sive Lenticula palustris, Dioscoridi l.4. c.88. Φανὸς ὁ ἐπὶ τῶν τελμάτων dicitur (quod folium sit len- ticula forma) quæ in aquis pigris stagnantibus reperitur, muscus scilicet lenticula similis.

I. Lenticula palustris vulgaris.

Lenticula aquatica, Brünf. Thal.

Lenticula palustris, Trag. Cæf. Tab.

Lens palustris, Matth. Dod. gal. Ang. Cord. in Di- scor. Tur. Lac. Lob. Lugd. Ger.

Lenticula, Ad.

Lens palustris, Dod.

II. Lenticula palustris bifolia fructu te- tragono.

Allitricha Plinij, Colum.

III. Lenticula aquatica trifolia.

Hederula aquatica, Lob. belg. Ger.

Hederula palustris, Tab.

IV. Lenticula palustris quadrifolia.

Lens palustris altera, Matth. Lac. Lug. Cast. ap.

Lenticula palustris secunda, Tab.

an Lenticulæ alterum genus, Cæf.

Lemna Theophrasti, Lugd.

Theophrasto 4. hist. II. Λέμνα quod vocatur, altius mergitur in aqua.

V. Lenticula palustris latifolia punctata.

Stratiotes aquatica Dioscoridis, Cæf.

VI. Lenticula palustris Ægyptiaca, sive Stra- tiotes aquatica folijs Sedo majore latioribus, Hayhalem elmaoin, quasi dicas aquosum se- dum, Stratiotes Dioscoridis, Alp.

Dioscoridi lib.4. cap.102. τρισιώτης sive ποτα- μος τρισιώτης, ex eo cognomentum traxit, quod aquis supernatet, & sine radice vivit: folium habet Aizoo simile, at majus. Plinio lib.24.cap. 18. Stratiotis in Ægypto tantum & inundatio- ne Nili nascitur, Aizoo similis, ni majora ha- beret folia.

VII. Quadrifolium aquaticum nobis in- cognitum.

Tetraphyllum, Lugd.

SECTIO QUARTA.

MUSCUS MARITIMUS; FUCUS SIVE ALGA; CORALLINA;
CORALLUM; PORUS; ANDROSACE; ALCYONIUM;
SPONGIA; URTICA MARITIMA.

MUSCUS ET FUCUS MARINUS.

Muscus Marinus Βερνός οὐρανού θαλάσσιον lib. 4. cap. 99. in saxis testisq; ad mare nascitur, capillaceus.
gracilis sine caule.

Fucus Marinus φύνθαλάσσιον lib. 4. cap. 100. quoddam latum: alterum oblongum & quadantenum punicum: tertium candidum, quod in Creta nascitur juxta terram, pulchre floridum, neque corruptioni obnoxium. Et Theophrasto 4. hist. 7. φύνθαλάσσιον plura sunt genera: quoddam folio lato, colore herbido, quod Porrum quidam appellant, alijs cingulum radice birta, extrinsecus squammata: intrinsecus longa admodum crassag;, &c. Aliud folio crinito terra ipsi adhaerens, sapeq; à mari tantum alluitur. Alterum altius degit, in mari exerto circa Herculis columnas nascitur, mira magnitudine & latitudine, & ut ferunt, amplius quam ut manu comprehendendi poscit, &c. Alga verò proveniens in alto, quam Spongiarij pelagicum deferunt, in Creta insula juxta terram, super saxa plurima optimaq; provenit, qua non solum vittas, sed etiam lanas vestesq; inficiunt, &c. Sunt alia Graminibus proxima, quippe folio simili, radice geniculata, longa, oblique adhaerente modo graminis, & caule calamaceo ut gramen, magnitudine Alga minore. Est aliud Βερνός dictum, folio coloris herbidi, amplo, nec Lactuca dissimile, rugosiore tamen & veluti contracto: caret caule: sed ab uno initio plura folia ejusmodi excurrent & rursus ab alio: nascitur super tegulas fictiliaq; juxta terram. His verbis Theophrastus Fuci marini quinque genera proposuit: Zostera sive Prason: capillaceum sive fæniculaceum: tintorium spongiorum sive pelagicum: gramineum: lactuceum. Plinio qui Βερνός & φύνθαλάσσιον confundit lib. 27. cap. 8. Bryon marina herba sine dubitatione est, lactuca folijs similis, rugosa veluti contracta sine caule, ab imo radice excurrentibus folijs: nascitur in scopulis maxime testisq; terra comprehensis. Idem lib. 13. cap. 25. (de Phucus sive Algis agens) Non habet lingua alia nomen, quod Graci Phycos vocant: quoniam Alga herbarum magis vocabulum intelligitur. Folia lata, colore viridi gignit, quod quidam prason vocant, alijs Zostera. Alterum genus ejusdem capillaceo folio simile fæniculo, in saxis nascitur, superius in vadis haud procul littore. Verno utrumque & interit autumno. Circa Cretam insulam nato in petris purpuras quoque inficiunt: laudatissimo à parte Aquilonis unā cum spongiosis. Tertium grami simile, radice geniculata, & caule qualiter calami. Aliud genus Phycorum, Bryon vocatur folio Lactuca, rugosiore tantum, jam hoc interius nascens.

Muscus maritimus.

I. Muscus capillaceus multifido folio albido.

Muscus marinus vulgarissimus, Lob. Lugd.

Muscus marinus 2. Dod. at primus, Eid. belg.

Muscus marinus 3. Tab. marinus, Ger.

Muscus marinus herbaceus mollior, Cæf.

Muscus albus marinus, Imper.

II. Muscus capillaceus multifidus niger.

Fuci marini nigri repentis nomine ex mare Balthico accepimus.

III. Muscus maritimus viridis multifido folio.

Palmula marina, Imper.

Muscus marinus, Clus. hist.

Hujus diversæ sunt species.

IV. Muscus maritimus tenuissimè dissectus ruber.

an Fucus sive Alga tintoria, Lugd.

V. Muscus pennæ similis.

Penna marina, Imper.

VI. Muscus maritimus filicis folio.

Myrophillum pelagium Cortusi, Clus. hist.

VII. Muscus maritimus Adianto affinis.

Pennaria marina, Imper.

VIII. Muscus maritimus Adianto similis alter.

Polypodium marinum, Imper.

IX. Muscus maritimus Gossypio similis.

Gossypium muscus, Imper.

X. Alga bombycina, in Prodromo descripta.

Muscus Coralloides.

I. Muscus maritimus sive Corallina officinarum.

Muscus marinus, Matth. Ang. Dod. ut: Cord. in Diosc. Lac. Tur. Cast. Lugd. Cæf. Tab.

Corallina, Lob. Lon. Lem.

Fucus capillaceus, Lugd.

II. *Muscus coralloides squammulus loricatus*.

Byon thalassion, Tur.

Muscus marinus 3. Dod. vel 2. Eid. belg.

Muscus candidus coralloides squammatus, Lobel.

Muscus marinus candidus coralloides, Lugd.

Corallina altera, Tab.

III. *Muscus coralloides latifolius*.

Muscus coralliformis, Lob. belg.

I V. *Musc. foliolis latiusculis ambitu dissectis*.

Muscus marinus 3. Dod. belg.

Fuci subrotundi.

I. *Fucus folio rotundo*.

Sertularia, Imper.

Corallina latifolia & Opuntia marina, Cortus.

Lichen marinus, Clus. hist.

II. *Lichen maritimus*, Lob. belg. Tab.

III. *Fucus umbilicus marinus dictus*.

Umbilicus marinus, Imper.

IV. *Fucus fungis affinis*.

Fucus fungularis, Imper.

Est major & minor.

V. *Fucus cavus*.

Herba cava, Imper.

Fucus sive Alga latifolia.

I. *Muscus marinus Lactucæ folio*.

Fucus marinus 1. Dioscoridis, Theoph.

Bryon Lactucæ folijs Plin. & Lob.

Muscus marinus alter, Matth. Cast.

Muscus marinus Theophrasti, Dod. gal. Lugd.

Therapidion Cratevæ, Ang.

Bryon thalassion, Tur.

Fucus marinus prior, Dod.

Muscus marinus virens latifolius, Dod. belg.

Lactuca marina, Tab.

II. *Muscus lactucæ marinæ similis*.

Fucus linza dictus, Imper.

III. *Alga intybacea diversa à Musco primo*.

Fucus sive Alga intybacea, Lugd.

IV. *Alga longissimo lato tenuique folio*.

Sub Fuco 4. in Prodromo describitur.

V. *Alga longissimo lato crassoque folio*.

Fucus 3. in Prodromo.

VI. *Alga latifolia chartæ similis costa carens*.

Folium grande ex Algæ genere, quod ex Madera advehitur cum Saccharo, Cæsalp. cap. de

Alga & de Musa.

VII. *Alga latifolia coriacea*.

Palmifolium giganteum sive fucus giganteus, Imper.

an Ulrack Nortmanorum, Lob.

VIII. *Alga membranacea ceranoides*.

Fucus 6. in Prodromo.

IX. *Alga maritima gallopavonis plumas referens*.

Fucus 7. in Prodromo.

Fucus sive Alga angustifolia.

I. *Fucus arboreus polyschides edulis*: 2. in Prodromo.

II. *Fucus alatus sive phasganoides* : 1. in Prodromo.

III. *Fucus longo angusto crassoque folio*: 5. in Prodromo.

an *Fucus Zoster*, Lugd.

Fuci maritimi 2. species, Dod belg.

IV. *Fucus angustifolius ligulas referens*.

Fucus marinus alter, Dod. belg.

V. *Alga angustifolia vitrariorum*.

Fucus marinus primus, Ang.

Fucus marinus, Lac. alter, Dod.

Alga, Cæs. Imper. marina, Lob. ico.

Fucus sive Alga marina graminea, Lugd. cum dupl. figura.

Hæc duplex: folijs alia latioribus, alia angustioribus, utriusque folia initio virent, dein cum exiccantur albescunt: verum etiam angustifolia candidissima reperitur.

VI. *Alga cornu cervi divisura*.

H rba Cretica quæ tinctoribus Rubella, hoc nomine Imperatus misit.

VII. *Alga gramineo folio*.

Algæ minimum genus, Cæs.

Fucus sive Alga capillaceo folio.

I. *Alga viridis capillaceo folio*.

an *Conferva* Plinij Ang.

Conferva Plinij, Lob. Lugd. Imper.

Linum marinum, Imper. qui hoc nomine misit.

Duplex est: alia in maritimis quæ *Muscus tomentosus*, sive *Conferva*; alia in aquis stagnantibus, quæ *Linum aquaticum* Imper. dicitur.

II. *Alga nigro capillaceo folio*.

Filum maritimum Germanicum in Prod.

III. *Alga fontalis trichodes*.

Conferva trichodes, vel *Trichomanes aquaticum*, Lugd.

IV. *Alga in tubulis aquam fontanam ducentibus*.

FUCI ARBORIBUS, FRUTICIBUS.

vel etiam herbis assimilati.

Nascuntur etiam in mari Fuci qui fruticibus arboribusve assimilantur : quare Theophrastus 4. hist. 7. scribit, nasci Quercus & Abies super lapides scitiliaq; radicibus carentes, sed patellarum nudo adhaerentes, &c. Ibidem & Palma Pelagica meminit. Et Plinius lib. 13. cap. 25. in alto vero Abies & Quercus cibitali altitudine, ramis earum adherent concha : Quercu etiam tinge lanas tradunt. Glandem etiam quasdam ferre in alto, &c. Vitis paucim nascitur, sed Ficus sine folijs rubro cortice & palma fruticum generu : extra Herculis Columnas, porri fronde nascitur frutex & alias lauri & thymi, &c.

Fuci folliculacei.

I. Fucus maritimus nodosus.

Fucus maritimus 2. Dod. belg.

II. Fucus maritimus alter tuberculis paucissimis.

Fucus marinus 4. Dod. belg.

III. Fucus maritimus, vel Quercus maritima vesiculos habens.

Quercus marina, Lobel. Clus. hisp. Tabern. at 1. E. d. histor.

Fucus marinus primus, Dod. belg.

an Alga vulgaris ramosa, Lem. ocul.

IV. Fucus maritimus vel quercus maritima, foliorum extremis tumidis, quam aliqui glandiferam vocant.

Quercus marina altera, Clus. hist.

Hæc cum priore una figura à Lobelio, Tab. & Clus. in hist. exprimitur.

V. Fucus maritimus folijs tumidis barbatis: in Prodr. sub Quercu maritima 3. describitur.

VI. Fucus folliculaceus fœniculi folio longiore.

Phucus marinus folio fœniculi, Ang.

Fucus ferulaceus, Lob. Lugd.

an Alga species 2. Lem. ocul.

VII. Fucus folliculaceus folijs fœniculi brevioribus.

Muscus marinus virens tenuifolius, Dod belg.

VIII. Fucus folliculaceus folijs Abretani.

Fucus marinus folijs Abrotani maris, Lob.

Fucus marinus tenuifolius, Tab.

Museus marinus folijs abrotani, Lugd.

Gongularis marina seu Abies marina, Theoph. Imper.

IX. Fucus racemosus vel racemus marinus.

Acinaria marina prima, Imper.

X. Fucus folliculaceus serrato folio.

Lenticula marina serratis folijs, Lob. Lugdun.

Tabern.

Sargazo Acostæ, Lugdun. Linsc. part. 3. Orient.

cap. 4. s. 8. & part. 4. fig. 10.

Vitis marina Theoph. Alga prima, Lem. ocul.

Achinariæ marinæ 3. species, Imper. an Klaptmutsen herba magna copia fluctuans : part. 5. Ind. Orient.

XI. Fucus maritimus bacciferus.

Herba mari innatans folijs rutaceis, baccis Juniperinis similibus : mare ita herbidum efficiens ut pratum referret : Lerio desc. Brasil. c. 20.

XII. Fucus folliculaceus linariæ folio.

Lenticula marina Serapionis & Uva marina quorundam, Lob. Lugd.

Lenticula marina Serapionis, Tab.

Achinariæ marinæ altera species, Imper.

XIII. Abieti similis maritima.

Muscus coralloides alter, Lob. Lugd.

Abies marina belgica, Clus. hisp. & hist.

XIV. Tamarisco similis maritima.

Myrica marina Batavica, Clus. hist.

an Tamariciola Fucus, Imper.

XV. Fucus cupresso similis.

Fucus cupressinus, Imper.

XVI. Salix maritima.

Salix marina testis ostrearum & saxis innascens, Lugd.

XVII. Ericæ similis maritima.

Frutex marinus Ericæ facie, Clus. exot. l. 6. c. 5.

XVIII. Resedæ similis maritima.

Planta marina resedæ facie, Clus. exot. l. 6. c. 6.

XIX. Equiseto similis saxeæ.

Hippuris saxeæ, Clus. exot. l. 6. c. 8.

XX. Abrotano similis saxeæ.

Planta saxeæ abrotanoedæ, Clus. exot. l. 6. c. 7.

Fuci diversi ex Imperato : qui cum nobis incep-
tum, in certas classes reponi non
potuere.

I. Fucus marinus Roccella tinctorum.

II. Fucus capillaceus Roccella.

an Fucus 3. Ang.

III. Fucus verrucosus tinctorius Roccella.

IV. Fucus lumbricalis, aliquibus Corallina.

Zz 3 V. Fu-

- V. *Fucus marinus lanuta.*
 VI. *Fucus radicella sive Vermicularis.*
 VII. *Fucus terzola, Vermicularis species.*
 VIII. *Fucus forcellata lumbricalis species.*
 IX. *Fucus tremula.*
 X. *Fucus scoparia, Pennachio marinus.*
 XI. *Fucus vermicularis laqueus dictus.*

- XII. *Fucicristati sc. Quercus & Ilex marina.*
 XIII. *Fucus vermicularis duplex Retusa & Sempia.*
 XIV. *Muscus marinus trifolia.*
 XV. *Muscus marinus Alghetta.*
 XVI. *Fucus axungiola.*
 XVII. *Fucus aliquibus palma marina duplex vel cortice rugoso vel lævi.*

C O R A L L I N A.

- I. *Corallina fruticosa recta alba.*
Juncus petrosus, Ang.
Lithophyton marinum albicans, Gesn. foss.
Quercus marina Theophr. Clus. hisp. & exot.
Corallina alba, Lob. Tab.
Corallium album, Lugd.
Muscus marinus fruticosus, Cast.
Corallij similes frutices, Cæf.
 Ligno intus durissimo & nigro cui crusta obducitur, alijs candida, alijs cinerea, alijs rubens, testacea substantia.
 II. *Corallina lutea punctata.*
 III. *Corallina fruticosa purpurea.*
Lithophyton marinum rubri seu purpurei coloris, Gesn.
Corallina rubens Antiphatis facie, Lob.
Corallina rubra, Tab.
Quercus marina Theophr. Clus. exot. libr. 6. cap. 4.
Quercus marina cum sua basi, Eid. curis post.
 IV. *Corallina nigra veluti spinis exasperata.*
 V. *Corallina nigra setacea hirsuta.*

- Antiphates 2. species, Ponæ.
 VI. *Corallina nigra setacea.*
 Antiphates sive Corallina 3. Ponæ ital.
 VII. *Corallina nigra setacea circumvoluta.*
 Antiphatis sive Corallinæ 3. altera species, Pon. ital.
 VIII. *Eschara coralloides, Clus. exot. l. 6. c. 9.*
 IX. *Corallinæ affinis Nodularia.*
Nodularia, Imper.
Variat colore albo, pullo, puniceo.
 X. *Corallinæ facie grumoso cortice.*
Arbuscula marina coralloides, Clus. exot. l. 6. c. 1.
 XI. *Corallina alba nodosa : quæ 1. in Prod.*
 XII. *Corallina cinerea rugosa, 2. in Prod. quæ duplex est.*
 XIII. *Corallina cortice reticulato maculoso purpurascente.*
Frutex marinus elegantissimus, ad Palmæ marinæ genus Theophr. accedens, Cl. exot. l. 6. c. 12.
 XIV. *Corallina reticulato cortice altera.*
Planta marina retiformis, Clus. exot. l. 6. c. 3.
 XV. *Corallina pallidè flavescens cortice lævi : quæ 3. in Prodromo.*

C O R A L L U M.

- I. *Corallum rubrum.*
Corallium, Gesn. Lob. Lugd. Cæf.
Corallum rubrum, Imper.
 Variat: coloris vel intense, vel dilutè rubri est, vel subflavescens, vel fusci.
 II. *Corallum nigrum.*
Corallium nigrum, Gesn. Cæf.
Antiphates sive Corallium nigrum, Lob. Lugd.
 III. *Corallium extra rubens intus nigrum, Cæsalp.*
 IV. *Corallium album: & Lob.*
Corallium album, cuius nec apud Græcos, nec Latinos mentio fit, Cæf.

- In hoc varietas est: asperum est & striatum.
 V. *Corallum album ramosum.*
Corallum album fistulosum, Imper.
 VI. *Corallum album ramosum alterum.*
Coralloides seu Corallii albi varietas, Lob. Lug.
 VII. *Corallum album verrucosum punctatum.*
Corallum album punctatum, Imper.
 VIII. *Corallum album stellatum.*
Corallum stellatum, Imper.
 Est majus & minus.
 IX. *Corallum album articulatum.*
Corallum articulatum ex Majorica, Imper.

Kopædior, inquit Dioscorides l.5. c.139. aliqui Αἰθαλεύης appellantur, marina planta est, quæ alto mari
exempta duratur statim atq; emergit, quasi à circumfuso nobis aëre lapides et concrescat. Probatisimum
rubens colore Sandrache, aut Sandycis saturata, ut quod in lapidis duritiem cojt scabrosum, fistulosum seu con-
cavum, preterea inane seu spongiosum, vitiosum existimat. Quod αὐτινᾶς vocatur corallium quoq; est, sed
specie tantummodo distans: est colore nigro, arboris & ipsum figura, at magis ramosum. Plinio l.32.c.2.Corallo
forma est fruticis, coloris viridis: baccæ ejus candidæ sub aqua & molles, exemptæ & confestim durantur & rube-
scunt quasi Corna sativa specie atq; magnitudine: ajunt tractu protinus lapidescere, si vivat: itaq; occupari,
evelliq; retibus, aut acriferramento præcidi: hac de causa Curalium vocatum interpretantur (ōrē cōcūlūs
gātōz, quoniam in mari tondetur.) Probatisimum quam maxime rubens & quam ramosissimum, nec scabro-
sum aut lapideum, vel rursus inane aut concavum: authoritas baccarum ejus non minus in Indorum viru quoq;
pretiosa est, quam foemini nostris uniones Indici (sed putavit Plinius baccarum formam artificio paratam,
sponte nasci.) Antiphatis verò l.7.c.10. inter gemmas meminit, quæ nigra sit & non translucens. Hujus volunt
etiam meminisse lib.3. cap. ult. his verbis: Ifidos plocamon, corallo similis sine folijs: præcijum mutato colore
in nigrum durescere: cum cadat frangi: item alium qui vocatur charitoblepharon efficacem in amatorijs: hoc
Plinius. Hoc posterius nigrum esse corallium, hinc quidam arbitrantur, quod olim in supercilijs foeminarum,
color niger pulcherrimus & veruissimus haberetur. Refert Liniscottus par.3. Ind Orient. cap.1. ad caput Bonæ
speci scopolos esse, qui magna ex parte Corallo, eoq; acutissimo, asperimoq; & omnifarij coloris, ut nigri, albi,
ruginosi seu viridis, constant.

P O R I C O R A L L O A F F I N E S.

Plinius l.36.c.17. Pori lapidis servandis corporibus idonei meminit: Pario similis candore & duritie, minus
tamen ponderosus, qui Porus vocatur. Cum Plinius ita brevis sit, an de his locutus ignoramus: Evidem la-
pides substantia sunt Corallijs proximi, & potissimum porositate, unde nomen habent. à Corallijs differunt.

I. Corallo affinis Porus magnus.

Porus magnus, Imper.

II. Corallo albo affinis Porus ramosus.

Porus ramosus, Imper.

III. Milepora, Imper.

IV. Corallis affinis Madrepora stellata.

Madrepora, Imper.

V. Corallis affinis Madrepora ramosa.

Madrepora ramosa, Imper.

In eadem planta varietas & in substantia &

colore pro partium diversitate reperitur.

VI. Porus facie Sabinæ, Imper.

VII. Porus cervinus, Imper.

VIII. Porus reticulatus & Eschara marina,
Imper.

IX. Frondipora, Imper.

X. Porus tabularius, Imper.

XI. Porus anguinus, Imper.

XII. Corallijs affine Alcyonium rubrum,
Tabularia purpurea, Imper.

A N D R O S A C E.

A Nægœnus Dioscoridil.3. c.150. herba est alba tenuibus cirris sine folijs, folliculum habens in cacumine,
quo semen continetur: in maritimis Syriae nascitur. Idem Plinius l.26. c.4. Androsaces dicitur, quod
Hydropicorum aquas ducat, vel Hydrofaces, quia non nisi in aquis crescat.

I. Androsaces petræ innascens vel major.

Androsaces, Matth. Lon. Cast. Lugd.

Musci marini genus, Guil.

Hanc ex Istria habemus, & à sequenti cirris
longioribus, folliculis sive clypeolis (sed semi-
ne parentibus) in cacumine minoribus, differt.

II. Androsaces Chamæ conchæ innascens,
vel minor.

Androsaces, Cotyledon foliosum marinum,

Ad. Lobel. icon.

Androsaces, Lobel. Lugd. (& Umbilicus ma-
rinus Monpel.) Cam. ep. utramque una figura
exhibit.

Fungus marinus minimus, Cæs.

Androsace Matthioli, Tab. Ger.

Hanc communiter conchæ, rarius petræ in-
nascentem in stagnis circa Magalonam & Fron-
tignanum observavimus.

ALCYONIUM.

Aνώνιον Dioscoridi l.5.c.136. cuius quinq^u genera facit: unum spissum est, acerbi saporis, spongiosa facie, insuperis virosum, grave ac pīcēm olens: alterum oculorum pterygio aut spongia simile, leve & multicavum, odore fere algæ: tertium vermiculi forma & colore pene purpureum est, quod Milesium quidam vocant: quartum succidis velleribus non admodum disimile, multis inanitatibus hians ac leve: quintum figura fungi, inodorum, intus quidem asperum, quod ammodo pumicōsum, foris verdē leve, acre. Plinius l.32. c.8. fit in mari & Halcyoneum appellatum, ex nidis ut aliqui existimant, halcyonum & ceycum: ut alij, e sordibus spumarum crassifcentibus: alij ē limo, vel quadam maris lanagine. Quatuor ejus genera: cinereum spissum, odoris asperi: alterum molle lenius odore fere algæ: tertium candidioris vermiculi: quartum pumicōsum spongiae putri simile, pene purpureum, quod optimum: hoc & Milesium vocatur: quo candidius autem hoc minus probabile est.

I. Alcyonium durum sive 1. Diosc. Imper.

II. Favago Australis, Alcyonium 2. Diosc. quod duplex existit, Imper.

III. Alcyonium vermiculare, Imper. Alcyonium 3. Diosc. Cæs.

Hoc non solum purpureum, sed & candidum ac flavescentes reperitur.

IV. Alcyonium molle vel 4. Diosc. Imp.

V. Alcyonium stipposum, vel 4. Diosc. Imp.

VI. Acyonium foraminosum vel quintum Diosc. Imper.

VII. Alcyon. forma fructus alicujus ficus. Alcyonium tuberosum vel 5. Diosc. Imp.

VIII. Alcyonium ingens & 3. quod ad 5. Diosc. referri potest, Clus. exot.

IX. Alcyonium cervi cornua cum cranij parte referens.

Alcyonium monstrosum sive 1. Clus. ex. l.6.c.12.

X. Alcyonium chirothecæ facie.

Alcyonium alterum, Clus. l.c.

Cum secundo Dioscoridis nonnullam affinitatem habet.

XI. Fungus auricularis, Cæs.

Muscus saxatilis, aliquibus Alcyonium quintum Diosc. Imp.

XII. Bursa marina & Alcyonij genus 4. Cæs.

XIII. Rosa marina ad quintum Alcyonij speciem referenda, Cæs.

XIV. Pila marina, Cæs.

XV. Pila marina velut ex ampullis constantes ad spumæ similitudinem.

Spuma maris, Cæs.

Variat colore modò candido, modò rubro, aliquando flavescente.

ZOOGRAPHIA.

Zῷοφύτα sunt quæ nec animalium, nec plantarum, sed tertiam ex utrōq; naturam habent, & ut Aristoteles loquitur, τὰ ἐπαυτότερά ταῦτα φύσις, quæ ambigunt inter plantam & animal, quæ Plantanimalia dici possunt: talia sunt Spongiae, Urticæ marine.

SPOONGIAE.

Sπόγγη Gracis, Spongia: Etymologicus sic dici scribit πόγη τὸ αὐτὸν τὸ ἵγα, quod humorem attrahat & combibat. Dioscoridi lib.5. cap.138. ē spongis alias nonnulli mares appellavere, quæ tenuibus sunt fistulis ac spissa dense, ē quibus rursus duriores τρέχεται nominaverunt: alias vero fæminas, quæ contrario ac antedicta modo se habent. Et Plinio lib.9. cap.45. Spongiarum tria genera accepimus: spissum ac prædurum & asperum, tragoid (ab odore gravi) vocatur: minus spissum & mollius, manon: tenui densumq; ex quo penicilli (sive turunda sinuosæ & cavis ulceribus immittuntur) parantur. Hæ sane σπόγγης ή σπόλερον dicuntur, quæ ut habet Plinius l. c. neg. fruticum neg. animalium, sed tertiam quandam ex utrōq; naturam habent: ejusmodi, inquit idem, sunt Urtica & Spongiae.

I. Spongia globosa, Imper.

II. Spongia compressa, Imper.

III. Spongia compressa magna.

Spongia marina alba & flava, Tab. Ger.

Spongia compressa latissima, Imper.

IV. Spongia hircina, Imper.

V. Spongia velaris, Imper.

VI. Spongia ramosa.

Confervæ marinæ genus, Lob. Lugd.

Corallina Britannica Penæ, Lugd.

an Isidos plocamon corallio similis Pl. I. c.24.

VII. Spongia ramosa fistulosa.

VIII. Spon-

VIII. Spongiosus fucus, Imper.

humanæ: alia figuræ turbinatæ instar pini.

Hujus diversæ species: una barbæ similis: altera arbusculæ in ramos divisæ: alia instar manus

IX. Spongia forma infundibuli. Spongia elegans, Clus. exot. l.6. c.ii.

URTICA MARINA, ET ALIA.

Urtica dicta, quod admota contractantis manum pugnat. Sic Plinius lib.9. cap.45. Urticæ noctu vagantur, noctuq; mutantur: carnosæ frondis his natura & carne vescuntur: vis pruritu mordax eademq; quæ terrestris urtica, &c. Verum Bellonius, inter pisces molles: Rondeletius, inter animalia imperfecta & quidem genere mollia referit.

Genus duplex Aristotelis s. hist. 16. At Rondeletio species sex sunt. Plinio lib.9. c. 43. alterum earum qualitera soluta sunt, quas vagari scribit Plinius: alterum earum genus saxis affixum semper haret.

I. Urtica s. & 6. Rond. (& ex eo Aldroan.

detur, Aldroan.

Urtica soluta i. & 2. Tab.

II. Urtica explicata & contracta, Bello. Italis Cunnus marinus: & Tab. de his vide Gesn. Bellon. Rondelet. & Aldroandum, qui formas diversas pingit.

III. Pulmo marinus, Matth. Tab. Aldroan.

IV. Holothuria, Aristot. Plin. Rondel. (qui duas species haber) & Aldroan.

V. Tethya, Aristot. Plin. Rond. Bellon. Ges. Aldroando, cui sex species.

VI. Mentula marina, Rond. cui duplex est. Genitale marinum, Bellon.

Epipetron Gesneri, cum hac convenire vi-

VII. Penna marina, Rond. Ges. quæ Menta la alata piscatoribus, Aldro. cui duplex est.

VIII. Manus marina, Ges. ex eo Aldroan.

IX. Arantia marina.

X. Malum granatum, Aldro.

XI. Malum insanum marinum, Rond. ex eo Aldroan.

XII. Pyrum marinum, Aldr.

XIII. Cucumer marinus, Plin. Rond. ex eo Aldroan.

XIV. Uva marina, Plin. Rondelet. ex eo Aldroan.

XV. Fungus marinus, Aldroando.

S E C T I O Q U I N T A.
F V N G I E T T V B E R A.

F U N G I .

Fungi Græci nomen dicuntur: de quibus Theophrastus l. hist. 8. & 9. Fungus pediculum longè majorem, æqualem quam Gladiolus habet & radice penitus caret: & 3. hist. 9. verum è radicibus arboris & juxta radices erumpit: & 4. hist. 8. cum autem aquæ plures incesserint fungi juxta mare rubrum quodam in loco erumpunt, qui Sole tacti in lapidem mutantur. Horum origo Plin. l.22. c. 23. ex pituita arborum. Nam Fungi sicut & Tubera, neq; plantæ, neq; radices, neq; flores, neq; semina sunt, sed nihil aliud quam terræ, arborum, lignorum putridorum, aliarumq; putrilaginum humiditates superflue: id quod inde colligi potest, quod omnes Fungi & Tubera, maximè ea qua edendo sunt, à tonitrubus & pluvioso cœli statu frequentius nasci soleant.

Differentia duplex Dioscor. l.4. c. 83. aut enim edules sunt, aut exitiosi: hi multis de causis tales evadunt: aut qui juxta clavos rubiginosos, aut pannos putridos, aut serpentum latibula gignuntur, aut arborib. privatim fructus noxios ferentib. adnascentur. Habent verò qui tales sunt intra se lentorem quandam concretum & strigimenti modo viscousum, & terra eruti si reponantur, celeriter corrupti computrescent. At Plin. l.c. Fungorum numerosa genera: tutissimi qui rubent callo (sorte carne) minus diluto rubore quæ boleti: mox candidi, velut apice flaminis insignib. pediculis: tertium genus suilli, venenis accommodatisissimi. Quidam discrevere arborū generib. fico, ferula (potius betula) & gummi fermentibus: nos item fago, aut robore, aut cupresso: omnium color lividus.

Verum alijs ex terra nascentur: alijs veterum arborum caudicibus subinde & eorum rami (vix enim ulla arbor senscens in qua non conspiciantur) adnascentur: alijs saxis, tectis stramineis, putridis lignis insident, & quandoq; supra simum reperiuntur. Guilan. com. de. pap. nov. juat & alterum genus sive Ciema alterum dicit.

I. Fungus porosus.

Fungorum primum genus, Trag. Lon.

Fungorum præcipuum genus, Ges. col.

Spengiola nonnullis, Dod. Imper. Neapolitanorum, Ponæ.

Fungi, favaginosi, sive Fungi rugosi favis melis similes, Lob. belg.

Fungus spongiosus Dalechampij, Lugd.

Fungi rugosi, Cast.

Fungi esculenti primum genus, Clus. hist.

Fungi præcoces, Dod. belg.

Hujus quatuor sunt species: nam primus fungus parvus est, rugosus albicans, quasi fuligine infectus: 2. radicem Aristolochiae rotundæ excusatam refert, coloris ex ruffo fusci: 3. duplo amplior plerunq; orbicularis: 4. in longitudinem metæ instar excrescit.

II. Fungus apice pyramidalis & angusto.

Fungi esculenti alterum genus, Clus.

III. Fungus in metam fastigiatus albus fuscotinctus.

Fungi esculenti quartum genus, Clus.

Hic triplex est: primus & secundus parvus & mediocris, ambo coloris albicantis fusco tintati: tertius major magis fuscus, interdum notis distinctus.

IV. Fungus orbicularis exalbidus pratensis.

Fungi esculenti tertium genus, vel S. Georgij, Clus.

V. Fungus angulosus pediculo exiguo.

Fungi esculenti quintum genus, Clus.

Triplex est: 1. angulosus: 2. magis orbicularis: 3. major, in tres lacinias divisus: ad arborum radices.

VI. Fungus radice carens dimidium fungum & orbem referens.

Fungi pezizæ esculenti, Colum.

Ad Fagorum radices Agarici modo crescit.

VII. Fungi umbilicum exprimentes plures simul alti.

Fungus in populo alba, Matth.

Populnei *ayegitai*, Dod.

Fungi esculenti sextum genus, Clus.

Ad arborum radices, sola magnitudine differentia observatur, ex ætate proveniens.

Fungorum sub Populo nascentium, qui Turini vocantur, subrubentium, pediculo candido, qui in cibis minimè probantur, Cæst. auctore.

Huc referendi Calucci vulgo dicti apud Portam, qui bini aut tres ab uno pediculo prodeunt ve-

lut galli cristæ, acri odore, coma velut villosa.

VIII. Fungus umbilicum referens variegatus.

Fungi esculenti decimum tertium genus, Clus.

Variat: nam in primo supernæ color ex cæruleo, viridi & fusco commixtus conspicitur, infernæ ex albo subluteus: 2. supernæ color flavescentis veluti fuligine infectus, infernæ albus fuscos strijs distinctus: 3. supernæ ex albo viridis, infernæ candicans & striatus: 4. supernæ ex purpureo & saturatè rubro, raris albis maculis notatus; infernæ candicans fuscis strijs aspersis, oris dilutè purpurascens: 5. asperior reliquis, supernæ coloris ex albo fusci, inferius candicans, fuscis strijs discurruntibus.

IX. Fungus orbicularis sulcatus albus fusco permixto.

Fungi esculenti septimum genus, Clus.

Duplex est: alter tumens, coloris vel albi fusco permixti, vel maculis quibusdam aspersis: alter orbicularis candicans.

X. Fungus pileolo lato orbiculari candicante.

Fungi orbiculati, vel Fungorum tertium genus, Trag.

Fungi boleti, Cord. in Diosc. Lon.

Fungi nemorum, Lob. Belg.

Fungi esculenti octavum genus, Clus.

Triplex est: 1. minor candicans: 2. major albicans maculis fuscis & flavescentibus aspersis: 3. amplior adhuc ex fusco subrubens.

XI. Fungus pileolo lato orbiculari flavescente.

Fungi quartum genus, Trag.

Capreolini, Tabern.

Fungi esculenti duodecimum genus, Clus.

XII. Fungi pileolo lato & rotundo.

Fungi esculenti nonum genus, Clus.

Hujus quatuor sunt differentiae: 1. supina parte candicans, infernæ magis fuscus evidenter strijs donatus: 2. supernæ albicans crassis strijs insignitus: 3. supernæ in albedine magis fuscus, pediculo crassiore nigricante: 4. rufescit & pediculo est albo.

XIII. Fungus pileolo lato & rotundo livido.

Fungi vulgares Amanitæ vel Boleti, Trag.

Fungi, Matth. Lac. Lon. Dod. Cast. Lugd.

Fungi vulgarissimi esculenti, Lob. ico.

Hic ad præcedentem referri potest.

XIV. Fungus pileolo in plano orbiculari villosa.

Fungi esculenti decimum genus, Clus.

Duplex

Duplex est: alter colore puniceo dilutiore: alter coloris ex rufo fusci.

XV. Fungus pileolo magno plano orbiculato venis exasperato.

Fungi esculenti vigesimum genus, Clus.

Syringa cærulea Lusitanica, Lob. Eyst.

Syringa flore cæruleo, Clus. hisp. & hist. Lugd. Cam. Ger.

Syringa Lusitanica, Tab.

Ligustrum Orientale, forte Jasminum cæruleum Mauritanorum, Cæs.

Ostryam Theophr. hist. 10. esse aliqui volunt, auctore Lugd. historiæ monente: est Ostrya, inquit, quam nonnulli Ostryam vocant, unica species Oxyæ (Plin. l. 13. c. 21. *την μελιχ.*, id est fraxino, legit) tum satu, tum cortice similis: folio pyrorum, multo oblongiore, in acutum contraria & majore, fibris multis & crassis, à medio dorsi in modum costarum resta secundum magnam fibram porrectis, in fibris ipsis rugato & in ambitu leviter serrato, materie dura, decolorata albida: fructu parvo, oblongo, hordeo simili, flavo: radices sublimes habet. Idem fere Plinius. lib. 2. cap. 21.

Variat floris colore, qui communiter cæruleus: aliquando cinereus & quasi argenteus: hinc figuræ duæ apud Eyst. nomine Syringæ flore lacteo & flore cæruleo.

II. Syringa Arabica folijs mali arantij.

Sambac Arabum sive Gelseminum Arabicum, Alpini.

Jasminum Arabicum sive Syringa Arabica, Clus. cur. post.

III. Syringa alba sive Philadelphus Athenæi.

Syringa, Dod. Cæs. alba, Tab. Ger.

Syringa flore albo, Clus. hisp. Lugdun. (quam Ostrya Theophr. volunt, quod Clusius negat) odorato, Cam.

Syringa Italica, Lob. Eyst.

Frutex coronarius, Clus. hist.

Flore communiter est simplici, rarius pleno, quare Syringa Italica flore albo pleno, & Syringa flore albo simplici, apud Eyst.

IV. Syringæ albæ affinis.

Fructus miscellaneus undecimus, Clus. exot. lib. 2. cap. 21.

LEN T I S C U S E T M O L L E.

Lentiscus fortasse dicta, quod folia lentore quodam lentescant: *xiv* & *Dioscoridi* l. 1. c. 89. quasi *XV* & *fissilis*, quod facile & frequenter in dentis calpia findatur: quod & *Diosc.* tempore facilitatum, qui arborem ut notam non describit, sed ejus resinam quam *μαρίνην* nominari ait: de qua inter Resinas. Hujus baccas Hippoc. de nat. mulier. *Xvi* das (non *Exvi* das) appellat.

I. Len-

I. Lentiscus vulgaris.

Lentiscus, Matth. Ang. Dod. ut : Bell. Lac. Lon.
Ad. Clus. Lob. Cæf. Lugd. Cast. Rauvvolf.
Lentisci in Chio similes sunt ijs qui in Gallia
Narbonensi & Italia nascuntur: solæ tamen quæ
in Chio Mastichen præbent, Bellon. obs.

II. Lentiscus Peruana.

Molle, Clus. in Monardem, Lob. & lib. de Bals.
Cam. Ger. Colum. addens, quod si in Creta na-
scetur, pro Tragio supponi posset.

Mollis, Cast. arbor, Tab.

Molle arbor, Lugd. & hist. Ind. Occid. p. 9. lib. 4.
c. 30. quæ in Moxu vocatur arbor ex Peru, quod
hinc primum alio translata sit.

Moly, molle & muelle, Frag.

Variat folijs, quæ in tenella diffecta: in adul-
tâ nec incisa, nec crenata sunt, quemadmodum
ramus adultioris arboris in Matthiolo nostro,
& Clus. cur. post. exhibetur. Uvae quoddam
genus producit, unde Indi vinum premunt, Ind.
Occid. l. c.

III. Arbor exotica folijs alatis.

Juvb apud Amazones nascens, Clus. exot. l. 4.
cap. 14.

IV. Arbor exotica Lentisci folijs.

Moringa, Acostæ, Cast. Lugd.

Fructus raphani crassitie, radix unicornu vi-

ces supplet; & ejus in Theriaca usus est.

V. Arbor exotica spinosa folijs lentisci.

Bonduch Indorum, Ponæ Ital.

Fructus peregrinus primus, Clus. l. 2. exot. c. 30.

Lobus ἔχωντος, Clus. exot. l. 3. c. 15.

Mates Indorum cinericei coloris, id est, Legu-
men Indicum, Eid. & Ponæ.

Eructus peregrinus prior, Clus. exot. l. 2. c. 30. &
in tab. 2. Lugd. Tab. Ger.

Hujus fructum Milij Indici primum, dein
Bonduch nomine à Pona, Veronæ accepimus,
qui Avellanæ magnitudine, durissimus, splen-
dens & cinericei coloris.

Ex Brasilia, Java, & Virginea etiam Pisorum
nudorum nomine multi adferuntur.

VI. Lobus orbicularis fuscus spinosis tu-
berculis obsitus, binos phaseolos nigros con-
tinens.

Fructus quartus qui Indis Samparantam, ex na-
vigation. Batau. Clus. exot. l. 2. c. 15.

Lobus echinatus Molucensis, Ponæ Ital.

an Samparanton radix valida & amara quæ in
Sunda nascitur, in Ind. Or. par. 4. c. 8. hujus ar-
boris radix est?

VII. Arbor Malabarensium fructu Lentisci.

Pauate, Acostæ, Lugd. Cast. ap.

Arbor erysipelas curans, Lusitanis.

T H U R I F E R A A R B O R .

Thurifera arbor, Græcis Λιβαρός ή λιβρολιβαρός: quemadmodum lachryma λιβαρώσ, que Hippocratis
λιβαρώτης νερπός dicitur: λιβαρός à λιβω stilo: licet Graci fabulentur à juvene Assyrio bujus nominis,
quod Deos studiosi sime coleret, ab invidis occiso & in hunc fruticem converso dici: hinc Dys thure gratius nihil
esse. Lovan Arabibus: de qua sic Theophrast. 9. hist. 4. arborem nonnunquam qua quinis fere cubitis attollatur
& ramosam ferunt, folio pyri sed multò minore, coloris herbacei ut Rute, cortice levi Lauri modo: 4. hist. 6. in
Arabia, Syria, India nascitur: 9. hist. 2. sub cane & ferventissimis diebus incidi referunt: 9. hist. 3. & tam sponte
quam incisura thur prodire posse. Idem 9. hist. 4. ab thuris arborem lentisco similem prodidere, & fructum quoq;
lentisci folium subrutilum: Idem folia lauri & lavia tribuit. At Garzia, arbor est humilis, folia lentisco similia
babens, & Arabia peculiaris: Theveto pinis resiniferis similis. Non solum ipsius lachryma in usu fuit sed & cor-
tex arboris apud Diosc. l. 1. c. 82. & uirgo, manna thuris c. 83. & cibæ fuligo c. 84. Vide inter Resinas.

Duplex est: alia montana, alia in planis nascens Garzia, Frago.

Arbor thurifera Theveto, Lugd. | pingunt: & Taber. arboris caudicem cum Sta-
Thuris limpidi folium, Ad. Lob. ico. Lug. Tab. | gonia thure adpingit.

T E R E B I N T H U S .

Terebinthus, Græcis Τερεβίνθη nominatur, quam Dioscorides l. 1. c. 9. velut arborem cognitam non descri-
psit. Theophrasto 3. hist. 15. alia mascula est, alia feminina: & mascula quidem sine fructu: feminarum
altera fructum statim rubentem edit, lenis magnitudine, qui coqui nequit: altera viridem (ἔχλων Plinius
pallidum l. 13. c. 6. vertit) deinde rubentem & cum vite maturarentem, tandem nigrum fabæ magnitudine,
resinosum, odore jucundiore, &c. flos oleæ similis, rubens: folia in uno pediculo multæ, Laurinæ similia, bina
veluti

veluti Sorbo, in summis ramis cularum partibus imparia, nisi quod minus angulosa quam Sorbo, & ambitu taurini similiora, pinguis cum toto fructu: fert & illa foliculos quosdam cavos ut Ullus, in quibus animalcula culicibus similia nascuntur. Et 4. hist. 5. Terebinthi Indica meminit. Plinius l. c. sed brevius de ea egit. Resina terebinthina ex hac colligitur, de qua cap. de Resinis.

I. Terebinthus vulgaris.

Terebinthus fœmina altera Theophrasti.

Terebinthus, Matth. Dod. ut: Cord. in Diosc. & hist. Turn. Lac. Lon. Clus. hisp. & hist. Lob. Cast. Lugd. Tab. Ger.

Terebinth. minor in Lombar. & Hetruria, Ang.

Terebinthus lentisci folia minor, Ad.

Terebinthus vulgaris, Rauwolf.

II. Terebinthus peregrina fructu majore Pistacijs simili, eduli.

Terebinthus major cuius fructum Arabes Botn quibit appellant, Rauwolf.

Terebinth. nostras Juglandes æquans, Bell. cult.

Terebinthus major pistaciæ folio, Ad. Lob.

Terebinthus Indica major Theophr. ex Rauwolf. Lugd. ap.

Terebinthus latifolia, Tab. Ger.

Terebinthi majus genus ad Terebinth. Indicam Theophr. & Fael Serap. Avicen. & Rhafis referri potest, Clus. hist.

Folijs oblongi scutulis à Pistacijs, quæ rotundiora habet, & fructu sive nuce breviore & rotundiore differt, quo inquilini, perinde ut nos **Avellanis** vescuntur.

Gallarum genus quoddam nucis ponticæ magnitudine, Terebinthi arbores in Thracia & Macedonia producunt, quarum apud Turcas nus est, tenuissimis sericeis pannis inficiendis, Bellon. obs.

III. Terebinthus peregrina fructu minore & cæruleo, eduli.

Terebinthus Syriaca, Theop.

Terebinthus in Cilicia & Syria, Bellon. obs.

Terebinthi peregrini alterum genus, Clus. notis in Bellon.

Terebinthus minor, qui Arabibus Botn sougier dicitur, Rauwolf.

Terebinthus in Mesopotamia & Armenia, Eid.

Terebinthus minor, qui ad Bel Arabum referri potest, Clus. hist.

Et hujus fructus, qui cum suo cortice Piso majori æqualis est, perinde ut nos Pineos nucleos comedunt: quo & Persæ plus quam bis mille annis ante panis usum vitam sustentarunt, & etiamnum totius Syriæ incolæ ijs cum pane vescuntur: & propter colorem inter viridem & cæruleum medium, Arabes veteres, Granum viride, Bellonio attestante, appellarent.

B A L S A M U M.

Balsamum, βαλσαμον Dioscoridi l. i. c. 18. arbor Lycij seu Pyracantha magnitudine conspicitur: folia habet Rutæ proxima, sed candidiora multò & perpetuò magis virentia, &c. qui & ἐποβληταιον, ἐνδοβληταιον & ινερπτον, sive succum, lignum & fructum commendat: & vim efficacissimam balsami liquoris tribuit: proximum fructui, minimum vero ligno. Et Theophrasto 9. hist. 6. arboris magnitudo, quæ malo punica magna, rami multi, folium rutæ simili, candidum tamen, perpetuò virens, fructus similius terebintho tam magnitudine, quam colore, valde odoratus & lacrymæ ipsa odoratior, &c. Plinius lib. 12. cap. 25. quedam alia scribit, alia ex utroque mutuatus videtur.

J. Balsamum Syriacum rutæ folio.

Balsamum, Matt. Lac. Ad. Col. Cast. Cœf. Alpino, Hon. Belli ep. 5. ad Clus. Liquor ejus Opobalsamum & Balsamælæon, de quo & Cord. hist.

Balsamum lentisci folio Ægyptiacum, Bellonius obs.

Carpobalsamum veterum flavum.

Carpobalsamum & Cassamum verum, Cord. in Diosc. & hist. Cœf.

Lignum Xylobalsamum, Cœf. sunt aliquando festucæ tenues, quæ cum Carpobalsamo adferuntur.

At Terebinthus geminus, omnibus partibus, liquori, ligno & semi succedaneum esse potest.

Fontem esse in Sumatra Insula, qui Balsami pretiosissimi oleo scaturiat, Linscot. par. 2. Ind. Or. 21. scribit.

II. Carpobalsamum nigrum Alexandrin. an Semen Hyperico simile, quod, à Petra Palestinæ oppido etiam Dioscorid. tempore adferebatur.

Carpobalsamum non legitimum, Matth.

Carpobalsamum offic. Cord. in Dios. (qui addit. aliquando inter ea reperiri adulterinis granis majora, odoris & saporis suavissimi) Tab.

Balsa-

Balsami veri fructus, Alpino.

III. Xylobalsamum officinarum.

Myrtum potius quam Balsamum refert, Matth.

Alterius fruticis surculi, quāvis aliquando inter eos mirum in modum odoris & saporis gratia commendabiles reperiantur, Cord. in Diosc. & hist.

Xylobalsam. vulgo nuncupatum, quod ex felici

Arabia defertur cum Egyptio convenit. Bel. ob.

Lignum Balsami ex Arabia felici, Linscot. par.

2. Ind. Orient. 7.

IV. Balsamum Indicum, ex arbore Punicâ

malo majore Xylo dicta, folijs Urticæ.

Balsamum Indicum novum, Matth.

Balsamum ex nova Hispania, Lacun.

Balsamum ex Occidentali India, Monard. Lug.

& Ind. Occid. p. 9. l. 4. c. 28.

Balsami genus novum, Cæs. Frag.

Hujus genus limpidum, quod pura est ex stilans lacryma, opobalsamum vocant: aliud imperfectius, quod ex ligno, cortice & folijs expressum est, aut ignis vi prolicitur, quod Xylobalsamum appellatur, Ind. Occ. l. c.

V. Balsamum fructu racemoso ex Hispaniola.

Balsamum novum ex Hispaniola, Auctori hist.

gener. Indiae, Lugd.

Ex planta sponte nascente arboris magnitudine folijs amplis (quale Lug. hist. exhibet) sex digitos longis, 4. cum dimidio latis, elicetur.

VI. Balsamum Americanum.

Balsamum aliud ex Americæ continente, Lug.

Ex arbore vasta, ramosa fructu pisi magnitudine siliqua digitum longa inclusa, quæ pingitur nomine Fructus balsam: Monardis, Eud.

Lobus oblongus aromaticus, Clus. exot. l. 3. c. 18.

Balsami Peruani fructus, Ponæ, Clus. cur. post.

Balsamum quod ex India occidentali adfertur

primum in Hispaniola inventum: arbor unde elicetur Goaconaz ab indigenis vocatur, Ovied. hist. Ind. l. 10. c. 13.

Balsamum ex Nicaraguae, Benzoni, Ind. Occid. part. 5. cap. 16.

an Balsamum ex Gueana, Ind. Occid. p. 8.

VII. Balsamum Tolutanum folijs Ceratiæ similibus, quod candidum est.

Balsamum de Tolu, Monardi, ex Insulis Tolu, Ind. Occid. q. 9. l. 4. c. 28.

Balsamum Tolutanum ex arboribus pumiliibus pinis similibus, Lugd. ap.

an Balsam. album Curcas vocatum, Ind. occ. p. 8.

VIII Frutex Indiae Orient. Lavendulæ folio. Arbor Lavendulæ folio, Clus. exot. l. 1. c. 5.

P I S T A C I A.

Pistacia Dioſcor. l. 1. c. 177. in Syria gignuntur pineis nucibus similia. Theop. 4. hist. 5. ferunt & in India Terebinthum esse. arborem alteri terebintho similem, cuius folia, rami & reliqua omnia terebintho similia; fructus autem diversus. similis enim amygdalis, non magnus sed aspectu similis & suavitate amygdalis praestans.

I. Pistacia peregrina fructu racemoso, sive Terebinthus Indica, Theop.

Pistacia, Matth. Ang. Tur. Lac. Cord. in Dioſcor. & hist. Lon. Dod. Lob. Cæſalp. Cast. Cam. Tab. Ger. Eyſt.

Pistacium, Ges. hort.

Terebinthus Indica Theophrasti, Ad.

Pistachia, incolis Fislut, Rauvvolf.

Pistaciæ arbor, Dod. gal. Lugd.

Fructus dicuntur πισταῖα: Nicandro φισταῖα:

Possidonio, monente Athenæo, βισταῖα: Latinis Pistacia: officinis & bárbaris Fistici.

II. Arbor exotica fructu racemoso, Chara-

matis dicta.

Charamais & Ambela, Acostæ, Lugd. Cast.

Duo genera, unum pyrifolio, alterum malo minore, fructu avellanae acido.

III. Pistacia sylvestris.

Staphyloidendron Plinij, lib. & c. 16. est & trans alpes arbor similitima aceri, alba materia, quæ vocatur Staphyloidendron: fert siliquas & in ijs nucleos sapore nucis avellanæ.

Nux vesicaria, Trag. Dod. Ger.

Staphyloidendron, Matth Bellon. Ad. Lob. Lug. Cam. Tab. Plinij, Dod. gal. Ges. hort. Eyſt.

Arbor vitis & Lacryma Joppi, Ang.

Pistaciæ species, Scaligero in Aristot.

Pistacia Germanica, Lon. sylvestris, Cast.

Coulcoul & Hebulben Turcarum, Matth. epist. At Bellonio obs. Hebulben semina sunt in officinis Turcarum venalia, quæ nobis in usu non sunt: quemadmodum nec Nux quædam gemini pungi magnitudine, parvis granis esui aptis,

avellanæ instar dulcib', plena, quam Coulcoul, hoc est, nucem de Coulcoul nominant.

Ex fructu sphæruleæ precatoria sunt.

GLANS UNGUENTARIA.

Glans unguentaria, βάλανος ἡ μυρεψία Dioscoridi l.4. c.154. fructus est arboris Myrica similis, magnitudine nucis Avellanae, cuius interior pars expressa, veluti amygdale amara humorem emittit, quo ad preciosam unguentum pro oleo utuntur: at Theophr. 4. hist. 1. βάλανος simpliciter: Balano, inquit, à fructu nomen indutum: folium ejus Myro simile est, sed oblongius, fructus magnitudine & aspectu capparis fructui similis, cuius cornicibus contusis unguentarij utuntur, &c. Hac unguentaria nomine à ceteris glandibus distinguitur, quod ea unguentarij plurimum utantur. Plinio libr. 12. cap. 21. Myrobalanus Troglodytis nascens unguento, ut ipso nomine appetet, fructus magnitudine avellanae nucis, &c. Arabes Habel, Ben & Granum ben nominant: inter quos Mesues qui duplex facit, aliud Ben magnum ut Avellana, quod Monardes Avellanam purgatrices esse vult: aliud parvum Ciceris magnitudine: ex quo Monarde monente, Itali oleum de Ben conficiunt.

Glans unguentaria, Matt. Lac. Cord. in Dios. Clus. in corol. Dodonæi, Lugd. Cæs. Granum ben, Lon. Balanus myrepisca, Pharagon incolis ad montem Sinai, Bellon.

Macalep album, Rauvvolf. Glans unguentaria cathartica siliquata, Adv. Lob. icon. Balanus myrepisca, Cord. hist. Tab. Ger. Pon. Ben parvum, Monardi.

CERATIA SIVE SILIQUA.

Keratia, id est, siliqua, à corniculorum similitudine, à Dioscoride l.1. c.158. qui eam non descripsit: à Græleno & Aegineta verò negat, quasi cornuta siliqua, hac arbor appellatur: à recentioribus Græcis κύπελλος: Arabibus Charnub: à Plinio l.15. c.24. Siliqua (quia semen fert in siliqua leguminum modo) de qua hac: haud prout abesse videntur & pradulces Siliqua, nisi quod Cortex in ijs manditur: digitorum hominis longitudine illis, interim falcatis pollicari latitudine, &c.

I. Siliqua edulis.

Siliqua, Matt. Ang. Tur. def. Cord. in Dios. Gef. hor. Lac. Lon. Rauvv. Cast. Cam. arbor, Cæs. cui & Ceronia Theophr.

Siliqua sive Ceratia, Bellon.

Siliqua dulcis Alpino.

Ceratonia, Dod. ut: Gef. hor. Lugd. Frag.

Cerata vel siliqua, Ad Lob. Tab. Ger. Clus. hisp. siliqua οὐράνια, Eid. hist.

Ceraunia siliqua Theophr. 4. hist 2. & Plin. l.13. c.8. Dalech. in Plinium: at hist. Lugd. auctor diversam facit.

Fructus οὐράνιος, siliqua, vulgo Carobae nominatur: cuius semen sex grana pendens, ponderi illi auri quod Karat dicitur, nomen dedit.

II. Siliqua purgatrix.

Carobae sive Sili. ex Guinea purgatrix, Pon. Ital.

III. Siliqua sylvestris rotundifolia.

Arbor Judæ, Bellon. (quæ Græcis vulgo Couchias) Gef. hor. Dod. Ad. Lob. Rauvv. Lugd. Tab. Cam. Ger. Eyst.

Fabago sive siliquastrum, Bellon. Gef. hor.

Ceratia agrestis, Eid.

Siliqua syl. Bellon. Clus. hisp. & hist. Cam. ep. & hor. Cæs. cui Cercis Theophr.

Siliquastrum & Siliqua sylv. & fatua, & arbos amoris, Cast.

Quibusdam Cercis siliquata Theophr. hist. 18. alijs Colytea tertia Theophr. 3. hist. 14. quibusdam Laburnum vel ejus species.

Acacia vera Matth. quibusdam videtur, quam spinis horridam pingit, quas commentitias suspicantur.

Flores eleganter purpurei, quandoque albi & cortice candicante.

IV. Siliqua sylv. rotundifolia Indica.

Semen nummi instar rotundum planum denarij magnitudine, crassiusculum, rufum, à Rev. D. Terentio ex India accepi, cum hac inscriptio: Semen numulariae est arboris Judæ Indicæ, cuius flos magnus elegans & odorus est.

V. Siliqua sylv. spinosa arbor Indica.

Coral arbor, ob flores colore Corallij æmulos, Clus. append. 1. hist. plant. & append. altera ad appendicem primam.

an Acacia prima, Matthiol. & Lugd.

an Acacia major, Cast.

VI. Siliqua sylv. similis.

Acacalis, vel Syriæ Kismisæ sive Sisime, Cam. Acacalis Kesmesen, Bellon.

an Acatia Dioscoridis, Rauvvolf.

Semen hoc Cairine & Kismisæ nomine à Doct. Paludano ex Syria reduce an. 1579. Patavij. accepimus: an Dioscoridis Acacalis? cum hæc nostra

nostra folijs rotundis enata sit. Dioscoridi verò quadantenus similis. Valer. Cordus in Dioſ. non I. c. 118. & ex eo Eginetæ *anænælis*, fructus sit cognosci scribit, niſi aliquis ex Myrobalanis fruticis in Ægypto nascentis, myricæ fructui Emblicis ſive Belliricis hunc eſſe existimet.

CASSIA NIGRA SEU FISTULOSA.

Casia Fistula ab Arabibus inventa eſt, & à recentioribus Græcis, ut Actuario, naosia uéauræ nominatur. Fabam Indicam veterum, ut Aristobuli, Valerius Cordus creditit. Siliquam Aegyptiam Theophrasti hist. 18. nonnulli carent.

I. Cassia fistula Alexandrina.

Cassia ſolutiva ſive Ægyptia ſiliqua, Matth.

Cassia fistula, Dod. gal. Lac. Cord. in Dioſ. Gesn.

hort. Caſt. Alpino, Frag. Tabern. Ger. Pigafette

desc. regni Congiani & Ind. or. p. 1. & 4.

Cassia fistula laxativa, Lon.

Cassia ſolutiva, Bellon. Monard. Garziæ, Linſcot, p. 4. Ind. or. fig. 17.

Cassia ſtercoraria, Guiland. pap.

Cassia nigra, Dod.

Siliqua Ind. veterum, Cord. hist. Inda, Ges. hor.

Canna fistula ſeu fistularis, Linſ. p. 4. Ind. or. c. 37.

Cassiam quæ hujus arboris fructus eſt, Ægyptij

Chaja-ar-xambar vocitant, Paludanus in Linſ.

Siliqua aut Cassia purgatrix Arabum, Ad. Lob.

Siliqua ſive Cassia cathartica, Lugd.

Cassia, ſiliqua Ægyptia Theoph. videtur, Cæſ.

Cassia Ægyptia ſive purgans, Cam.

Canna fistula, Acostæ.

Canna fistula ſive Cassia: Joseph. Acostæ, lib. 3.

cap. 22. quæ in Hispaniola copiosissima: Idem

lib. 4. cap. 29.

Eligenda fistula insignis, plena, gravis & re-
cens, & quæ concuſſa, inclusis ſeminibus mi-
nimè conſtrepat, ſplendens, foris ac etiam in
pulpa pinguis: pulpam (quæ non ante uſum
extrahi debet) florem Cafsiae & Cassiam ex-
tractam vocant.

II. Cassia fistula Brasiliiana.

Cassia ſiliqua Brasiliiana purgatrix compressa,
Lob. in pharm. Rondel.

Hæc ex Brasilia advehi cepit, cuius pulpæ
uncia una, plus quam uncia duæ alterius Æ-
gyptiacæ, purgat.

III. Siliqua Arabica, quæ Tamarindus.

Arabicam vocamus, eo quod ex Arabia in
India aliasque regiones deferatur: à quibus

Tamarindus nominata, quaſi dicas Dactylos Indos, ſive Palmulas Indicas: Tamar enim illis Daſtylum ſignificat: licet arbor Palmæ ſimilis non eſt, nec ex Palmarum generibus, niſi ad fructus effigiem, quaſe daſtylum ſive di-
gitum iuſflexum refert, respexerint. Sunt qui velint Plinium lib. 12. cap. 6. de hac intelligen-
dum eſte, cum inquit: eſt & alia ſimilis huic (Palæ ſciliſet) dulcior pomo, ſed interaneorum valetudini infesta.

Tamarindi, daſtyli Indici, Meluæo, Lac. qui à Palmæ ſyl. Indicæ fructus, Palmulis Thebaicis non differe vult.

Tamarindus Serapioni, Cæſ.

Tamarindi, Matth. Bellon. Garz. Acostæ, Frag.
Lob. qui addit perperam Oxyphœnicum ap-
pellari, Lugdun. qui in ap. & alteram figuram
Acostæ exhibit.

Thamarindus, id eſt, Acacia Indica, Cord. hist.
Palmæ ſylv. fructus Oxyphœnica, Lonic. Caſt.
cum ſicta figura.

Thamarindi, Cam. ep.

Tamarindus Derelſide appellaſta, Alpin.

Tamarino, Puly & Ambify Indis, Linſcotto
Ind. or. p. 4. c. 37.

Aſſa ſive Tamarindus: par. 4. Ind. or. fig. 15.

Folliculi recentes, cum melle aut Saccharo
in India condiuntur: ex ſubſtantia intinſum
(Caryl vocant) parant, cum cibis utendum.

I V. Tamarindis ſimile ſemen ſpadiceum
dentatum.

Fructus alicuius ſemen num. 20. à Gareto, Clu-
ſio exot. lib. 2. cap. 16.

V. Tamarindo ſimilis frutex.

Queillos frutex folij Tamarindi, fructu ut fabæ
Romanæ ſubduplo longiore, quo in cibis u-
tuntur: par. 4. Ind. or. 8.

D E L O B I S.

Etſi Dioscorides Smilacis hortensis fructum lobia, quaſi ſiliquulas dicas, vocari, eamq; ob cauſam de Lobis
post Phaseolos dicendum videretur, tamen cum alijs ſint Lobi, qui arborum fructus ſunt, de alijs verò non
ſatis conſter, placuit de omnibus hic agere, uſq; dum certius quid cognoverimus.

I. Arbor siliquosa Juglandis folio Brasiliæ, lobo longissimo Acaciæ siliquæ instar distincto.

Lobus Brasilianus ingens, Clus. exot. l. 3. c. 1.

Lobus cineraceus binos pedes Romanos cum triente longus, quatuor uncias latus: semina ex albo rufescens pene orbicularia, nuclei vomicæ non admodum dissimilia.

II. Arbor siliquosa Brasiliiana lobo latissimo. Lobus Brasilianus alter, Clus. exot. l. 3. c. 2.

Hic Lobus, duplex est: major ex fusco cineraceus, octo uncias longus, quatuor cum semisse latus, semine quasi quadrangulo: alter minor, ex fusco rubescens, semine citri malii seminon valde dissimili.

III. Arbor siliquosa ex Virginea lobo fusco scabro.

Lobus ex Wingandecaovv, Clus. exot. l. 3. c. 3.

In hoc oſicula verius, quam Phaseoli, nigra, dura, Avellanæ magnitudine.

Hic duplex est: alius ex Virginea fuscus, quinque vel etiam sex uncias longus, duas vel duas cum semisse latus, unam crassius. Alius ex insula Hayti sive Isabellæ vicina, spadicei coloris, septem uncias longus, tres cum semisse latus.

IV. Arbor siliquosa ex qua gummi Animæ elicitor.

Lobus ex Wingandecaovv similis, Clus. l. c. an Guama Oviedi horum duorum alteruter.

V. Arbor siliquosa lobo quadrangulo fusco.

Lobus peregrinus quadrangularis, Clus. exot. lib. 3. cap. 5.

Lobus fulcis distinctus, septem uncias longus, binas latus.

VI. Arbor siliquosa Africana, folijs fere pyri semine fabaceo.

Phaseolus quintus peregrinus, sive Phaseolus Coles, Clus. exot. l. 3. c. 7.

Siliquæ candidæ, phaseolis longiores & majores: semina albo putamine ablato minij colore habent & siccata in binas partes sponte dividuntur.

VII. Fructus oblongus cineraceus rugosus & gibbosus.

Fructus ex Bengala ad Coles accedens, Clus. exot. l. 2. c. 14.

VIII. Fructus compressus quadrangulus venis candidantibus & nigricantibus, ut Coles fructus distinctus.

Fructus 6. Parduyni, Clus. exot. l. 2. c. 12.

IX. Lobus orbicularis fuscus spinosis tuberculis obsitus, binos phaseolos nigros continens.

X. Arbor siliquosa Guinensis lobo spadiceo, fusco.

Lobus ex Guinea, Clus. exot. l. 3. c. 4.

Lobus decem uncias longus, tres latus, grana dura ex spadiceo fusca, medulla tetri odoris.

XI. Arbor siliquosa Guinensis, fructu fabaceo, lobo longissimo.

Lobus fabæ arboreſcentis, Clus. exot. l. 3. c. 6.

Lobus nigricans & fuliginosus, uncias novendecim, vel viginti longus, tres latus, phaseolos septem, binas uncias cum semisse longos, semunciam latos, planos, ex spadiceo nigricantes & splendentes continens.

an Arbor fabas majores proferens, par. 6. Ind. Orient. tab. 14. lit. H.

XII. Lobus cortice cartilagineo, rugoso, fusco, dupli crista sinuosa donatus.

Lobus primus cartilagineus ex insula Mauritijs, Clus. exot. l. 3. c. 9. & 10.

Hic vel uncias quatuor cum semisse, vel tres longus, binas latus; ille tres, hic duos phaseolos orbiculatos ex puniceo nigros, veluti annulocinctos, eosque duros continet.

XIII. Fructus subrotundus durus eleganter rubens.

Fructus peregrinus 10. Mates nomine acceptus, Clus. exot. l. 2. c. 30. & tab. 3. Lugd.

XIV. Lobus cortice membranaceo, atro tumido.

Lobus niger primus turgidus, Clus. exot. lib. 3. cap. 18.

Hic uncias binas longus, unam latus, semina nigra, plana, Acaciæ fructu similia continet.

XV. Lobus membranaceus atrospadiceus, planus Guinensis.

Lobus niger 2. planus, Clus. l. c.

XVI. Lobus quadrangularis, Clus. exot. lib. 3. cap. 17.

Hic ex fusco fuliginosus, grana quadrangula, in binas partes dividua continet.

XVII. Lobus aromaticus subfuscus Terebinthi corniculis similis.

Lobus oblongus aromaticus, Clus. exot. lib. 3. cap. 18.

Hic sex, septem, etiam octo uncias longus, vix semunciam latus, tenuem pollinem nigrum tenacem, Benzoini ferè odore, continet.

FRUCTUS EXOTICI.

Fruktus exotics plurimos Clusius proposuit, plurimos etiam à D. Jacobo Guillelmi Hooft Amstelrodamio ante octennium accepimus: quos quantum licuit in aliquem ordinem digesimus, aliquos ad arbores quibus consimiles sunt, vel saltem fructu, retulimus: alios verò ratione formæ distributos, hic recensemus.

Fructus rotundi & orbiculares.

I. Fructus magnus ex rotunditate compressus, cortice rugoso fusco.

Fructus crassus peregrinus, Clus. exot. l. 2. c. 7.

II. Fructus rotundus cortice fungoso subpurpurascente.

Fructus i. à Gareto, Clus. exot. l. 2. c. 16.

III. Fructus orbicularis spadiceus laevis.

Fructus miscellaneus 3. Clus. exot. l. 2. c. 25.

IV. Fructus orbicularis fuscus, nucleo cineraceo.

Fructus miscellaneus 4. Clus. exot. l. 2. c. 25.

V. Fructus orbicularis flavus maculâ subfuscâ notatus.

Fructus peregrinus 6. Clus. exot. l. 2. c. 29. Lugd. Tab. Ger.

VI. Fructus orbicularis spadiceus nucleo duro.

Fructus exoticus 4. Clus. exot. l. 2. c. 19.

VII. Fructus orbicularis ex ruffo nigricans.

Fructus peregrinus 3. Clus. exot. l. 2. c. 30. & in tab. altera, Lugd. Tab. Ger.

VIII. Fructus orbicularis fuliginosus.

Fructus i. à Gareto, Clus. exot. l. 2. c. 16.

IX. Fructus orbicularis ater & acidus.

Fructus peregrinus acidi saporis, Cl. ex. l. 2. c. 13.

X. Fructus orbicularis cinericeus ut Chamaeriphæs nucleus.

Fructus 12. navigat Botau. Clus. exot. l. 2. c. 15.

XI. Fructus orbicularis Arantij forma cineraceus.

Fructus minor 7. Paludani, Clus. exot. l. 2. c. 20.

XII. Fructus rotundus parvus putamine spadiceo flavescente, nucleo subacido.

Fructus 7. à Gareto, Clus. exot. l. 2. c. 16.

XIII. Fructus orbicularis compressus cineraceus.

Fructus minor 1. Paludani, Clus. exot. l. 2. c. 20.

Fructus orbiculares fulcis nervisque dist. ncti.

I. Fructus orbicularis major fuscus striatus.

Fructus orbicularis peregrinus 1. Clus. ex. l. 2. c. 9.

II. Fructus orbicularis minor cineraceus striatus.

Fructus orbicularis peregrinus 2. Clus. ex. l. 2. c. 9.

III. Fructus orbicularis subniger & splendens sulcis distinctus.

Fructus i. è Walachria, Clus. exot. l. 2. c. 22.

IV. Fructus alter splendens quatuor sulcis distinctus.

Fructus 9. à Gareto, Clus. exot. l. 2. c. 16.

V. Fructus orbicularis in summo lineâ trigonâ distinctus.

Fructus 10. à Gareto, Clus. exot. l. 2. l. 16.

VI. Fructus orbicularis Arantium siccum referens, quatuor venis distinctus.

Fructus 2. Jacobi Plateau, Clus. exot. l. 2. c. 19.

VII. Fructus orbicularis fuscus senis nervis distinctus ex Guinea.

Fructus orbicularis peregrinus 3. Cl. ex. l. c. c. 10.

VIII. Fructus orbicularis spadiceus novem venis distinctus major.

Fructus peregrinus orbicularis nervis distinctus 1. Clus. exot. l. 2. c. 10.

IX. Fructus orbicularis minor novem venis, ut & semen, distinctus.

Fructus peregrinus orbicularis nervis distinctus 2. Clus. exot. l. 2. c. 10.

Fructus figura oblonga ovali.

I. Fructus ovi anserini magnitudine fusco cinereus.

Fructus peregrini pulpa, Clus. exot. l. 2. c. 13.

II. Fructus ovi anserini forma.

Fructus orbicularis peregrinus 3. Clus. ex. l. 3. c. 9

III. Fructus ovalis fuscus nucleo avellanæ simili.

Fructus 2. à Gareto, Clus. exot. l. 2. c. 16.

IV. Fructus ovalis putamine crasso fibroso.

Fructus 3. à Gareto, Clus. l. c.

V. Fructus ovalis fuscus.

Fructus miscellaneus 1. Clus. exot. l. 2. c. 25.

VI. Fructus ovalis lapidi Judaico similis ex ruffo nigricans.

Fructus peregrinus alter, Clus. exot. l. 2. c. 3. & in tab. 2. Lugd. Tab. Ger.

VII. Fructus olivæ ossiculum referens.

Fructus minor 5. Paludani, Clus. exot. l. 2. c. 20.

VIII. Fructus ovalis spadiceus.

Nux peregrina 2. Clus. exot. l. 2. c. 13.

IX. Fructus oblongus fuscus striatus.

Fructus exoticus 3. Clus. ex l.2.c.24.

X. *Fructus oblongus arcuatus fuscus.*

Fructus 1. è navigat. Batav. Clus. ex. l.2.c.15.

XI. *Fructus oblongus fuscus splendens.*

Fructus 1. Simonis Tovar Coxco cypote, id est nux sive osiculum Cypote, Clus. ex. l.2.c.18.

XII. *Fructus oblongus cineraceus nervis crassis.*

Fructus 3. Parduyni, Clus. ex. l.2.c.22.

XIII. *Fructus oblongus cineraceus acidulus.*

Fructus 12. & Oregioella, ex quo Cacao potionem conficiunt, Clus. ex. l.2.c.16.

XIV. *Fruct. oblongus cortice flavo spadiceo.*

Fructus 13. à Gareto, Clus. ex. l.2.c.16.

XV. *Fructus oblongus lobum referens niger.*

Fructus 13. Gareti, Clus. l.c.

Fructus pyriformes.

I. *Fructus pyriformis major rugosus niger, binis cellulis distinctus.*

Fructus exoticus 1. Clus. ex. l.2.c.24.

II. *Fructus pyrifor. minor spadiceo cinereus.*

Fructus exoticus 2. Clus. ex. l.2.c.24.

Fructus orbicularis & rotundi: & ovales tuberculis obstiti.

I. *Fructus orbicularis fuscus tuberculis obsitus.*

Fructus 2. Parduyni è Guinea, Clus. ex. l.2.c.22.

II. *Fructus orbicularis cineraceus tribus foraminibus donatus.*

Fructus 8 à Gareto, Clus. ex. l.2.c.16.

III. *Fructus rotundus flavus tuberculis obsitus, linea eminentiore transversa.*

Fructus peregrinus 4. Clus. ex. l.2.c.30. & tab. alt. Lugd. Tab. Ger.

IV. *Fruct. rotundus flavus tuberculis obsitus.*

Fructus peregrinus 5. Clus. ex. l.2.c.30. & tab. alt. Lugd. Tab. Ger.

V. *Fructus ovalis ex fusco subrubens tuberculis mucronatis obsitus.*

Fructus 5. è navigat. Batav. Clus. ex. l.2.c.15.

VI. *Fructus olivæ ossiculum referens tuberculis obsitus.*

Fructus minor 6. Paludani, Clus. ex. l.2.c.20.

VII. *Fructus oblongus cineraceus durus tuberculis exasperatus.*

Fructus 1. Plateau, Clus. ex. l.2.c.19.

VIII. *Fructus cordis formam referens, fuscus tuberculis inæqualis.*

Fructus minor 2. Paludani, Clus. ex. l.2.c.20.

IX. *Fructus subrotundus rugosus, ater.*

Nux peregrina 1. Clus. ex. l.2.c.13.

X. *Fructus Frago similis.*

Garnitre fructus parvus & subtilis fragi similitudine, qui globulorum vicem supplet, Linse. p.3. Ind. or. 21.

Fructus angulis donati.

I. *Fructus orbicularis fuscus trifidus granis refertus.*

Fructus miscellaneus 5. Clus. ex. l.2.c.25.

II. *Fruct. rotund. inæqualis cineraceus saxeum.*

Fructus 6. Camiri Indis, ex navig. Batav. Clus. ex. lib. 2. cap. 15.

Fructus peregrinus 2. Eid. l.2.c.29.

Nucis est magnitudine, putamine saxeum duitie, nucleo albo amygdalino.

III. *Fructus Brasilianus inæqualis semine fusco fervido.*

Fruct. 1. à Gareto Aratucon dictus, Cl. ex. l.2.c.17.

IV. *Fruct. angulosus cineraceus cortice fibroso.*

Fructus miscellaneus 2. Clus. ex. l.2.c.25.

V. *Fructus in gibbum extuberans cortice reticulato villoso.*

Fructus peregrinus reticulato corio ex Guinea, Clus. ex. l.2.c.11.

VI. *Fructus niger in duas partes separabilis acidiusculus.*

Fructus 10. à Gareto, Clus. ex. l.2.c.16.

VII. *Fructus avellanæ magnitudine putamine velut in duas partes diviso.*

Fructus peregrinus 4. Clus. ex. l.2.c.29. Lugdun. Tabern. Ger.

VIII. *Fructus subrotundus cineraceus dupli angulo.*

Fructus 9. è navig. Batav. Clus. ex. l.2.c.15.

IX. *Fructus triangularis fuscus.*

Fructus minor 4. Paludani, Clus. ex. l.2.c.20.

X. *Fruct. pentagonus tuberibus inanis obsitus.*

Fructus minor 9. Paludani, Clus. ex. l.2.c.20.

XI. *Fructus oblongus pentagonus fuscus.*

Fructus 2. è navigat. Batav. Clus. ex. l.2.c.15.

XII. *Fructus cristatus spadicei coloris.*

Fructus 11. è navig. Batav. Clus. ex. l.2.c.15.

Fructus diversarum figurarum.

I. *Fructus in orbem convolutus fuscus.*

Fructus minor 11. Paludani, Clus. ex. l.2.c.20.

II. *Fructus est quatuor membranaceis folijs compositus nucleo orbiculari.*

Fructus 17. navigat. Batav. Clus. ex. l.2.c.15.

III. *Fruct. è multis fibris contextus spadiceus.*

Fructus miscellaneus 6. Clus. ex. l.2.c.25.

IV. *Fructus metæ figuram referens cineraceus*

Fructus

Fructus minor 3. Paludani, ad quem pro Balsami Peruani fructu missus, Clus. ex. l.2. c.20.

V. Fructus juli figuram quasi exprimens cineraceus, grana spadicea continens.

Fructus miscellaneus 8. Clus. ex. l.2. c.25.

VI. Fructus Brasil. ex fusco cinereus acidus.

Fructus secundus Gareti, Clus. ex. l.2. c.17.

VII. Fructus Quittensis.

Fructus ad Dysenteriam, Monardi, Lugd.

Fructus varij.

I. Fructus in Bali Insula, sub terra juglandis magnitudine sed durior & oleaginosior, quo ad cibos condiegos utuntur: Lins. p.3. Ind. or. c.39.

II. Fructus purpureus alij sapore: par. 6. Ind. Orient. c. 54.

III. Cautior fructus frequenter cibis adhiberi solitus, uberrimè in Guinea provenit: par. 4. Ind. Or. 8.

IV. Gato Gambar, fructus olivis aut Arecae similis in Cambaja, qui dentum dolori medetur, par. 4. Ind. Or. 8.

V. Jalave Malays, arboris fructus glandis magnitudine, quæ infirmi potiunculis miscent, l.c.

VI. Javanos fructus in Bantan: part. 3. Ind. Orient. 35.

VII. Indiamas fructus in Guinea: part. 6. Ind. Or. 19.

VIII. Lucumas fructus in India, quem nihil aliud quam lignum esse dissimulatum ajunt: Joseph. Acosta l.4. c.26.

IX. Madian, Main, Corassani, ex civitate Dachen importantur, ad acuendam gulam & ebrietatem facilius ciendam: par. 4. Ind. Or. 8.

X. Tiano, fructus copiosè in Malacca, quem tusum cum liquore bibunt, quoties male habent: l.c.

SECTIO TERTIA.

BALIOMY AER TO M Y A T T A.

NUX MYRISTICA; MACIS ET MACER; CASSIA SIVE CANNELLA; CINAMOMUM; TAMALABATRUM SIVE FOLIUM; BETHRE sive Tembul; Caryophylli Aromatici; Piper; Cubebæ; Fagara; Mungo; Amomum & Amomis; Grana Paradisi & Cardamomum.

N U X M O S C H A T A.

Nux Moschata, quæ veteribus Gracis cum sua Maci incognita fuit, at recentioribus οὐχ ονείρον vel noέτον ἀπομνημόν dicitur: forte Nux Indica, in suffimento moscato Aëtij.

I. Nux moschata fructu rotundo.

Chrysobalanos Galeni quibusdam.

Comacum Theophrasti & Cinnamum Caryopon Plinij, Guilandino.

Nux Bandensis, Jausibant Arab. Avicennæ.

Mux myristica, Matth. Cast. Lugd. qui & Acostæ figuram in appen. habet, Clus. ex.

Nux muscata, Lac. Lon. Ad. L. ob. ico. Frag.

Nux moschata, Cord. hist. Lob. (cui & odorata & aromaticæ) Cæf. Tab. Acostæ.

Nux aromatites, quæ incolis Palla & lapatri,

Garz. Linsc. Ind. Orient. p.4. c.22.

Arbor in Insula Banda quæ nucem & macim profert, Pyri magnitudine, folijs laurinis, latioribus brevioribus: fructus cortice denso, ut in

nostris Nucibus tegitur, cui alter tenuior reticulatus, rubescens subest, qui Macis dicitur.

Fructus cum utroq; cortice muria conditus adfertur: quem & Saccharo conditum & externum

corticem in capitib. affectib. commendant. In Java majore, ex nucib. Conservas & confectiones, & tam ex nucib. quam folijs, oleum conficiunt.

Sic aliam in planis, quæ ad nos adfertur, aliam in montanis provenire scribunt, à cuius fructu cum vix maturescat, saltem Macis adimitur.

II. Nux moschata fructu rotundo parvo.

Nux moschata humilis & fructu pusillo in Moluccis, Acostæ.

Nux aromatites infructifera in Moluccis & Zeilan, Garziæ.

III. Nux moschata fructu oblongo.

Nux moschata mascula vel major, Cord. hist.

Nux moschata mas oblongior, Lob.

Nux myristica mas, Clus. exot.

IV. Macis Officinarum.

Macis dicitur cortex alter tenuis rubescens, à Maceris Græcorum similitudine, qui aëri expofitus paulatim flavescir.

Macer,

Macer, officinarum Macis, Còrd. in Diosc.

Macis, veterum Macer seu medius nucis mosch. cortex, Còrd. hist.

Macis, Ad. Garziæ, Acostæ, Frag.

Macer, Tab. qui cum fructu pingit.

Bunapalla & Jaifol incolis, Garziæ, Linsc. Ind.

Oriental. part. 4. cap. 22.

Macis Javanensis Massa & Fœlien, Linscot. Ind. Orient. part. 2. c. 22.

Befhase Arab. Avicennæ cui odoratæ nucis involucrum est.

Nucum myrticarum flos, 4. par. Ind. Or. c. 21.

MACER VETERUM.

M Acer Veterum, cortex est arboris sui nominis, res à Maci recentiorum planè diversa: de quo sic Dioscor. l. 1. c. 110. uxæg, cortex est è Barbaria advehî solitus, subflavus, crassus & gustu per quam astringens: & Plinius lib. 12. c. 8. Macir ex India (Galenum secutus) advehitur, cortex rubeus, radicis magna, nomine arboris sue. Arbor Ulmo multò major in India Orientali, præsertim in Provincia Malabar, Acoſte.

Macer & Macir, Talisafar radicis cortex, Avic. Macer, arbor dysenteriæ, à radicis corticis usu & arbor sancta, Acoſte, Lugd. in ap.

Cortex Xylocasæ facie, Ad. Lob. ico.

Macer veterum, C'uf. exot. l. 4. c. 4.

Macer Græcorum verum, ignotum putat Garz.

Macer veterum, Macir officinarum censem, Cord. in Diosc. & hist.

Macer veterum est alter cortex crassior nucis moschatæ, Cæſalp.

An idem.

Cortex ad alvi proſluvia in novo orbe, Monar. Arbor contra fluxum, Cast.

Cortex ad dysenteriam, Lugd.

Anonymous arbor in novo orbe folijs cordisfigura, Frag.

CASSIA SIVE CANELLA ET CINAMOMUM.

Kassia sive nascia, περὶ τὸ νάσον, quasi noſoθoav, ducē tūs ἐνορχίας τὰς καὶ διῆσες. Kassias Dioscoridi l. 1. c. 12. complura sunt genera, que circa aromatiferam Arabiam gignitur: habet autem sarmentum crassi cortex, folia verd piperis: primum locum habet ylæ rosarum odorem spirans: 2. æx indigenis, mercatoribus Alexandrinis daphnitis, odore vinoſo: 3. μουνάτης βλαστός, mosyleticus germe: reliqua viles habentur, ut que ἀσυρίων, nigra injucunda: & ea quæ μᾶλα ή λάρνα vocatur: est & quadam φερουσια illi similitima, que neq; acris, neq; aromaticæ, & corticem medulla coherentem habet, &c.

Kassias plura genera Dioſt l. 1. c. 13. regionum in quibus nascuntur nominibus designata: excellit quod μουνάρ dicunt, quod similitudinem aliquam habet cum Mosylitide cassia, & que recens colore nigrum ex vinoſo in cinereum vergens, nodosum, colore rutæ, aut cardamomo proximum est, hujus genera quinq; recenset.

Fabulosa varia & incerta, de Cassia & Cinamomo à veteribus Gracis & Latinis, ob longas & difficiles navigationes scripta sunt. Hinc Dios. scribit Cassiam, esse virgultæ crassi corticis, piperis folijs: Cinamomi verd descriptionem prorsus omittit. At Theoph. Cassiam & Cinamomum, magnitudine Viticis, multos ramos lignosos habere. Plin. l. 12. c. 19. Cinamomum dixit fruticem esse duorum cubitorum altitudine amplissimum, palmij minimum: Cassiam fruticem esse trium cubitorum amplitudine. Galenus i. Antid. arcam Romanam delatam è Barbarorum regione tradit, longitudine cubitorum quatuor cum dimidio: & licet Cassiam & Cinamomum diversas arbores esse statuat, scribit tamen Cassiam sepe in Cinamomum transmutari: sic Cinamomi furculos, Cassia prorsus persimiles. Genera Cassia, eadem Galenus que Dioscor. recenset: item Cinamomi sex à Dioscor. etiam declarata. Theophr. 6. hist. 2. & Plinio, Cassia duo duntaxat genera sunt, candidum & nigrum. Recentiores, qui judicio valent, Cinamomum officinarum vulgo Canella dictum, legitimam antiquorum Cassiam dicunt: cuius genera à Dioscor. & Galeno tradita, apud Mercatores qui magnam copiam habent, internosci possunt. Et in compositionibus Græcorum Xylocassiam, id est, Cassiam ligneam sive Cassiam odoratam postulantibus, Canella nostra adhibenda: in Mauritanorum enim Medicamentis, Cassia fistula purgatrix intelligenda.

I. Cinamomum sive Canella Zeilanica. Cassia, Cinam. & Canella orientalis, Monard.

Cinamomum, i.e. lignum odoratum quasi Amomum ex Sina, Canella & Cassia idem sunt, Garz.

Darsini Avicennæ & Arabibus, quod Persis Ligum Sinense sonat.

Canella legitima, Matth. Lugd. Acoſte.

Cassia, Aug. Lob.

Cinamo-

Cinamomum, Lac.

Cinamomum & Cassia unius plantæ cortices,

Guil. the.

Cinamomum & Cassia Græcorum, Ad.

Cinamomum Seylense, Linscotto Ind. Orient.
part. 2. c. 16. & par. 4. c. 19.

Arbor in Zeilan frequens oleæ magnitudine, folijs forma ad Citri folia accendentibus, fructu rotundo exiguis olivis simili. Canella est secundus & interior arboris cortex, in tubulos convolutus, qui singulo triennio adimitur, & ab exteriore cinerea pellicula, qua obductus est, repurgatur: In Canarijs etiam Insulis Cinamomi nulla est penuria, 3. part. Ind. Or. c. 5.

II. Cinamomum sive Canella Malavarica & Javanensis.

Canella ignobilior, Garzia.

Cassia veterum forte, Clus. ex.

Canella in sylvis Malabar, Acostæ.

Cinamomum Malabaricum, Canella de Mato,
seu sylv. cinamomum, Linsc. Ind. Orien. par. 4.
c. 19. & figura 17.

Cinamomum sylv. Canella de mare, 2. par. Ind. Orient. c. 13.

Cortice est enodi cinereo in Malavar & Java: & ut Acosta, fructus oleæ baccis par ossiculum continens, qui fructus sessili parte, parvo calice præditus est.

III. Cinamomum sive Canella Peruana.

Canella in America, quæ calices & glandes Suberis modo fert, quam sui generis arborem, non Canellam esse, Garzias scribit.

Canella Peruana quam Gomara, August. Caratare, Petrus Cieca, & ex his Clus. notis in Garziam proponit.

Canella novi orbis Monardi, cui Cassia, Cinamomum & Cassia lignea, unius arboris cortices sunt, & sola loci varietate, altera alteram præstantiorem facit: itaque Cassiam & Cinamomum solis nominibus differre asserit.

Hujus fructum, qui parvo pileo similis, sua latitudine Taleri Germanici amplitudine æquat, in usu esse scribit.

IV. Cinamomum sive Canella tubis minoribus alba.

Canella alba quorundam, Clus. ex.

Duplex est: altera majoribus, longioribus & crassioribus tubis: altera tubis tenuioribus & minoribus: Idem habet,

Canellam albam è radice: &

Canellam albam ex arbore.

Lignum aromaticum Monardi, Lugdun. Cast. Frag. Clus. ex.

an Ascopo, arbor lauro similis, cuius cortex calidus & acris est, in Insul. Virgin. descript. vel Ind. Occid. par. 1.

V. Cinamomum crassiore cortice.

Xylocassia, Ad. Lobel. qui an Pseudocinamomum Dioscoridis sit, dubitat, Lugd.

VI. Cassia lignea fusca aromatica.

Xylocassia subnigra, Lob. belg. & ico.

an Cassia Syringitis, vel Syringis Cinamomo cognata, Cord. in Diosc.

an Cassiæ genus, quod Galeno referente, junior Andromachus, Cassiam fistulam nominavit, quia inanis & cava & crassi corticis, cuiusmodi in vulgari Cinamomō frequentissimè conspicitur.

VII. Cinamomum seu Cassia crassiore, quæ præter odorem & saporem in officinis occurrit, Pseudocassiam esse non temere quis dixerit.

VIII. Cortex cinereus acri sapore.

Cortex eriophorus, Clus. ex. l. 4. c. 5.

Cinamomum veterum.

Cinamomum veterum, à Cassia sive Canella diversum esse volunt, cuius se tres surculos vidisse Clusius asserit, qui recti, sed non enodes, cortice tenui, subcinerei coloris, jucundi & suavis gustus, acrimonia linguam vellicante: lignum verò inodorum & insipidum.

Galenus primus de Antidot. Cassiam quæ Zizir cognominatur, adeo Cinamomo similem scribit, ut ejus loco divendita fuerit: & pro qualibet Cinamomi parte, duas Cassiæ adhiberi posse.

TAMALAPATRUM SIVE FOLIUM.

Mαλαβαθρον ή φύλλον, Latinis similiter Malabathrum & Folium simpliciter, & Folium Indicum dicitur, Diop. l. 1. c. 11. μαλαβαθρον, inquit, nonnulli Nardi Indicæ folium esse arbitrantur, odoris quadam cognatione decepit: peculiare genus est, quod in paludibus Indicis gignitur: folium, id est, quod lenti palustris modo aquæ innatet, radicem non habens, &c. Et Plin. l. 12. c. 26. dat & Malabathron Syria arborem folio convoluto, arido colore: mox sub jungit: in paludib. Indiae gigni tradunt, lenti modo, oderatius croco, nigricans scabrumq. Fff

quod am

quodam salis gustu: minus probatur candidum. Quibus verbis Plinius diversa Malabathri genera proposuisse videruntur: at Dioscorides unicum. Sed quid velint, non assequimur: nostrum enim non innat at aquis, sed in proceris arbore, procul ab aquis in Cambaya nascitur, secundum Garziam: at Linsc. 4. par. Ind. Or. c. 39. arbor est mediocris magnitudinis, quæ non nisi ad fluminum ripas aut lacus enascitur, in omni quidem India vulgaris, pricipiè tamen in Cambaya: folij odor qui Caryophyllorum, quare aliqui male Caryophyll. folium esse putant.

Cadegi Indi, id est, folium indum, Arabib.

Folium Indi Seplasiariorum, Trag.

Malabathri Mat. (cui & Folium) Lac. Lob. Tab.

Cassia folium, Cord. in Diosc.

Cassia aromaticæ, folium male, nec Cinamomi folium, nec Malabathrum, Cord. hist.

Malabathrum, Folium, & folium barbaricum, res differentes sunt, Ang.

Malabathrum & Folium, medicamenta duo sunt, Guili. the.

Tamalapatra, ex qua voce corrupta Malabathrum, Garz. Clus. Lugd.

Folium nostrate, Malabathrum est, Ad.

Folium I. dicum Acostæ, Cast. Frag.

Folium Indum vocatum, Tembul Avicen. Cæs.

Folium Indum, incolis Tamalapatra.

Figuræ: fructus glandis exiguae effigie adpingitur à Clus. Lobel. & Lugd. quem Fructum Canellæ quorundam, alijs Tembul convolvuli in India nomine à Cortuso, Clusius, uti in notis in Garziam monet, accepit: quia tamen Malabathri nostri fructum esse suspicatur.

Huc referantur

Folia saporem Garyophyllorum referentia, in Insula St. Maria, ad littus Madegascar: part. 3. Ind. Orient. c. 12.

B E T R E S I V E T E M B U L.

Betre Mallaccenium volubilis modo arbores scandens, fructu lacerte caudam emulante.

I. Tembul pro Tambul, Avicennæ.

Betre, Garz. Frag. Lugd. qui in append. figuram Clusij habet.

Betre sive Betle, Aloys. Cadamusto, Clus. ad Gar.

Betella, Lud. Romano, Odoardo Barbosa.

Betel, Cast. Berele, Acost.

Betle vel Betre, Tab.

Betelle sive Betre, Linsc. 4. par. Ind. Orient. c. 16. & figura 14.

Sunt qui Folium Indum putant, ut Barbosa: & Amatus utrumq. confundit, cum Betre folio acutiore & teneriore sit.

Hoc Indi Orientales perpetuò mandunt, apud quos in maritimis regionibns provenit: at in Malaca Vitis modo seritur, & additis pedamentis, Hederæ modo se sustinet.

II. Kaate, ex hujus arboris ligno pastillos concinnatos cù Betelle comedunt: Lins. p. 4. I.O. 16.

C A R Y O P H Y L L U S A R O M A T I C U S.

E Fructus qui Καρυόφυλλον sive ναργιόφυλλον, (i.e. si verbum verboredas, Nucifolium, cum quo tamen similitudinem nullam habet) Latinis Caryophyllum & Caryophyllum dicitur: à Germanis & Gallis, Clavus nominatur, quod clavi modo capitatus sit. Hujus, nec Dioscor. nec Galenus meminisse videntur, licet Serapio Galenum falsò citet, forsitan rectius Aeginetam, vel Sethi nominatur. Apud Pl. t. 12. c. 7. hac leguntur: est etiamnum in India Piperis grano simile, quod vocatur Garyophyllum grandius fragilius q. Verum hunc Plinius, aliqui nō ignorant Theophr. g. hist. esse putant: Comacum, inquit, ex India & Arabia deportatur, ad unguenta idoneum est.

I. Caryophyllum aromaticus fructu oblongo.

Caryophyllum, ipse frutex. Ægin. Sethi.

Cheranfel, Arabibus.

Caryophyllum, Matth. Lac. Ludov. Romano, Max. Italiano Transylvano de Moluc. Tab. qui & Matthioli & Clusij figuram (à Clusio tamen improbatam) exhibet.

Caryophyllum Cord. hist. Ad. Cast. Cæs. qui Carpissum Q. Medici suspicatur.

Caryophyllum sive Caryophyllum, Arabibus &

plerisq. Indis, Calafur, in Maluccis Chanque, Garz.

Chamke in Maluco Insulis, in quibus solis nascuntur, Linsc. 4. par. Ind. Orient. c. 12.

Caryophylla arbor quæ Arabibus Siger: fructus, Carnful, Acostæ.

Caryophylli, Lob. Linscot. I.c.

Caryophylli aromatici, Lugd. cui etiam in append. Caryophyllus Acostæ.

Caryophyllus florens & Caryophylli veri, Ger. cum utraq; Tabern. figura.

Arbor

Arbor est, nostris Malis, aut Pyris non minor, folijs venosis: & ut Linscottus, Lauri similibus, (mea verò ad Pyri folia accedunt) non ita angustis & oblongis, ut Lobelius, Tabernmontanus, Gerardus ex Clusij editione prima pinxere, & Lugd. suæ figuræ, ex Matthiolo de sumptæ, folium adposuit: sic fructus non sparsim ramis inhæret, ut Acosta, & ex eo Lugd. in append. pinxere, sed extrema parte bacillis oblongis incident, ut Clusius in notis postremis ad Garziam, Acostam, & exot. lib. i. pinxit: qui demum in Auctario ad exot. lib. Caryophyllo rum ramulum cum fructus rudimento, florem nondum expletum sustinente, & eo qui pri mum formari incipit, exhibit. In Maluccis ut etiam Makian & Tidore fructifera: in Zeilan, infruitifera gignitur: & in Ambona insula summa diligentia nunc colitur, ut ad curas posteriores Clusij plenius habetur. Hos rectè siccatis subflavescere, & ut nigriores evadant infumari, & ex recentibus aquam destillatione elici, & cum Saccharo Electuarium confici, Linscottus l.c. scribit. Fructus qui in arbore remanentes crassiores sunt, & quos Javanenses magis expetunt, dicuntur Caryophylli mares, Avicennæ.

Caryophylli maturi seu majores, Cord. hist.

Antophylli, Lob. Lon. Tab. Ger. Linscot.

Antophylli apud Nicolaum, Cæf.

Sic fructus qui ab arbore decutiuntur & maximè expetuntur, aliqui

Flores Caryophyllorum vocant, cùm fructus rudimentum sint:

Caryophyllus immaturus aut minor, Cord. histor. Ita pediculi oblongi, à quibus flores dependent, festucæ Cordo, alijs Fusti, Lusitanis Bastan, dicuntur.

II. Caryophyllus albus spurius.

Clusius in auctario ad lib. exotic. Solani Belladonnæ, aut ei congeneris flores suspicatur: hoc Caryophylli quoque nomine à J. Pona Veronâ accepimus.

III. Caryophylli odore fructus exoticus.

Fructus caryophyllum olens avellanæ magnitudine, Garziæ, Fragoso.

Fructus avellanæ nucis magnitudine, cujus folia Garyophyllos odore referunt, in Baya: par. 3. Ind. or. 15.

IV. Caryophyllus aromaticus fructu rotundo.

Garyophyllum, Plinij.

Amomum quorundam, Clus. exot. l. i. c. 17.

V. Fructus fuscus formâ caryophylli aromatici majoris.

Fructus 7. ex navigat. Batavor. Clus. ex. l. 2. c. 15.

P I P E R.

Piper, πέπερι Gracis, Arabibus Fulfel & Fulful dicitur. Dioscoridi lib. 2. cap. 182. arbor brevis, quæ fructum oblongum instar siliqua profert, &c. & Plinio lib. 12. cap. 7. Piperis arbores Juniperis nostris similes sunt, & semina à Junipero distant parvis siliquis.

E Nigritarum regione delata, pulpa fungo-
sa, nonnullis granis ut in fuculneis permixtis.

III. Coru folijs mali aureæ, flore luteo, Aco-
stæ: at Garzias & Fragosus, & Castor. folia ma-
li persicæ, flores candidos tribant, uterque
radicis cortices ad ventris profluvia commen-
dat: Lusitanis Herba Malauarna, Castori.

IV. Carcapuli, Acoftæ, Lugd. append. Cast.
fructu malo aureo æmulo.

Carcapuli, Linsc. 4. part. Ind. orient. cui fructus
cerasi magnitudine: & fig. 17. iconem exhibit.

V. Guyabo pomifera Indica.

Guyabo arbor, at fructus Guyaba dicitur O-

viedo.

Guajava, Scalig. Lugd. Clus. hist. app. t.

Guayavas, Monardi, Lugd. app. Frag.

Guayavos, Gomare, & part. 4. Ind. occid. c. 28.

Alia sativa, alia sylvestris: sic alia pomis lon-

giusculis aut rotundis, luteis aut viridibus:

pulpa alijs rubra alijs candida.

Malus Adami.

Adami pomum vulgo dicitur, quia cortex
rimis quibusdam exasperatur, ac si dentibus
demorsus esset, quare pomum, quod Adamus in
Paradiso degustavit, esse existimant.

Pomum Adami, Matth. Cord. in Diosc. Bellon.
(qui à Citrijs sive Poncires distinguit) Rauvv.
Cast. Lugd.

Citrius altera, Cord. hist.

Malus Assyria, Dod. Tab.

Pomum Assyrium, Ad. Lob.

Poma Adami quæ Gallis Poncires, Clus. hist.

A Limonibus natura & viribus non multum
differt, folijs Limonij, floribus Citrij fructu A-
rantij, sed duplo triplóve majore.

M A L U S P U N I C A.

Malus punica, Græcis pœtæ, Dioscoridi l. i. c. 151. & Theoph. pœtæ, quo nomine & fructus denatur. Hippo-
crates l. de nat. mulieb. oïdas appellat. Plinio l. 13. c. 19. Africa circa Carthaginem punicam malum
cognominé fibi vendicat, aliqui Granatum appellant. Communiter malum granatum, ab interiorum grano-
rum multitudine: alijs à Granata Hispania regione, quod in ea copiose proveniat. Hanc Theoph. l. hist. 3. sic
descripsit: radicem habet brevem & per summa terra adhærentem: 1. hist. 5. caudices multis: 1. hist. 8. sed
contortiores & breves: 1. hist. 14. verum in ramos spargitur & molem superiorem, grandiorēq; gestat: 1.
hist. 6. folia angusta sunt: 1. hist. 17. fructus ex humore & cute constat: 1. hist. 18. & acinos habet: 1. hist. 22.
verum super fructum ipsum florem insidentem emittit: 1. hist. 23. & ex annotinis fructus gignit: &c.

Genera: Dioscorides dulcia, acida & vinoſa recenset: & Theoph. l. hist. 19. succus acidus est: & 2. hist. 3.
& 4 in Aegypto acidam in dulcem quodammodo, aut vinolentam converti: in Cilicia omnes sine nucleo sur-
gunt neglecta vero in sylvestrem transit: 1. caus. 15. nonnunquam etiam fructum secundum ostendit: 5. caus. 16.
O puniceæ dulces magis putrefuscunt quam acida. &c. Plinius l. c. divisiſt in genera, Apyrinon vocando, cui ligno-
ſus nucleus adeſt: ſed candidior ei natura & blandiores ſunt acini, minusq; amaris diſtincti membranis: alia
ſtructura eorum, ut in favis. Communium & nucleos habentium quinque species, dulcia, acria, miſta, acida,
vinoſa. Samia & Aegyptia diſtinguuntur erythrococcis & leucococcis: vide & l. 23. c. 6. Verum cum plures
partes hujus in uſum medicum veniant, nominibus diſtinctæ, de his paucis.

Flores sativa & punica, uero dicuntur Diosc. l. i. c. 152. & Gal. 6. ſimpl. at Gal. 6. πατά τόπος, Cytinus fructus
rudimentum est, quod deciduo flore primum appetit & formatur: quæ Celsus, mali punici capitula vocat: &
Plinio l. 23 c. 6. primus pomi hujus partus florere incipientis, Cytinus vocatur Græcis: & in hoc ipſo Cytino floſculi
ſunt. antequam ſcilicet malum ipsum prodeat, erumpentes, quos Balaufia vocari diximus. Verum Balaufia
ſylvestris punica flos est Dioscoridi l. i. c. 154. cuius complura ſint genera, candidum, rutilum & colore rosaceo:
& ex Cytino ac Balaufijs, velut ex Hypocistide ſuccus ad eadem efficax elicetur. At officinæ eſtr. diſtinctionem
Balaufia nominant, quibus Cytinorum appellatio de sativis ignota eſt.

Mali punici putamen, quod tanquam corium ſit, cortice durius, nucis involucro tenerius, Malicorium
vocant, quod Græcis, nunc ſidelior Diosc. lib. i. cap. 153. monente, nunc τὸ τῆς φοῖς δέμα ἡ κατὰ τὴς λέγεται dicitur.

Marcellus medicus, caliculos punici vocat. Plinio l.c. vulgus ex punicis acerbis coria perficere novit, ob id Malicorium appellant Medici: Officinis, Psidion.

I. *Malus punica sativa.*

Malus punica, Trag. Matth. Dod. ut: Cord. hist.

Ges hor. Tur. Lon. Lugd. Cam. fl. simplici, Eyst.

Mala punica seu granata, Cord. in Dios. Bellon.

Malum punicum, Adv. Lac. Lob. Cast.

Malus granata, Rauvvolff. Tab.

Punica quæ malum granatum fert, Cæf.

Poma sive malus punica, Ind. occid. par. 8.

Differunt potissimum in succo, alijs acidus, alijs dulcis, alijs mixtus, medio quasi sapore, quem vinosum vocant: & quæ medijs saporis, Arabes Muza, voce μέσον corrupta, appellant. Mala punica majora in regno Congiano habentur.

II. *Malus punica sylvestris.*

Punica sylvestris, Cord. hist. Rauvvolff.

Pomum granatum sylv. cujus flores Balaustia, Anguil.

Sativæ per omnia similis, sed spinis horri-

dior in Syria circa Alepum, Africa & Hispania regno Granatæ.

III. *Balaustia flore pleno majore.*

Malus granata sylv. flore pleno, Rauvvolff.

Balaustium, Lob. belg. Tab. Eyst.

Balaustium orientale, Cast.

Punica flore adeo multiplici folio, ut Rosæ videantur centifoliae, colore saturato.

IV. *Balaustia flore pleno minore.*

Balaustium flore minore Romanum, Eyst.

Folijs atrovirentibus, calice crassiore, flore minore, tristiore, saturata purpura punicante & priore difert.

V. *Malus punica fructu maximo, granis aureis.*

Malus aurea, Dod. qui Palam Arienam Plinius suspicatur, quæ tamen potius Musa est, quæ nullo est intus nucleo vel semine. Illa vero grana Mali punici majora obtinet. Quid sit ignoro.

P Y R U S.

Pyrus, Græcis ἄνης, & de arbore & de fructu, sed propriè de sativa dicitur: nam ἄνης pyrus agrestis est (Pyrastrum Gaza reddit) Diosc. l.i. c.167. & 168. & Theoph. pluribus locis: qua tamen differentia non semper observatur. Αἴνη autem dicitur Eustachio, quasi non habens πιότυτα pinguedinem: alijs ab Apia regione deducunt, quod ex ea primum hac arbor allata fuerit. Sic Pyra multis à fructus figura, quod ad pyramidis similitudinem à lato in acutum spectet, & in mucronem turbinetur: & quemadmodum Mala, brevi pediculo annectuntur: sic Pyra longo pediculo pendent. Est autem Pyrus Theoph. i. hist. 5. natura fructiflora: i. hist. 16. folijs orbiculatis: i. hist. 21. floribus foliatis: i. hist. 18. seminibus congeſtis, quæ aliquo putamine & tunica continentur: i. cauf. 23. quæ omnia ferè pulpis plenioribus includuntur, quo plus temporis perdurare valeant, &c.

Genera pyrorum multa sunt, Diosc. l.i. c.177. addit Theoph. 4 h. 6. majorem in modum, bonaq; frugis, præterquam si quæ serotinae. Plinio l. & c.15. sunt Superba, parva sed ocyssima: cunctis autem Crustumina gratissima: proxima ijs Falerna à potu, quoniam tant a vis succi abundant: lactea, à candore vocantur: alia colore nigro donavit Syria: reliquarū nomina aliter in alijs atq; alijs locis appellantur. Sed confessus urbis vocabulis autores suos nobilitavere Decimana: Dolabelliana longissimi pediculi: Pompejana cognomine mammosa: Liceriana: Severiana & quæ ex his nata sunt Tyranniana, longitudine pediculi distantia, Favoniana rubra, paulo superbis majora: Lateriana, Anitiana post Autunalia acidulo sapore jucundæ. Tiberiana, quæ maximè Tiberio principi placuere. Patrie nomina habent serenissima omnium Amerina, Picentina, Numantina, Alexandrina, Numidianæ, Græca & Achrade spinosa arbore: & in ijs Tarentina, Siguina, quæ alijs à colore Testacea appellant: sicut Onychina à colore gemma onychis, purpura. Ab odore Myrapia, Laurea, Nardina: à tempore Hordearia, quæ cū hordeo maturescunt: à collo Ampullacea & Coriolana &c. Multo plura sunt hodie, imo infinita in tota Europa. Pyrorum genera, quæ magnitudine, figura, oblonga, rotunda, orbiculata: odore: sapore, dulcia & succulenta, acida: sic alia sicca, alia pinguis: colore, & tempore quo maturescunt, alia tempestiva, alia serè matura, alia subito percutunt, alia servari possunt, differunt: & a primis inventoriis, regionibus, alijsq; notis nomina invenere, quæ significati explicari nō possunt, cū qualibet regio sua habeat, & qualibet urbs peculiaria nomina ijs tribuat. Apud Geritanos enim quanplurima differentia occurunt, ut videre est apud Tragū. Sic V al. Cordus quinquaginta, J. Baubinus l. de balneo Bollensi, supra quadranginta. Tabernamont. septendecim differentias proposuit. Noſtri in primis magnificiunt ea quæ ab odore & sapore Moschatellina, quæ Superba Plinij videntur: dein quæ à forma ovi Ovata dicuntur: tum quæ Speckbiren/ id est, Lardina nominantur: tandem Regelsbiren/ sive Regalia (Regia & Regulana, Ges.) ex quorum succo Electuarium suavisimum paratur. Sic Galli sua habent, in primis Bonchristiana cognominata Carol. Stephano & Lug. ut videre est apud Car. Stephanum, Ruellium, & in historia Lugdunensi. Itali sua, de quibus Matthiolus & Cæsalpinus.

I. Pyrus

I. Pyrus sativa.

Pyrus, Brunf. Dod. ut: Cord. hist. Ges. hor. Lon.

Cæf. Lugd.

Pyrum, Turn.

Pyra, Mat. Ang. Cord. in Dioſ. Lac. Ad. Lob. Cast.

II. Pyrophylla, ad imitation. Pliniſ. l. 15. c. 14.

Malorum genera recensens, Melofolia nomi-

nat quibus folium unum aliquando geminum

erumpit è latere medio.

Pyra è quorum medio corpore folium exoritur,

Dalech. in Plinium, Cam.

III. Pyra, quæ comesta ventrem subducunt,

Camerar.

IV. Pyrus sylvestris.

Aχράς ή ὄχυν dicitur: ὄχυν quidem à verbo ἀχνεύω

strangulare, quod acerbitate sua prope modum

strangulet: attamen inter αχράς ή ὄχυν sunt qui

differentiam faciunt: Achradem pyri speciem

quandam facientes ex Dioscoride (ut Cæſalp.

& Lugd.) quæ spinis quidem agrestis modo,

horrida sit, sed fructu pulcherrimo & optimo:

ὄχυν verò, spinis armata, omnino sylv. fructu

pusillo, nec eduli, aliquando mediocris altitu-

dinis, sæpius humilis arbuscula. Quamvis αχράς

Aristoteli 8. hist. 6. de pyro sylv. & ὄχυν, Home-

ro etiam de pyro hortensi dicatur. Deducitur

autem αχράς, ab α privativo & ράς, id est, usu:

et quod ejus fructus usus nondum esse cœperit

inter alimenta humani corporis, nisi forte ex-

trema fame urgente.

Pyraſter Gazæ, αχράς, Theophr. 1. hist. 3.

Pyra sylvestris, Ang.

Pyra sylvestris major, Tab.

Pyra sylv. & pyra sylv. minima, Tab. Ger.

V. Pyra sylv. Cretica.

Pyra exigua à Cretenſibus Achlades nominata,
à nostris diversa: apud quos aliaſ pyra sylv. A-
gasuga appellantur, Bellonio.

Pyro similes exoticæ.

I. Pyro ſimilis ex Guinea.

Lata, fructus exoticus Cluf. ex. l. 2. c. 22.

II. Pyro ſimilis fructus in nova Hispania
nucleo magno.

Palto arbor cujus fructus bene maturus pyrum
majusculum refert, qui maturus butyrum emu-
latur, in Insula S. Dominici: at in Peru grandio-
res sunt, cute duriſcula: in Mexico miñores cu-
te teneriore, par. 9. Ind. Occid. l. 4. c. 24.

Melocotones ſeu Pyra Indica ſunt Mameyen,
Guayanen, & Platen, Idem.

III. Pyro ſimilis fructus alter in nova Hisp.
Annona ſive Guanavano pyri magnitudine,
pulpa butyri modo, cui grana plurima nigri-
cantia includuntur: Joseph. Acosta l. 4. c. 25.
Mangier blanco eſt Annona ſive Guanavana,
p. 9. Ind. Occid. l. 4. c. 25.

IV. Pyro ſimilis fructus in Virginea.
Metaguesfunaux, fructus pyriforma & magni-
tudine, impensè foris & intus rubens: part. I.
Ind. Occid.

V. Fructus in Insula S. Mariæ, pyra majora
referens, intus mucculentum: part. 3. Ind. Or. 10.

M A L U S P E R S I G A.

Malus Persica: Græcis περσικὴ μηλέα: & Persicus, Palladio: & fructus Persicum malum, περσικὸν μῆλον,
Dioſc. l. 1. c. 164. At Theophr. 2. hist. 3. πέρσιον (Persicum Gaſa reddit) Aegypti ſterileſcit: 3. hist. 5. ſed ali-
quando ibi & locis proximiſ ſuſtificat: quanquā in Rhodo uſq; florem duntaxat deuenit: ſed diſtinguere oportet à Perſea, quemadmodum ex Theophr. 4. b. 2. colligere eſt: & Plin. l. 15. c. 13. apertissime diſtinguit: falſum eſt
(quod Nicander & Sofratus prodiſere) venenatam cum cruciatu in Perſis gigni: id enim de Perſea diligenter
reſtridunt, quæ in totum alba eſt, myxis rubentibus ſimiliſ, nec extra orientem naſci volunt, & c. ſemper autem
folia habet & poma ſabina centibus alijs. Et Rauvoffius commemorat, Persas etiam hodierna die Perſeam à
Perſico arboře diſtinguere, quamvis etiam à Perſicoruſ eſu abſtineant, Nimrodi beneficio infecta & noxia eſſe
da opinantes. Plin. l. 15. c. 13. in totum quidem Perſica peregrina etiam Asie Graciaq; eſſe ex nomine ipſo appetet,
atq; ex Perſide adveſta: & mox: Perſica arbořes ferò & cum diſcultate tranſeunt, ut quæ in Rhodo nihil ferant,
quod primum ab Aegypto earum fuerit hoſpitium: & l. 16. c. 28. Perſica arbořes in Rhodo florent tantum.

Genera: Plinio l. 13. c. 12. perſicoruſ palmæ duraciſis: nationum habent cognomen, Gallica & Afatīca.
At perſicoruſ diſſerentia plures ſunt, quæ magnitudine (ſiquidem alia majora, alia minoria ſint) figura. que-
dam orbicularia, rimula quadam à latere, quædam in rotunditate oblonga, Cariota cognominata: colore: ſapo-
re, dulcia, acida, vinoſa, auſtera, amariſcula: maturationis tempore & ratione oſis diſferunt. Sunt enim alia
præcoccia, alia ſerotina: præcoccia, alia ſapori mali Armeniaci, alia admodum dulci & ſuavi, Serotina alia ma-
jora, etiam pugni magnitudine, ut ungaria: alia minora: majora vel alba, vel flava, vel modico rubore
aſperſa

aspersa sunt, qua Sole spectant, & intus in oīs contactu, vel buxeā, & quidem pulpa candida, lutea rubea. Sic minorā, vel rubra sunt, vel flava. Ratione oīs: sic in alijs integer & facile à carne recedit: in alijs à carne separari nequit, & quidem in aliquibus nucleus disruptu, in quibusdam per medium divisus reperitur. Persica Persians Hel dici, Rauvvolffius monet.

I. Persica molli carna & vulgaris, vitidis & al- Persica cydoniaria, Tab.
Persicus, Brunf. (ba. Persica lutea, Ger.

Persica arbor & ejus primum genus, Trag.

Persica, Fuch. Ang. Lac.

Persica malus, Ges. hor. Ad. Lob. Lug. Tab. quæ alba, & Ger.

Malus Persica, Dod. ut: Turn.

Persica viridia & alba, Matth. Cast.

Persicus alba & popularis, Lon.

Persicæ primum genus, Cæl. & vulgare, Lugd.

II. Persica succo quasi sanguineo.

Persicæ tertium genus, Trag.

Persica sanguineo succo madentia, Matth.

Persica Ungarica sanguineo succo, Ges. hort.

Persica in totum saturato colore rubentes, Dod.

Persica Carota, Cast.

Persica rubra, Lon. Tab. seu sanguinea, Cam. ep.

Persica præcoccia, Ger. ico.

Hæ duæ species lanatæ sunt, carnem succosam & flaccidam habent, quæ communiter à nucleo tota recedit: & alia sunt magna, alia parva: quædam prorsus viridia, quædam alba: quædā maculis rubris picta: alia carne alba flavescente: alia rubra, ut sanguinolenta videatur: & hæc nucleo est alias foris rubente, alias nigro.

III. Persica dura, carne candida, aliquando ex albo subrubente.

Rhodacina, Ægin. Aëtio.

Persica duracina, Matth. Ang. Bellon. Ges. hort.

Lon. Cast. Cæs.

Persicorum tertium genus sive duracina, Lugd.

Duracina alba, Tab.

Duracina ob carnem duriorem sic nominata, que Rhodacina dicta, aut ob odoris suavitatem, aut quod plerunq; rubro colore alterna sui parte niteant: aliquando pugni magnitudine, & fructu angulo, circa os rubente, quod aliquando per medium divisum, aliquando in partes disruptum reperiur, & à nostris Persica moschata dicuntur: Horum ut sequentium caro dura & nucleo tenacissimè adhæret: quæ aliquando etiam intus saturatè rubet.

IV. Persica dura carne buxea.

Persica cotonea, Matth. Cast. Lugd.

Persica Ungarica colore aureo, Ges. hor.

Persica buxea à Cotoneis denominata, Cæs.

Persica cydoniaria, Tab.
(ba. Persica lutea, Ger.

V. Persica æstiva Armeniacis similia, sive Persica S. Johannis.

Persicæ quartum genus, Trag.

Persica pumila, Cam.

Persica præcoccia, Tab. Persica rubra, Ger.

an Persica minima, Cord. hist.

Saporem pene similem cum Armeniacis habent, sed ex eo genere non esse, nucleus scabert & striatus ostendit, &c.

VI. Nucipersica, quod nucum juglandium faciem repræsentet,

Nucipersica, Matth. Lugd. Cast.

Persica nux, quæ Antipersica Averrois, Ang.

Persica præcoccia, nucipersica, Cæs.

Hæc etiam nulla lanugine pubescunt, & colore & sapore Persica cotonea referunt.

VII. Persica Amygdaloides.

Persica amygdala, Matth. Lugd. Cast.

Amygdalus persico insitus, Ges. hor.

Amygdalopersicus, Cam.

Pulpa Persicum, nucleus Amygd. dulcem sapit.
Persica similes exoticæ.

I. Persicæ affinis in Taprobana.

Arbor Gehuph Indis Cobban, Thev. Lugd.

Fructu est rotundo, in quo nux Avellanæ par, nucleo amaro: gummi ex arbore utiliss. manat.

II. Persicæ similis putamine villoso.

Mangas, Garz. Cast. Frag. Acostæ, Linsc. par. 4.

Ind. Orien. c. 7. fig. 14. item 5. & 8. par. Ind. Orien.

Rauvvolf. Manga, Scalig.

Manges, par. 7. Ind. Orient.

Exoticus fructus 4. Mangas, Clus. ex. I. 2. c. 16.

an Mangenas fructus: par. 5. Ind. Orient.

Fructus verò Ambo & Amba vocatur.

Genera ejus plura, aliquando ab una arbore colore diverso prodeunt, subvirides, flavi, ex viridi rubentes: sine nucleo ejus generis repe- riri Acosta scribit: biferæ mœminit Garzias.

III. Mangus aliud genus.

Mangas Recheadas sive Mangas in Achar, Lin- scot. 4. par. Ind. Orient. 7.

IV. Mangas fructu venenato.

Mangas fylv. aliud genus, Acoftæ, Lugd.

Mangas bravos, Palud. in Linsc.

V. Persici

V. Persici ossiculo fructus Malacensis.

Jambos, Garz. Frag. Acostæ, Lugd. Linsc. par. 4.
Ind. Or. c. 9. fig. 13.

Jambeir arbor, fructus Jambos, Lusitanis; Jam-
bali, Malabarenibus, Acostæ.

Jambos, Arabibus: Tupha, Indis: Persis, Tu-
phat: Turris, Almat, Palud. in Linsc.

Duū generum: unus obscurè rubet; alter
ex candido rubescit, ossiculo ut in Persico, Gar-
ziæ: at Paludano, alterius fructus completere ru-
bet & nucleo caret: alter levius purpurascit, &
rosam spirat.

VI. Goan arbor & fructus, ex cuius cineri-

bus Tuthia Alexandrina conficitur, Ga- rziæ.

VII. Guajanos in Hispania nova, fructus
granis duris, minora poma æquantib us, præ-
gnans: ac in Peru hujus arboris facies diversa,
par. 9. Ind. Occid. c. 24.

Persicorum genera omnia in nova Hispania &
Peru, ut Melocotones, Albercokia & si miles: ex-
ceptis Ducasnos, qui è Persicorum genere sunt,
par. 9. Ind. Occid. c. 31. Sic in Angra persica copio-
sissima esse, scribit Linsc. par. 3. Ind. Or. c. 6.

VIII. Matos ex classe Guayanoru m & par-
vi albidentes Guaynavilli, naturæ fri gidiuscu-
læ: Joseph. Acosta l. 4. c. 24.

P E R S I C A.

Arbor *Persea nigra* Gracis, quæ à Persica diversa est, licet Theophrastus utramq; nigrae nominet: at
Gaza loco priori Persicam, altero Perseam transstulit. Dioscoridi l. 1. c. 187. nigra arbor est in Aegypto
fructum ferens cibo idoneum, quem aliqui prodiderunt in Perside exitiosum esse, translatam verò in Agyptum
naturâ mutata edulem fieri. Et Theophr. 4. hist. 2. est in Aegypto alia arbor *Persea* vocata, aspectu magna &
pulchra, sed maximè similis pyro, & folijs, & floribus, & ramis, sed folio perpetuo, &c. fructus pyri magnitu-
dine, figura oblongus, Amygdali specie, colore herbidus, intus nucem habet quemadmodum prunum, sed multo
minorem & molliorem, carnem valde dulcem, &c. Galenus 2. nat. & rem. fructus est pyri aut malii magnitu-
dine, noxia in Perside, vesca in Aegypto.

Persea, Matth. Lonic. Rauvvol. cui Sepha

phoræ ad pingit, quod Clus. in hist. non probat.

Persianis.

Persea Plinij, Cæs. qui dubitat an *Anacardium*
ejus fructus sit.

Persea America Matthioli, Lugd.

Hujus folia à Doct. Jo. Anatolio Privæo, in-
signi apud Vesuntinos Medico & Botanico, una

an eadem cum *Persea* Plinij & Plutarchi?

cum quibusdam bulbis anno 1622. acceperimus.

Persea, Clusij, Lug. hic fructum Cucio-

A M Y G D A L U S.

Amygdalus, Gracis αμυγδαλέα, & per contractionem αμυγδαλά vocatur: fructus αμυγδαλής αμυγδαλον:
Latinis amygdala & amygdalum. Amygdalam ideo Gracis nominari Herodianus ait, παρὰ τὸν τῷ
νεῖστρο χλωρὸν ὀπαρεῖ αὐγχάστην πολλὰς, quod post viride putamen, nucleos scarificatos ostendat & in rimulas
dehiscat, quas τὰς αὐγχάστας vocant, Athenæo lib. 2. teste. Antiqui, nucibus (ob osseum corticem) adnumerant,
quas Cato Nuces Gracis vocavit, & Plinius l. 15. c. 22. tertio loco recensuit. Amygdalus Theophr. 7. hist. 12. inter
arbores potissimum, vel sola ante folia flores emitit, vel una cum folijs: 1. hist. 21. flores foliati sunt: 1. hist. 23. &
fructum ex surculis annotinis habet: 1. hist. 18. & ei semen protinus post tegmen ambiens subest: sed non nudum,
verum ligno obductum. Idem ostendit, quomodo diminutione ex amaris dulces efficiantur: 2. hist. 8. 1. cauf. 21.
3. cauf. 23. 5. cauf. 24. & Plinius l. 17. c. 17. sic etiam neglecta, ex dulci amara redditur, 2. cauf. 20. Et Plinio l. 16.
c. 25. floret prima omnium amygdala, mense Januario: Martio verò pomum maturat. Sunt autem duplices,
dules & amara, ut ex Dioscor. l. 1. c. 176. Theophr. & Plinio locis citatis colligitur: ha salubiores, illa suaviores
creduntur. Naxia amygdala, à Naxo Insula veteribus Gracis maximè commendabatur: secundas partes Cy-
pria sibi vendicabat, quæ præter ceterorum morem repando cacumine prodit.

I. Amygdalus sativa. Rauvvol.

Amygdalus, Brunf. Trag. Dod. ut: Cord. in Diosf.
(cui & Nux Græca) Gesn. hort. Lon. Ad. Lugd.
Cam. Tab.

Sunt majores & minores: laudatur majores,
quæ lanagine parent, idcirco Pruno inferuntur.
Amygdalas minores, tamen amaras quam dulces,
& quidem alijs triplo minores, adhuc putamini-
bus suis inclusas, ex Asia afferri, testatur Cord.

Amygdala, Matth. Ang. Tur. Lac. Bellon. Lob.
Cæs. Cast. Eystet.

in sua historia. Sic Gesner. meminit Amygdali Cacao appellant, quæ Palmarum naturam obnubes rotundas ferentis. Nunc dulces habemus tinet, Guiland. pap. duplices, vel duro, vel molliore putamine.

II. Amygdalus sylvestris.

Amygdalus syl. in sepib. Tripolitanis, Rauvv.

III. Amygdalus Peruana.

Fructus exoticus Hispalensis 2. Clus. ex. l.2.c.18.

IV. Amygdalæ Guyanenses, Clus. ex. l.2.c.6.

V. Amygdalo similis fructus Peruanus fuscus vel spadiceus, linea candida.

Fructus peregrinus 9. sive Pepitas del Peru, id est, acini Peruiani, Clus. ex. l.2.c.30.

Fructus peregrinus 9. in tab. 3. Lugd. Tab. Ger.

VI. Amygdalis similis Guatimalensis.

Avellana Mexiocana, cuius fructum indigenæ

Cacavate Benzoni, Lug. In. oc. p.5. vel l.2.c.16.17.
Cacao, Jos. Acoste, vel Ind. Occid. par. 9. l.4.c.22.
Clus. ex. Lugd. Tab.

Fruetus siliquis inclusus Amygdalarum speciem refert, cuius integræ naves plenæ ex Guatimala afferuntur: cum hac in nova Hispania mercatores negotiantur, cum iphis monetæ usum præbeat & eleemosynæ loco pauperibus distribuant: quare per universam Americam multi usus: imò ex eo potum conficiunt quem quem Chocolate nuncupant: Benzoni, Lugd.

VII. Amzgdalis similis cortice spinoso. Amygdalæ ex Andes: par. 4. Ind. Occ. l.4.c.26.

M A L U S A R M E N I A C A.

Malus Armeniaca, undea cyprianæ, & fructus mala cypriana. Dioscor. l.1.c.156. Persicæ subjangit: minoræ quæ cyprianae, Romanis pœcunioria dicuntur: Latinis præcoccia, quod ante alios fugaces fructus maturescant: nominantur & Præcoqua: Galenus inter Persica reposuit, ut & Pl. E. 15. c. 12. inquiens: post autumnum (scil. Persica) maturescant, aestate præcoccia, intra triginta annos reporta, & primo denarijs singula venundata. Supernatica è Sabinis veniunt: popularia undiq.: pomum innocuum expetitur agris. His verbis Plin. duo Præcocium genera indicare, Dalechamp. voluit: alterum Supernas, amplum & magnum, quod è Sabinorum locis adrebebatur, vulgo Armenianum majus: alterum vulgare, parvum & strigosum, etiam Armenianum dictum.

I. Mala Armeniaca majora.

Armeniaca, Ang. malus, Matth. Lac. Bellonio ab Armenijs dicta.

Armeniaca majora, Cam. Tab. Eyst.

Armeniaca major Baracoeca vulgo, Cæf.

Malus Armeniaca major, Matth. ep. Ad. Lugd.

Mala Armeniaca maxima, Ges. hor.

Hæc mole corporis & suavitate præcellunt, & sapore differunt à minoribus, quæ sapore anteriori sunt, quæ sine cultura & infistione exigua sunt.

II. Mala Armeniaca majora, nucleo dulci.

Malus Armeniaca candicans nucleo oblongo

dulci ut in Amygdalis, Gesnero.

III. Malus Armeniaca minor.

Præcoccia, Brunf. Ang.

Persica minora, Brunf.

Pericus præcox vel Armenia, Ges. ap.

Persici quartum genus, Lon.

Armeniaca minora, Matth. Cam. Tab.

Malus Armeniaca, Dod. ut: Tur. Cord. in Di scor. Lob.

Malum Armenianum vel præcoquum commune, Gesn. hort.

Malus Armeniaca minor, Ad. Lug.

Armeniaca, Cæsalp.

P R U N U S.

Prunus nonnunda Dioſc. l.1.6.174. nota arbor est, cuius fructus esculentus est. Fructus nonnunda pruna dicuntur. Theoph. 3. h. 16. folia similia habet Arbuto & Andracche, arbor parva: 1. h. 18. semen habet carne & nucleus interjacente: 1. h. 29. succum dilutum: 1. h. 22. super fructum ipsum florem insidentem emittit: 3. h. 7. radice numerosa. At 4. h. 3. est & alia quadam arbor nonnunda magna, fructum ferens similem mespilo, majorem, nucleus habens rotundum, &c. Eadem 9. h. 1. pœvus (pruno Gaza) humor in lacryma modo gignitur.

Genera: Dioscorides Syriacorum, & eorum quæ Damasci nascuntur, meminit. At Plinio l.15. c. 13. Prunorum ingen turbæ versicolor, nigra, candicans: hordeacea appellata: alia eodem colore majora asinina cognominata: sunt & nigra, ac laudatoria cerina atq; purpurea: nec non Armeniaca, &c. sic nucibus insita, abiutroq; nucipruna appellata, &c. nuper in Boticæ malina appellari cooperunt, malis insita, & alia amygdalina, amygdalis: his intus in ligno nucleus amygdalæ est: in peregrinis arboribus dicta sunt Damascena, &c. & pruna omnia post Catonem cœpisse manifestum est.

Recentioribus, pro diversitate regionum plures sunt differentiae, & quidem inexplicabiles, vario cultu & studio inferendi (cum & nuci, & malo, & amygdalo inferantur, quæ faciem parentis, succum adoptionis, ut Plinius dicit, exhibet) inventæ: nam variant magnitudine, figura, colore, sapore: magnitudine, sunt magna, media, parva. Figura, longa, rotunda, acuminata. Colore, alba, viridia, lutea, cerea coloris, rubra, ex punice rubentia, castanea rami coloris, cærulea, ex cæruleo nigricantia. Sapore acida, dulcia, medij saporis, austeriora: sic caro in quibusdam siccior, facile ab osse separabilis, alijs humidior & pertinacius adhaerens. Ita alia alvum solvunt, que dulcid: alia eam cohibent, que austera & acerba. Sunt carne Pruni & cute subviridi Pruni, sed nucleo Persici que Prunopersica, Adv.

I. *Pranus*, Brunf. Trag. Matth. Dod. ut: Tur. Lon. Cast. Lugd.

Prunus sativa, Fuch. domestica, Lob. Ger.

II. *Pruna magna dulcia atrocærulea*.

Brabyla, Theocrito.

Pruna Damascena, Trag. Matthiol. Dodon. gal. Cord. in Diosc. Lugd. Ger. desc.

Palma datur Damascenis, quæ ex Syria Vene-
tias sicca adferuntur, quæ nucleo sunt longo &
plano potius quam rotundo, Bellonio monen-
te: secunda quæ ex Pannonia (Ungarica quæ
etiam Damascena, Cord. in Diosc.) & Transyl-
vania adferuntur, ex Matthiolo Lugd. at Do-
donæus ex Thoma Jordano, Moravica magis
ad alvum leniendam commendat. *Pruna Un-
garica* & *Moravica*, Cam. quæ
Pruna Brunensis, Clus. hist.

Pruna Ungarica duplicita, majora & oblongo-
ra, alia minora, rotundiora & dulciora, Matth.
Gesn. hort. Lugd.

III. *Pruna parva dulcia atrocærulea*: hæc
nucleum parvum, non multo Ceraso majorem
habent, & à nostris Damascenula vocantur.

Pruna Damascena nostratia, Bellon.

IV. *Pruna magna crassa subacida*.

Pruna Ungarica præstantissima, Damascena
forte, Gesn. hort.

Huc referri possunt *Pruna acida* in insula
S. Claræ, Ind. occid. p. 9. additam.

V. *Pruna oblonga cærulea*.

Prunidactyla, Trag.

Prunidactyla purpurea & *ovata*, Lugdun. qui
Noberdiana & Julianæ addit.

Hæc oblonga sunt, nucleo oblongo, aliquan-
tum incurvo, quæ etiam condita Vesuntio, ubi
Dactyli vocantur, adferuntur.

VI. *Pruna nigra carne dura*.

Pruna Iberica & *Pertigona* vocata, Trag.

Pruna Hispanica, Dod. gal.

Pruna Perdigona, Lugd.

Pruna pernicona vulgo, Cæsalp. quibus addit

Massiniana, ijs grandiora.

VII. *Pruna coloris ceræ ex candido in lu-
teum pallecente*.

Pruna cerea & *Ceriola*, Trag. Dod. gal. Lug. Tab.
Pruna cerea, Cord. in Diosc. Gesn. hort.

Pruna amygdalina, Ger. ico.

Hæc duplicita; præcoccia, quæ majora, & se-
rotina, quæ minora, Camer. epit. Reperiuntur
quoque magnitudine ovi gallinacei, aut etiam
anserini, Gesn. hort. sic quæ juxta pediculum in
longitudinem extenuantur, ut Damascena &
Catelana colore subviridi, Cæf.

VIII. *Pruna magna rubra rotunda*.

Pruna asinina, Trag. (& *Pedicularia*) Dod. gal.
Lugd.

Pruna asinaria, Cæsalp. quibus addit Gubia
ingustabilia.

IX. *Pruna rotunda, flava, dulcia, mali am-
plitudine*.

Pruna à malis cognominata, Cæf.

X. *Pruna Augusto mærescentia minora &
austeriora*.

Pruna Augustana & *Albanula*, Cæf.

XI. *Pruna parva præcoccia*.

Pruna præcocciora, à tempore avenacea dicta,
Gesn. hort.

Prunus avenaria, Tab.

XII. *Pruna parva ex viridi flavescentia*.

Pruna parva serotina, *cereola*, Gesn. hort.
an *Pruna viridacia*, Gesn. & *Verdacea*, Cam.

XIII. *Pruna amygdalina* Plinij.
an *Coccimelea*, Theoph.

Amygdalina pruna, Lob. belg.

XIV. *Pruneoli albi, oblongi scutuli, acidi*.

Pruna Galatensis, sive *Perani pruneoli*, Clus.
pan. & hist.

XV. *Pruna ex flavo rufescens mixti sa-
pis gratissima*.

Pruneola quæ *Brignolæ* in scatulis reposita co-
piosè reperiuntur, Rauvvolf.

Pruna de Brignioles dicuntur à loco natali in
Kkk 2 Gallijs,

Gallijs, unde enucleata (nucleo parvo sunt) & exsiccata adseruntur, & in officinis nostris habentur, & tam cruda, quam cocta comeduntur. Verum & in hortis nostris habentur.

XVI. *Prunus fructu rotundo nigropurpureo dulci.*

Prunus cognominata Myrobalanus, Clus. pan. & hist. Cam. Tab. Ger.

Prunus Myrobalanus rotundus, Eyst.

Est majore & minore fructu, hicque pulpam dulciorem habet.

Pruno similes exoticæ.

I. *Pruna Congiana lutea.*

Ogegha arbor fructu luteis prunis simili, Pigafetta desc. reg. Congiani : vel Ind. or. par. i. l. 2. c. i. an Lanca fructus in Gilolo prunis cereis similis : part. 8. Ind. orient.

II. *Prunus Brasiliana.*

Hyuourahe Theveto, Clus. in Monardem.

Hiuourae Brasilianis, Guajaci species, Lerio part. 3. Ind. occid. c. 12.

III. *Pruno similis fructus Chinensis.*

Lechyas fructus prunis similis, 2. part. Ind. or. cap. 25.

IV. *Pruno similis ovalis, cortice & nucleo cinereo.*

Guayavensis fructus 2. Clus. exot. l. 2. c. 6.

V. *Pruno similis oblongus spadiceus pulpâ albâ.*

Guayavensis fructus 3. Clus. l. c.

VI. *Pruno similis fructus subfuscus ex Guynea.*

Fructus exoticus 1. à Clutio, Clus. exot. l. 2. c. 23.

VII. *Pruni figura fructus Guinensis.*

Fructus exoticus 2. à Clutio, Clus. exot. l. 2. c. 24.

VIII. *Pruno cereo similis fructus Africana.*

Ergen arbor folijs myrti, fructu pruni cerei, osse amygdali magnitudine lineis binis distincto: in Præfat. par. i. Ind. or.

IX. *Prunus Hieronthica folio angusto spinoso.*

Zaccon, quia in planicie Hieronthis non longe ab ædibus Zacchæi crescit, Cast.

X. *Pruna insana spinosa.*

Nux insana, ab effectu Prunula insana nautis Belgis, Clus. exot. l. 2. c. 26.

Fructus prunis nostratis minoribus similis, Mustum qui innascitur, Chirurgi nostri manentem capiens, 4. part. Ind. orient.

XI. *Pruno similis spinosa.*

Jangomas, Garz. Frag. Lugd. Linscot. 4. part. Ind. orient. 10.

Jangomi, Acoftæ.

Fructus pruni facie, sed loco nuclei granulis target.

XII. *Pruno similis folijs, Laccam ferens:* alij ex Sorbi vel Mespili vel Myrti ramis colligi volunt, Garz. Vide inter gummata.

Prunus sylvestris.

Prunus sylvestris, Græcis οννυνηλέα ἀγρία, sive ἀγενονημηλέα dicitur, quod rotunditate & magnitudine Coccii, mala ferat; Virgilio

4. Georgic. Spinum dicitur: fructus Diocorid. libr. i. cap. 174. ἀγενονημηλον: & Galenus 2. aliment. testatur in Asia προῦνον appellari, Latinè Prunum sylvestre Prunellum & Prunulum vocant. At Theophrastum 3. histor. 7. αὐστιάδα, vel ut apud Athenæum libr. 2. legitur, αὐστιάδα vocari volunt. Spodias, inquit, velut sylvestris prunus habetur. Et Plinio libr. 15. cap. 13. pruna sylvest. ubique nasci certum est.

I. *Prunus sylvestris.*

Prunus sylvestris, Brunf. Matth. Fuch. Dod. ut: Turn. Cord. in Dioscor. Bellon. (cui & Spino) Gesn. hort. Lonic. Adv. Lobel. Cæsalp. Castor. Lügd. Tab.

Prunus sylvestris vulgaris, Trag.

Huic peculiare, quod deflorescens, simul ac imbris contigerint, fructus in oblongum & inane corpus convertitur, quos Itali Turcas vocant, Cæsalpino & Camerario mentionibus.

Fructus alij sunt magni, alij exigui, nonnulli rotundi, quidam oblongi: cuius succus pro Acacia usurpatur, unde stirpi Acaciæ Germanicæ nomen factum.

II. *Pruna sylv. præcocia.*

Pruni sylv. altera species, Trag.

Hæc majora sunt & Augusto maturantur, quare Germanis Haberschlehen/ reliqua Schlehen simpliciter nominantur.

In sylvestri sativaque pruno reperitur limus arborum, quem Græci Lichena appellant, Plinius lib. 23. cap. 7. at Dioscorides Gummi vocat.

Mustum qui innascitur, Chirurgi nostri guifaciunt.

M Y R O B A L A N I.

Mtrebalani, qui veteribus Græcis incogniti fuere (quāvis Bellonius Chrysobalanos Galeni velit) ab Arabib⁹ verò inventi, & ex recentioribus Græcis, Actuario cogniti: hos Avicenna, generis nomine Dilegi, & Serapio Hartileg donavit: quorum interpres, cūm viderent quodammodo ad glandis formam accedere, impropriè Myrobalanos verterunt. Officinis Myrabolani & Myrabulani.

Genera quinque sunt, quæ Actuario myrobolana fœvthæ: neslæ: irodanæ n̄ dæmæsōvia: émpelitma: bæle-rmæ dicuntur: & arborum genera quinq, diversa, quæ in regionibus sexaginta aut centum leucis à se distanti-bus nascuntur, Garzia monente, quæ Pruni magnitudine sunt & omnes sponte nascuntur. Myrobalanos ex Palmarum genere esse, Cæsalpinus censet. At Cordus scribit Arabib⁹ recentioribus tres tantum cognitas fuisse, Indas, Chebulas & Citrinæ, quæ ab una eademq, arbore desumantur: Belliricas ex peculiari arbore esse: & Emblicas peculiare genus dicit. Arabes fructibus Saccharo conditis utuntur, & Chebulorum major est gloria: & ad nos duo potissimum genera condita adferuntur, Chepula sive Kebula & Bellerica. At Clus. in Garziam, Chepula rarius ad nos adferuntur, & non nisi dura & male condita: Emblica verò copiose recentissima & optimè condita. Sed de Myrobalanis inter Indicos scriptores consule Garziam, Acoftam, Fragosum.

I. Myrobalani maximi oblongi angulosi
pituitam purgantes.

Arabibus Quebolia & Quebulgi.

Myrob. Cepula, Mesu. Clus. in cor. Chepulæ,
Actuario, Matth. Garz. Adv. Lob. Lugd.

Myrobalani Chebuli, Lac. Cord. hist. Gesn.
Lon. Cæf. Cast.

Myrobalani Chebulæ, Tab. Ger.

Myrobalani Chebuli vel Quebuli, Indis Are-
stan: Linsc. 4. part. Ind. or. 38. qui tab. 16. sub
Mirambolan majore, quæ alias Aretca vocite-
tur, figuram exhibit.

Arboris folia Persicæ similia.

II. Myrobalani teretes citrini bilem pur-
gantes.

Myrob. lutei, Actuar. flavæ, Garz. Lob. Lugd.
flava, Matth. & lutea, Clus. in cor.

Myrob. citrea, Mesu. citrini, Cord. hist. Lac.
Lon. Adv. Cast. Ger.

Arabibus Azafar.

Myrobalani flavæ, citrinæ, luteæ, Tab.

Myrobalani citrini, Bellon. Cæf. an Chrysoba-
lanum Asclepiadis.

Myrobalani citrini, Indis Arare, Linsc. 4. part.
Ind. orient. ;8.

Arbor Sorbi folio.

III. Myrobalani rotundæ belliricæ.
Arabibus Belleregi: bellileg: bellegu.

Myrobalani belliricæ, Matth. Cord. hist. Clus.
in cor. Garz. Adv. Lob. Lugd. Tab. Ger. bellirici,
Lon. Cast. bellerici. Lac.

Myrob. bellerici Gallæ modo rotundi, Cæf.
Myrobalanus belliricus, Cord. in Diosc. qui an
Acacalis sit bellericus, vel emblicus dubitat.

Myrobalani Bellirici, Indis Guti, Linsc. 4. part.
Ind. orient. 38.

Arbor est folijs laurinis subcinericeis.

IV. Myrobalani nigræ octangulares.

Arabibus Afuar.

Myrob. nigra, Actuario, Mesuæo, nigri, Adv.

Myrobal. Inda & Damasonia & nigra, Clus.
in cor.

Myrobalani Indicæ, Lob. Tab. Ger. seu nigræ,
Matth. Lon. Garz. Lugd.

Myrobalani Indi, Cord. hist. Lac. Cæf. qui
addit: nullo intus nucleo (quemadmodum &
sequentes) manifesto.

Myrobalani Indici, Indis Resonuelle, Linsc. 3.
part. Ind. orient. c. 38.

Arbor folijs est Salici similibus, fructus octo-
gono.

V. Myrobalani Emblicæ.

Arabibus Embelgi: Embleg: Ambegi.

Myrob. de Seni, Serapioni: Seniticæ Avicennæ.
Myrob. Empelica, Matth. empelitica sive em-
blica, Clus. in cor.

Myrobalani emblici, Lac. Cord. hist. Lon. Adv.
Cast. Cæf. qui addit, figura parvi mali, sed in
parva fragmenta dissecti.

Myrobalani emblicæ, Lob. Lugd. (qui inquit
potius fragmenta esse, quam integra pruna,
quadantenustrangula,) Tab. Ger.

Myrobalani Emblici Indis Amuate, Linsc. 4.
part. Ind. orient. 37.

Arbor est palmæ magnitudine, folijs minu-
tim incisis & nonnulli fructu minimo nascuntur.

Duo posteriora genera Phœnicobalanos dici
posse Cæsalpinus existimat: siquidem nullo in-
tus ligno spectentur, & cum maturi sunt, nigre-
scant, ut Plinius l. 12. c. 22. testatur. Qui autem os
intus habeant, ad Thebaicos & Arabicos My-
robalanos reducendos: de iis enim Plinius, in

totum arentes Thebaides & Arabicæ macro corpore, exiles & aspiduo vapore torrentes, crastam verius quam cutem obducunt.

VII. Myrobalanis flavis similis fructus.

Hovos fructus in nova Hispania, Gomara, & Clusius in Garz. Fragoso.

Hobus sive Hovus, Benzoni part. 4. Ind. occid. c. 28. & Oviedo.

Fructus Myrobalano similes.

I. *Fructus Myrob. osficulo similis niger acerb.*

Fructus minor io. Paludani, Clus. exot. l. 2. c. 20.

II. *Fructus fuscus serratus Myrobalani forma.*

Fructus ii. Gareti, Clus. exot. l. 2. c. 16.

III. *Fructus Myrobalani nigri osficulo simili, nucleo subfuscō.*

Fructus 10. è navigat. Batav. Clus. exot. l. 2. c. 15.

P R U N U S S E B E S T E N.

Prunus Sebesten à Dioscoride & Galeno præteritur: at Aegineta, Aetius & Actuarius frequenter meminere. Dicitur μύξα: fructus vero μύξα, μύξη, μυξέα à pomi mucoso lentore: Graci enim mucum μύξα vocant. Arabibus & officinis Sebesten. Plinius lib. 15. cap. 13. simul dici possunt populares eorum Myxa, qua & ipsa nunc capere Roma nasci insitæ Sorbis. & lib. 13. c. 5. pruna in Damasco monte nata, & Myxa: utrumque jam familiare Italia: ex Myxis in Egypto & vina facta.

I. Sebestena domestica: an ομαυξής Atheneo.

Sebesten, Trag. Lac. Bellon. Rauvvolf. domestica, Alpino.

Prunus Sebestena, Matth. Lugd.

Myxæ vel Sebastæ, Cord. hist.

Sebestena, Gesn. hort. Cast.

Myxa, Dod. Adv. Lob. Cæsalp.

Sebesten, Myxæ sive Myxaria, Tab. Ger.

Myxos arbor, sive Sebestena nostra, Lugd.

Differ à sequenti folijs latioribus & crassioribus: fructu majore, perfectiore & meliore.

II. Sebestena sylvestris.

Sebesten sylvestris, Alpino.

Z I Z I P H U S S E U J U J U B E.

Arbor, Ziziphus Columella l. 9. c. 4. dicitur: fructus verò Græcis recentioribus, ut Actuario & Simeoni Sethi ζιζιφα, ζιζιφα, & ζιζιφα, Latinis Zizypha: officinis Fufube. Sunt qui σιζιφα Galeni 2. alim. esse velint, & quidem primus Serapio: at Guiland. in suo Theone, Zizypha & Serica distinguit. aliqui Tuberum genus, à colore Sericum, cognominatum, Plinius l. 15. c. 14. cum tamen Plinius à Ziziphis distinxerit inquit enim, que peregrina esse Zizypha & Tuberis, qua & ipsa non pridem venerint in Italiam: hæc ex Africa, illa ex Syria: & l. 17. c. 10. & Zizypha grano seruntur mense Aprili: Alijs Paliurus Africanus & Lotus secundus Polybi, Lobelio: Paliurus Theoph. sed non Africanus, forte Paliurus Dioscoridis & Pliniij, Cæsalpino.

I. Jujubæ majores oblongæ.

Jujubæ, Trag. Cord. hist. Lon. Adv. Cæs. Tab.

Jujubæ domesticæ, quas Lotus Athenæi, Lotus in Pharie Theoph. & Lotus osseum Pliniij Anguillara suspicatur.

Jujuba Paliurum Africanum Theophrast. esse propemodum certus sum: Lotus Homeri 9. Odyss. Guij. l. c.

Jujubæ Arabum, Lob.

Zizipha, Matth. Lac. Cast.

Ziziphus, Dod. ut: Gesn. hort. rutila, Bellon. (Græcis vulgo Ziziphia) Clus. hist. & hisp.

Ziziphus punicea, Lugd. rubra, Cam. Rauvvolf.

Jujubæ, Zinziphia Cretensis, Bellon.

II. Jujuba sylvestris.

Jujubæ & Paliurus 2. Theoph. Ang. Adv.

Ziziphus sylvestris, Cam.

Zizipha, Cast. ap.

III. Jujubæ minores rotundæ.

Jujubæ minores, Tuberes Plinio, Cord. hist.

IV. Jujuba Indica: folia hujus subrotunda, ut vulgaris venosa, sesquiunciam lata, duas longa, per marginem crenis exasperata, parte aversa molli rufescente lanugine testa: hæc Boræ nomine, cum ejusdem ramulo, cui Lacca adnata erat, ex India Reverend. D. Terentius misit.

C O R N U S.

Quæ Latinis Cornus, Dioscoridi l. 1. c. 172. ονομασία arbor fortis, fructum ferens olivæ modo oblongum, primo viridem, maturum verò flavum, aut cereum, esculentum. Theop. 3. hist. 12. & s. b. 5. ονομασία, quadam, mas, quadam

quadam fœmina, quam θυλανπερεω vocant: folium habet amygdalæ (alijs Malii legunt) nisi quod pinguinum crassius: corticem nervosum, & tenuem, caudicem non nimis crassum: fœmina virgas parvas, &c. Macedones ambas fructificare afferunt, sed fœmina fructum ingustabilem esse, &c. Plinio lib. 16. cap. 26. *Cornus* circa Solstitia, reddit primo candidum, postea sanguineum: ex eo genere fœmina post Autumnum fert bacca acerbas & ingustabiles cunctis animantibus: ligno quoq; fungosa, inutilis, cum mas è fortissimis quoq; fit: taxa differentia ab eodem genere fit: vide & l. 15. c. 24. & 24.

I. *Cornus* hortensis mas.*Cornus*, Brunf. Trag. Matth. Ang. Lac. Lon. Dod.

Ad. Lob. Cæf.

Cornus mas, Dod. gal. Bell. Ges. hor. Tur. Lugd. Tabern.*Cornus* sativa & mas, Cord. in Diosc.*Cornus* vulgaris mas, Clus. hist.

Fructus maturus colore variat; nam communiter rubet, & officulo longiore est: aliquando cerae colore: rarius albet: saturatus etiam rubet officulumq; habet crassius & brevius, & hoc est *Corni maris* aliud genus, Clus. hist.

II. *Cornus* sylvestris mas.an *Cornus* fœmina, Cord. hist.*Cornus* sylvestris, Cam.*Cornus* mas pumilio, Clus. hist.

Hic in sylvestribus Thuringiæ & Austriæ inferiores provenit, solum frutescit, sed cultura in arborem pulchram exsurgit: fructus dulciores

sunt, quam urbanæ, Hermolao, & plerunq; etiam maiores, Camerario monente.

III. *Cornus* fœmina.

Θυλανπερεω Theophr. quibusdam φαλονγατα, id est, falsa *Cornus*: *Cornus* fœmina, Plinio: quibusdam *Virga sanguinea* ejusdem, l. 24. c. 10. at nullas notas addidit.

Ligustrum, Brunf. ico.*Hartriegel* / Trag.

Virga sanguinea, Matt. Ruel. Ges. hor. Dod. Cef. *Cornus* fœmina, Dod. gal. & (*Opulus Columellæ*) Tur. Ges. hor. Ad. Lob. Thal. Lugd. Tab.

Cornus fœmina veteribus Macedonibus, *Sanguineus frutex Gallis*, Bellon.

Pseudocrania, Cord. hist. ico.*Sanguen vulgo*, Cæf.*Sanguis & lingua sanguinea*, Cast.*Ossea*, Lon. Cast.*Cornus* sylvestris, Lon.

L O T U S.

Lotus arbor triplex est Dalechampio in Plinium: prima quæ λωτὸς δένδρον Diocoridi l. 1. c. 171. quam dicit stirpem benè magnam fructum ferre pipere majorem, dulcem, edulem, stomacho aptum. Et Theophr. 4. his. 4. λωτὸς (Celtis Gazar) magnitudine quanta pirus, aut paulò minore, folium incisuras habet, ut llex; & cuius genera plura fructibus inter se discreta traduntur, &c. Plinio l. 13. c. 17. arbori Loto quam Celtim vocant, magnitudo quæ pyri, folio ilicis, fructu dulci nunc exosse, nunc durum nucleum ambiente, colorem uva modo mutante, cum maturescit, è quo vinum exprimitur. Arbor Syrtica eidem l. 24. c. 2. Altera διόσπερος Theophr. l. 5. c. 13. (Jovis flamma Gazar) quam impropriè Loton vocant, ob fructus dulcedinem Ceraso similem, nucleo duro, & Plinio l. 16. c. 30. lotos sive faba Græca, &c. & l. 24. c. 2. Tertia, quæ Theophrasto secunda, quæ Laurocerasus quibusdam: quæ sententia Clusio non placet. Addi potest quarta, ipsius Polybij apud Athenæum l. 14. Sunt qui Guajacananam, Tuberum alterum genus Plini, quorum inter Mala meminit, velint.

I. *Lotus* fructu Cerasi.

Lotus, Mat. Ang. (& Arbor del perlaro) Lac. Lon.

Lotus arbor, Bell. (*Cacavia Cretensibus*) Gesn. hort. Ad. Lob. Cæf. Cam.*Lotus* arbor sive *Celtis*, Tur.*Lotus* *Celtis* arbor, Lugd.*Lotus* domestica, Cast. app.*Bagolarus* Tridentinis, Guij.II. *Lotus* Africana latifolia.*Diospyros*, Theophrasti.*Lotus* sive *Faba* Græca, Plinio.*Lotus* Africana altera, Matth.*Guajacum Patavinum* Fallopio, Ges. hor. Ad.Lob. (& *Lotus* vera Theophrasti) Ges.*Guajacum*, Cord. hist. icon. Lon. ico.*Guaicana*, Bellon. cult. Eyst. vulgo, Cam.

Ermellinus, Cæf. qui Tuberum alterum genus Plini suspicatur.

Diospyros sive *Faba* Græca latifolia, Lugd.*Pseudolotus* Matthioli, Tab.

Variat: nam in fructu Patavij, semina binæ aut terna plana & spadicei coloris observavimus: at quæ Viennæ & Bononiae coluntur, etiam ex semine Italico natæ, fructus semine expertes, sola pulpa constare, Clus. in sua hist. notavit.

III. *Lotus* Africana angustifolia sive fœmina.

Pseu-

Pseudolotus, Matth. Cam. Tab.

Diospyros sive Faba Græca angustifolia, Lugd.

Lotus Africana, Tab.

Ziziphus Cappadocica, Ger. ico.

IV. Loti Africanæ similis Indicæ.

Indiæ Occiduæ (palmæ sanctæ similis arbor,
Ad. Lob. ico.

Palmæ sanctæ similis arbor, Lugd.

L I G N U M G U A J A C U M .

Guajacan nomen est Indicum, quod nunc Guayaci sive Gajaci nomine, per universum orbem cognitum est, quod alij Ebenum esse dicunt, à quo sola summa nigredine diffidere videtur: quæ in Ebeno summo splendore nigricat: in illo vero albescit: alij Buxi speciem: Sed novum est arboris genus, quod ex America, sive India occidentalis affertur. Duplex est, magna matrice & propemodum sine matrice: non tamen diversarum arborum lignum esse censemus.

I. Guajacum magna matrice.

Guayacan lignum Indicum ex Insula S. Domini, Monardi, Lugd. & par. 4. Ind. Occid. 29. sive lignum sanctum, par. 9. Ind. Occid. l. 3. c. 22.

Guajaci primum genus, Manardo & Matth.

Guajacum, Bellon. Ad. Cæs.

Gayco & Gayacan, palus Indiæ Hispanis, Frag.

II. Guajacum propemodum sine matrice.

Guayacan genus alterum, quod lignum sanctum, illo præstantius, & ex Insula S. Johannis de portu divite affertur, quo maximè utuntur, Monard. Lugd.

Guajacum, Lac. Cord. in Diosc. & hist.

Palma aut palus sanctus Indiæ Occiduæ, Penæ.

Guajaci 3. genus, Monardo & Matth.

Guajaci alterum genus, Cæs.

Hoc in plura genera ab aliquibus dividitur, eò quod non unū colorem habeat: quoddam enim nigricat: quoddam etiam spadiceo colore flavescit: quoddam præterea omnes istos colores discretos habet: Quare Manardus & ex eo Mat- thiol. tria genera notarunt, quæ licet colore, ma- gnitudine & pondere inter se discrepant, unius

tamen esse arboris, contra quām Fallopius cre- didit, Matthiol. statuit, & causam refert in ligni maturitatem, quò enim maturius, eò nigrius, & quantò minus adoleverit, tantò magis albicare afferit: probatur maximè quod ruffum, spadiceū flavum, lividumq; colores simul mixtos habet.

III. Guajacum folijs lentisci.

Guajacum cuius ramulum cum floribus & fru- etu pingit Clus. notis ad Monardem.

Lignum Ebenum sive Guajacum in Insula S. Helenæ, par. 1. Ind. Or. c. 1.

Fructus (quos copiosè cum suo gummi, Amstelrodano à D. Hoft accepimus) variant, non nulli loculamentis sunt geminis, quorum alterum plenum, alterum inane: alij tribus, in quibus ossicula dura, longiuscula.

IV. Guajacum Orientale.

Palma aut Palum sanctum, Ad.

Guajacum folijs plantaginis, Cæs. Frag.

Lignum sanctum, Cast.

V. Guajaco viribus similis Indica.

Maggai, Indi morbum Gallicum curant, ejus suffimigio sudores movendo, Fragosus.

E B E N U S .

Ebenus, Gracis èbri, duplex Dioſc. l. 1. c. 129. Aethiopica nigra, venarum pectinumve expers, cornu elabo- rato labore similis, &c. Altera Indica, lineis candidis & fulvis intercurrentibus, idemq; maculis prædita. Theoph. 4. b. 5. Ebenus Indiæ peculiaris est: cuius duo sunt genera, unum laudata a materie purlchrumq; alterum ignobile, &c. Pl. l. 12. c. 4. Hebenus rara arbor, Neroni principi allata, quam nullam aliam nisi palmarum generis esse docuerint, cuius duo genera esse scribit: & l. 16. c. 40. spississima ex omni materie, ideo & gravissima judicatur: quæ neg, cariem neq; vetustatem sentit: quæ ut id. l. 6. c. 30. Aethiopia sylva meridiano cardine maximè virent.

I. Ebenus Theveto in Indiæ Insula Palmo- botere præstantissima & nigra, & in 9. par. Ind. Occid. l. 3. c. 22. in Hispaniola.

Ebenus, Matth. Cord. in Diosc. Cæs.

Hebenum sive Xyloaloës officin. Ad.

Ebenus, Lugd. qui vult officinas pro Xyloaloë habere.

Valer. Cordus in Dioſ. scribit, quosdam Guajacum lignum, Ebenum esse contendere: & Pena censet officin. Ebenum speciem Guayaci esse.

Ebenus, Castori, qui eandem figuram habet, quam pro Ligno sancto posuit.

Ex hac in Italia sphærulæ precatoriae confiuntur.

II. Lignum pice ferè nigrus & polito ebore
lævius: arbor crasso cortice vestita, in cuius in-
timis Ebenus clauditur: ejusdem generis ligna
rubentia, & alia ceræ modo flaventia reperiun-
tur: in Insula Mauritiana, 5. par. Ind. Or.
Ebenum picis modo nigrum, 4. par. Ind. Or.

LIGNA DURISSIMA FERRI DU-

ritiem æmulantia.

I. Ebenus Indica.

Lignum de Mangles, ex quo navium malos &
antennas, ferri duritatem æmulantes, condunt:
part. 9. Ind. Occid. l. 4. c. 30.
an Lignum de Cochi, quod ejusdem cum ferro
ponderis, ex quo anchoras conficiunt, & à Lusi-
tanis Paio di ferro, hoc est, lignum ferreum vo-
catur: par. 7. Ind. Or. c. 44.

II. Lignum Teixo dictum, adeo durum ut
ferrum æquet, in Pico Insula, quod valde pre-
tiosum & utile, interius coccinum undulatum
exprimitissimè referens, ex quo instrumenta fi-

unt, Liscot. part. 3. Ind. Orient. cap. 6.

III. Angelina arbor apud Cachinum, ex cu-
jus continuo trunko naves Tonas vocatas ex-
truant tam grandes, ut unâ viginti vel 30. dolia
aquatica vehi possint, cujus lignum adeo du-
rum ut ferrum atterat, Linsc. par. 4. Ind. Orient.
c. 14. & par. 7. c. 27.

An arbor cujus pars ima crassitie 24. orgyarum
in Guineæ Insula Formosa: part. 6. Ind. Ori-
ental. cap. 4.

An Angelina arbor, cujus solum nomen apud
Acostam, cap. de ligno colubrino.

C E R A S U S.

Cerasus nigræ @ Theophr. 3. hist. 13. fructus nigræ oœ, Dioscoridi l. 1. c. 157. Cerasia & Cerasa. Distincta autem
à Cera sunt Pontico municipio: unde Lucullus Romanorum Imperator, Mithridate debellato, primum
in Italianam arborem detulit, & fructum gentilitio nomine Cerasum appellavit, Athenæo l. 2. & Plinio l. 15. c. 25.
auctoribus. Est autem Theophr. l. c. natura peculiaris arbor, magnitudine excellens, &c. flore candido, pyro &
mespilo proximo, &c. fructu rubente, faba magnitudine, &c.

Genera: Plinio l. c. Cerasorum, Aproniana maximè rubent: nigerrima sunt Actia, ut & Caciliana ro-
tunda. Julianus gratus sapor: principatus duracinis, quæ Campania appellat: in ripis etiam Rheni:
tertius ijs color è nigro ac rubenti viridiq; similius maturescens semper. Minus quinquennio est, quod prodiere
xandrinorum forte apud *Athenæum*, Clus. hist.

Hanc una cum fructu & floribus, ex Creta ab

Honor. Belli accepimus.

II. *Oenoplia spinosa*.

Nabca, *Paliurus Athenæi* credita, Alpin.

Oenoplia spinosa, Honor. Belli, Clus. histor. & ep. 5.

R H A M N U S.

R *Hamnus pœuv* *Dioscoridi* lib. 1. cap. 119. frutex est circa sepes nascens: virgas rectas & spinas aculeatas, ut *Oxyacantha* habens: folia vero parva, oblonga, subpinguis, mollia: est & altera candidior. De ter- tia, vide sub *Paliuro*. Et *Theoph. i. hist. 15. pœuv* frutex est perpetuò virens: 3. hist. 17. & alia candida, alia nigra, fructusq; diversus, ambæ vero aculeigeræ: 3. hist. 18. peculiare racemis, quod per latera caulinum sepiunt: postremoq; caulis racemus omnium maximus propendet. *Plinio lib. 24. cap. 14.* inter genera *Ruborum*, *Rhamnus* appellatur a Græcis, candidior & fruticosior: is floret ramos spargens rectis aculeis, non ut ceteri aduncis, folijs majoribus. Alterum genus est *sylv. nigrius* & *quadantenus rubens*: fert veluti folliculos.

I. *Rhamnus spinis oblongis*, flore candicante. an *Rhamni* genus baccis nigris in Græcia, *Bellon.*

Rhamnus primus, *Matth. Ang. Lac. Lon. Clus. hisp. & hist. Dod. Rauvvolf. Lugd. Cast.* *Rhamnus tertius*, *Clus. hisp. & hist. Dod. Taber. Gerard.*

Rhamnus candida, *Cord. in Diosc.*

Rhamnus alter *Dioscoridis Monsp. Adv. Lob. Lugd.*

Rhamnus Bellon. Cæſ.

an *Rhamnus* circa *Tripolim* ipsis *Hauset*, Ara-
bitibus.

Hausegi sive *Rhamnus primus*, *Rauvvolf.*

II. *Rhamnus alter* folijs salvis flore purpureo.

an *Rhamno* altero similis, *Bellon.*

Rhamni prioris altera species, *Clus. hisp. & hist. Lob.*

Rhamnus primus alter, *Dod.*

Rhamnus alter *Closij*, *Lugd.*

Rhamni species quæ *Spina sancta*, *Colum.*

III. *Rhamnus tertius* flore herbaceo baccis
nigris.

Rhamnus niger *Theophrasti.*

Rhamnus tertius, *Clus. hisp. & hist. Dod. Taber. Gerard.*

Rhamnus primæ speciei tertius, *Lob.*

IV. *Rhamnus Salicis* folio angusto fructu
flavescente.

Rhamnus secundus, *Matth. Dod. ut: Lac. Lon. Clus. hisp. & hist. Lugd. cum figura Matthioli & Dodonæi.*

an *Rhamni* genus baccis rubentibus, *Bellon.*

Oleaster Germanicus, *Cord. in Diosc. & hist.*

Oleastri peculiare genus, *Cord. ob.*

Rhamni species, *Cam. ep. & hort.*

Rhamnus primus *Diosc. Adv. creditus*, *Lob.*

Rhamni alterum genus, *Cæſ.*

Hippophaë *Dioscoridis* forte, *Colum.*

V. *Rhamnus* folio subrotundo fructu
compresso.

Rhamnus tertius *Diosc.* quem scribit nigriori-
bus, latioribusq; folijs & quadantenus ruben-

tibus:

ooo

tibus: virgultis oblongis, quinque ferè cubitorum & spinosioribus quidem, at minus firmos, & rigidos aculeos habens: fructus verò latus, albus, tenuis, folliculi figura, fructu verticilli. Sunt qui Rhamni 3. Dioscoridis descriptionem ad Paliuri ejus historiam revocandam velint: de quo lib. I. cap. 121. sic: παλιούς frutex est vulgo notus, aculeatus, solidus, cuius semen pingue, & lini seminis æmulum reperitur. De quo Theoph. 1. hist. 5. frutex est: 1. hist. 8. spinosus: 1. hist. 6. folia cum extremorum lateribus sinuata concidunt: 3. hist. 6. & post Occasum Vergiliarum fructum reddit: 3. histor. 17. habet quoque nonnullas differentias: omnes autem fructiferae, &c. & 4. hist. 4. in Africa plurima est & fruticosior, folio nostrati (id est Jujubis) simili, fructu diverso, fructum ferens latum instar folij, &c.

Spina Judaica, Crescentio.

Rhamnus tertius, Matth. Ang. Lac. Gesn. hort. Lon. Cast. Cam. Colum.

Rhamni tercia species, Dod. gal.

Rhamnus niger, Cord. in Diosc.

Paliurus & Apaliura Græcis vulgo, Bellon.

Paliurus frutex, Gesn. app.

Paliurus, Dod. Adv. Lob. Rauwolf. Lugd. Cast. Cam. Eyst.

Jujuba sylvestris & Spina Marruca, & Paliurus Africanus Theoph. Cæs.

V. Rhamnus catharticus.

Rhamni alia species, Trag.

Spina infectoria, Matth. Bellon. Adv. Lob. Cast. Clus. hist. Tab.

Spin merlo, Cast. ap.

Rhamnus solutivus, Dod. ut: Thal. Ger.

Cervispina, Cord. hist.

Spina cervina vulgo, Gesn. hort.

Spina alba, Lon.

Spina cervalis vulgo, Cæs.

Rhamnus catharticus, Lugd.

Communiter frutex est: aliquando arboream altitudinem adipiscitur.

VII. Rhamnus catharticus folio oleæ.

Hippophaes, Ang.

an Hippophætum quorundam, Lugd.

VIII. Rhamnus catharticus minor.

Spina infectoria pumila prior, Clus. pan. & hist.

Rhamni solutivi minor species, Cam.

IX. Rhamnus folijs oblongis serratis.

Rhamnus Bavanicus, Lugd.

L Y C I U M.

Λγνω, à Lycia in qua magnus hujus proventus fuit: οὐρανὸν, id est Buxus aculeatus, à similitudine quadam cum Buxo dicitur. Est Dioscoridi l.i. c.132. arbor sparsa, virgis trium cubitorum, aut etiam longioribus, circa quas folia sunt buxo similia, densa: fructum habet instar piperis nigrum amarum, densum, lavem: corticem verò pallidum Lycio densato similem, & radices numerosas, obliquas, lignosas: & mox: fertur & Lycium Indicum fieri ex frutice Lonchitide appellato: est is è spinarum genere, virgas habens rectas tricubitales, aut etiam majores, à fundo transversas & Rubo crassiores: ruptus cortex rubescit, folia verò ole: similia. Et Plinius l.12. c.7. fert & spina piperis similitudinem, præcipua amaritudine, folijs parvis densis, Cypri modo, ramis trium cubitorum, cortice pallido, radice lata, lignosaq; buxei coloris: & l.24. c.14. Modum conficiendi docet: addens spinam ex qua Lycium fiat, in Gracia pyxacanthen chironium vocari.

I. Lycium buxi folio.

Lycium, Matth. Tab. Ger.

Lycij nomine ostenditur, quæ tamen verum non est, Ang.

Pyxacantha, Dod. ut: Lon.

an Lycium seu Pyxacantha Narbonensium, Ad.

Lycium alpinum, Lugd.

II. Lycium facie pruni, sylv. sive Italicum.

Lycium Italicum, Matth. Lugd. Tab.

Spina infectoria pumila altera, Clus. pan. &

hist. Ponæ.

Lycium Hispanticum, Ger.

III. Lycium Hispanticum folio oblongo.

Lycium Hispanticum, Lob. Lugd.

IV. Lycium Hispanticum folio buxi.

Lycium quorundam, Clus. hisp. & hist.

an Tamaio, Lycium verum, Frag.

V. Lycium latifolium.

Paliurus alter peregrinus, Adv. Lobelius in iconibus titulum habet, sed figura subjecta non convenit, quæ sub Rhamno 3. repetitur, & est Oxyacanthæ Dioscoridis.

VI. Lycium Gallicum.

Lycium Dalechampij, Lugd.

Grana luteo colore tingunt.

VII. Lycium Indicum folijs pruni.

Frutex spinosus peregrinus, Arabibus Had- hadh, incolis Zaroa, Rauvv.

Lycium

Lycium legitimum Rauvvolffij, Clus.hist.
Lycium in Libano proveniens, Belli epistola prima.
VIII. Lycium Indicum alterum.
Uzeg, Lycium Indicum creditum, Alpina.
IX. Lycium folijs ericæ.

Cate sive Lycium, Garz. Acost.
Lycium cuius succus Cate dicitur, Frag.
X. Lycio affinis Ægyptiaca.
Agiahald, Alpino.
XI. Frutex exiguis foliolis confertus.
Tamaxo, Clus.hisp.& hist.

R U B U S.

Rubus Bætæ & Græcis: notitia vulgaris est Dioscor. l.4. c.37. At Theoph. l. hist. 5. frutex est: 2. hist. 16. cuius folia cum extremo, cum lateribus sinuata concidunt & spinosa cuncta redduntur: 6. hi. 1. imò etiam caulis & rami: 1. caus. 21. fructum racematum gerit, & non solum sero, sed etiam particulatum maturescit.

Genera: Theoph. 3. hist. 18. plura esse scribit: & trium meminit: quædam erecta quæ Bætæ: quadam de-
crysma vergens, quæ xxviii. dicitur: tertia nuvōbætæ dicitur. Et à Dioscor. l. c. Bætæ: & cap. seq. Bætæ idæia: & l. c. 123. nuvōbætæ proponitur. Plinio l. 16. c. 37. Rubi mora ferunt: & alio genere similitudinem rose, qui
vocabatur Cynosbatos: tertium genus Idæum vocant Græci à loco. Sic l. 24. c. 13. duorum priorum meminit: &
cap. seq. Cynosbati, rubi Idæi, & Rhamnum inter Rubi genera recensuit.

I. Rubus vulgaris, sive rubus fructu nigro. Bætæ & Græcis: Sentis, Latinis dicitur: & fructus mora rubi, Bætæ Galeno: quibusdam Vac-
timia: officinis, mora batii.

Rubus Dioscoridi & Plinio.

Rubus excelsa, Theophrasto.

Rubus, Brunf. Matthiol. Fuch. Dod. ut: Cord. in Dioscorid. Lac. Turn. Lon. Lob. Cæsal. Cast. Lugdun.

Rubus grandis & secundus, Trag.

Morus sive Rubus, Ang.

Rubus vulgaris, Ges. hor. Thal.

Rubus Batis, Adv.

Rubus arvensis, Taber.

Rubus Idæus, Ger. icon.

II. Rubus repens fructu cæsio.

Chamaebatos Theophrasto, humirubus Gazæ.

Rubus humilis & primus.

Rubus minor, Dod. ut:

Rubus reptans, Ad.

Rubus humilis Belgicus, Clus. pan. & hist.

Rubi alterum genus, Cæs. Lugd.

Fructu est communiter cæsio, modo cæruleo, modo nigro & minore.

III. Rubus Idæus spinosus.

Bætæ idæia appellatur, quoniam copiosius in Ida nascatur: est autem longè tenerior priore, exiguis spinis præditus: quamquam & sine spinis inveniatur: hæc Dioscorid. l.4.c.38. Et Plinius l.16. cap.37. Tertium genus Idæum vocant Græci à loco: tenuius quam cætera, minoribus que spinis & minus aduncis.

Rubus Idæus Dioscoridis & Plini).

Rubus Idæus, Trag. Matthiol. Ang. Dodon, tu:

Bellon. (qui in Idæ monte invenire non pos-
tit) Gesn. hort. Turn. Lon. Adv. Lobel. Cast.
Thal. Ger. desc. & part. 3. Ind. Orient. & 2. part.
Ind. Occid.

Rubus Idæus major, Lac. desc.

Rubus Idæus exilibus spinis, Cord. in Diosc.

Rubus tertius montibus proprius, Cæs.

Rubus Idæus spinosus, Lugd.

Rubus Idæus vulgaris, Clus. hist.

IV. Rubus Idæus lævis.

Chamæbatus, seu Rubus Idæus alter, Trag.

Rubus tertius, Cord. in Diosc.

Rubi alia species, Ges. hor.

Bocksheere/ id est, baccæ hircinæ, Lon.

Rubus hircinus, Tab.

Rubus Idæus non spinosus, Lugd.

Rubus Idæus Placæ, Clus. hist. desc.

Rubus, Ger. ico.

V. Rubus Idæus fructu albo.

Rubus Idæus leucocarpos, Cam.

Rubus Idæus fructu candido, Thal. Clus. hist.

VI. Rubus exoticus.

Rubi facie senticosa planta, Ad. Lob. ico.

Arboris truncus spinosus, Lugdunensi. descr. at figura sub titulo Nerei facie secundo loco ha-
betur.

Chamoribus spinis carens.

I. Chamærubus saxatilis.

Rubus alpinus humilis, Ges. hor.

Rubus Idæus, Eid. Fracto.

Rubus saxatilis, sive petreus, sive alpinus, Clus.
pan. & hist.

Rubus parvus saxatilis alpinus, Cam.

Rubus minimus, Thal.

Acini huic bini, terni, quaterni, ad summum
quini sunt.

II. Chamærubus folijs Ribes.
Chamæmorus Norvvegica, Clus. hist.
Fructus rubeus aut pallidus.

III. Chamærubus folijs Ribes Anglicæ.
Chamæmorus, Clus. pan. & hist.

IV. Chamærubus folijs Vitis.
Chamæmorus altera Norvvegica, Clusio in
historiarariorum.

C A P P A R I S.

Kα' των οπίς Dioscorid. l.2. c.204. frutex est aculeatus per terram in orbem stratus, spinas aduncas ut Rubus habet, folia rotunda, malo cydonio similia: fructum ut Olea, que cum debis sit album florem promit, quo delapsa quiddam glandis oblonga figura reperitur, quod apertum grana tanquam punica habet exigua, rubentia: radices lignosa, magna ac numerosa. Theophr. 6. hist. 10. ramis aculeatis constat: 6. hist. 3. & non solum cause aculeato, sed etiam folio hispido: 1. hist. 6. & 3. hist. 13. que cultura deterior redditur, ut natura sylv. dixeris: sic 3. caus. 1. ubi Gaz. a vocem νάρων οπίς Inturim vertit, ut 6. hist. 5. & 7. hist. 8. alibi verò Capparim reddidit. Plin. l.13. c.23. Capparis, quidam & Cynosbatum vocant: alijs Ophiotaphylon: vide & l.19. c.8.

Genera: Dioscorid. habet Africam, Marmoritam, Apulam, & qua è rubro mari & Arabia defertur: que qualitatibus variant: idem & Plinius lib.13. cap.23. refert:

I. Capparis spinosa fructu minore, folio ro-

tundo.

Capparis, Trag. Math. Dod. gal. Ang. Cord. in

Dioscor. Gesn. hort. Lac. Lon. Ad. Cast. Lugd.

Rauvvolf. (qui & sylvestrium meminit) secun-

da, Tabern.

Capparis spinosa, Bellon.

Capparis retuso folio, Lob.

Capparis Italica, Cæf.

Capparis rotundiore folio, Ger.

II. Capparis folio acuto.

Capparis, Dod. prima, Tab.

Capparis folio acuto, Lob. Lugd. Ger. Eyst.

Capparis aliud genus, Cæf.

Plinio l.19. c.8. laudatiss. in Caria, proximum

Phrygia. Verum Alexandria Ægypti Venetias

præstantiss. adferri, Lugdun. scribit. De cultura

Capparum Quiqueranus de laudibus Provin-

ciae legendus.

III. Capparis non spinosa fructu majore.

Capparis non spinosa, Bellon.

In Arabia arborescit & hyeme folia retinet.

Cappares Alexandriae majores esse, quam alibi,

quas Cappar appellant, Alpinus author est.

IV. Capparis arborescens fructu Juglandis magnitudine.

Capparis Arabica fructu ovi magnitudine, fe-

mine piperis instar atri, Bellon.

Capparum arbor, Rauvvolf. qui fructus magni-

tudinem non expressit.

Cappares plurimum ab his quæ in arbores ad-

olescunt & quæ in Græcia proveniunt, diffe-

rentes in Tauri montis saxorum fissuris, Bellon-

nus notavit.

V. Capparis portulacæ folio.

Capparis leguminosa, Lob. Tab.

Capparis Fabago, Dod. Ger.

Capparis sylv. sive fabaginea, Cam. ep.

Morgani, Syrorum: Andrian, Rhasis: Ardi-

frigi, Avicennæ, Rauvvolf. & Lugd. ap.

Fabago Belgarum, Lugd.

Telephium Dioscoridis & Plinij, Colum.

Peplios Petri Quith pharmacopæi Lutetiani in

cujus horto anno 1579. collegimus.

VI. Capparibus similes baccæ in Virginea.

Sacquenummener baccæ plantæ, quæ in sta-

gnantibus aquis reperitur, part. prim. Ind.

Occident.

R O S A S . A.

Rosam vetustas ex sanguine Veneris: & Turca ex sudore Mahometis, ortam sibi persuadent, cuius nomine folia Rosarum humi jacere non patiuntur: hac Gracis pōstor dicitur, quasi ὁλον pro ὄγονι Etymologicæ At Plutarcho 3. simpl. qui πόνησα πολὺ τὸς ὀλωδὸς ἀφίσσει, quod largum odoris effluvium emittat. Theophrast. 1. hist. 15. Rosa inter suffrutescet, & perpetuo cacumine viret: 1. hist. 21. flores bicolores sunt, quod in his alterum florem insidentem medium gerit: 1. hist. 22. verum flos ipse super fructum est: 6. hist. 2. rami aculeari sunt. Et Plinio libr. 21. cap. 4. Rosa nascitur spina verius quam frutice, in Rubo quoq; proveniens, illic etiam jucundi odoris, quamvis angusti. Germinat omnis primo inclusa granoso cortice: quo mox intumescente

in virides alabastros fastigiato, paulatim rubescens dehiscit ac sese pandit, in calicis medio sui stantis complexu, luteos apices.

Differentiae Theophrasto 6. hist. 6. permulta sunt, foliorum multitudine, paucitate, asperitate, levitate, colore, odore: cum plurimis quina folia sunt, quibusdam duodena, vicenā, alijs longè plura: sunt enim quae Centifolias vocant, sed folia interna parva admodum sunt: ita enim orientur, ut alia intus alia extra emicent, non tamen jucundi odoris, odoratores inter amplas quibus pars imascabra: & 6. caus. 29. urbana rosa odoratior est sylvestri. At Plinius genera nostri fecere celeberrima, Prænestinam & Campanam: addidere alijs Milesiam, cui sit ardentissimus color, non excedentis duodena folia: proximam ei Trachiniam, minus rubentem: mox Alabandicam vilorem albicantibus folijs: vilissimam verò plurimis sed minutissimis Spineolam, &c. & mox: inter has media quam Coroneolam vocant: omnes sine odore, præter Coroneolam, & in rubro natam: addit adhuc alias, que aequivoce potius Rosa appellata sunt: addit & ea quæ ex Theophrasto adscriptissimus. Sane Rosa variant floris colore, qui varius est, albus, candidus, pallidus, carneus, rubens: sic differentia est in foliorum numero, magnitudine & odore: fruticis quoq; aliqua differentia pro magnitudine & parvitate, asperitate & levitate. Sic in India Occiden. rosis omnia plena pasim: & præter rosas ex Hispania importatas, species earum plurima alia nascuntur, quarum aliae rubra, aliae crocea, nonnullæ cerulea, quadam candidæ visuntur: quas tristiarum specie capitibus suis gestant: part. 9. Ind. Occid. l. 4. c. 27.

Rosa sativa.

I. Rosa rubra.

Rosa Milesia, Plinij.

Rosa sativa rubra multiplex, Brunf.

Rosa domestica punicea, Matth.

Rosa hortensis rubra multiplex, Trag.

Rosa hortensis, Fuch.

Rosa, Tur. Lac. Lon. rubra, Cord. in Dios. Lugd.

Ad. Tab. Ger.

Rosa rubra urbana, Ges. hort.

Rosa sativa rubra, Ang. Cæst.

Rosa sativa 3. quæ Provincialis Gallis, Dod.

Rosa Damascena, Lob.

Rosa rubens multifolia, Cæst.

Rosa intensè rubens, Cam.

Est simplex & multiplex, colore magis minusque rubro: hoc referre oportet, ex Eystett. horto,

1. Rosam Milesiam flore rubro pleno: vulgo

Rosa fina.

2. Rosam Milesiam flore simplici rubro, &

3. Rosam ex rubro nigricante flore pleno, &

4. Rosam rubicundam Saccharinam dictam,

Græcula Plinij, Camer.

II. Rosa rubra pallidior.

Rosa sativa quarta quæ franca Gallis, Dod.

Rosa holosericea, Lob. ico.

Rosa rubicunda, Cam.

Rosa tertia, Cæst.

Rosa Damascena rubra, Lugd.

Alijs Trachinia, Prænestina alijs, alijs Græcula Plinij: hæc priore minus rubet & flore simplici plerunq; est, & folijs latissimis, cujus frutex spinis communiter caret.

III. Rosa saturatius rubens.

Rosa prima Prænestinæ similes, Clus. hist.

Rosa purpurea, sive in rubro nigricans, Cam.

Folijs est quadragenis amplioribus, saturatius rubentibus, ad nigredinem vergentibus & alabastro crassiore.

IV. Rosa purpurea.

Rosa trachynia, Plinio.

Rosa hortensis ex purpura albicans, Trag. Gefner. hort.

Rosa domestica carnis colorem referens, Matt.

Rosa incarnata, Ang. Cam.

Rosa sativa secunda sive incarnata, Dod.

Rosa rubra sive carnei coloris, Bellon.

Rosa pallida, Ad.

Rosa roseo colore, Cæst.

Rosa sativa purpurea, Cæst.

Rosa minus rubens, Lugd.

Rosa provincialis major, Tab. Ger.

Rosa provincialis fl. incarnato pleno, Eyst.

Rosas purpureas sive rubeas, colore carni similes Pharmacopœis Zebedenas dici, Joannius in tractatu de pilulis Aloës scribit.

Quibusdam Alabandicæ similis, alijs Prænestina, alijs Campana Plinij.

V. Rosa versicolor.

Rosa prænestina versicolor, Clus. hist.

Variat: nam flos media ex parte candidantibus, altera purpurascens folijs, vel venis similis coloris aspersis constat. Vel folia quædam integra alba, quædam integra rubra, inter se commixta sunt.

VI. Rosa maxima multiplex.

Rosa centifolia Batavica rubra, Clus. hist. Eyst.

*anCentifolia veterum, quam inodoram dicunt, Rosa sativa quinta multiplex, Dod.
cum hæc odora sit.*

Variat: communiter flos ex albo rubet: ha-
betur & alba, quæ

Rosa alba major Provincialis, Clus. hist.

Rosa centifolia Batavica alba, Clus. hist.

Rosa provincialis flore albo, Eyst.

VII. Rosa multiplex media.

Rosa centifolia Batavica secunda, Clus. hist.

VIII. Rosa major Prænestina, Clus. hist.

Rosa prænestina variegata, Eyst.

IX. Rosa alba vulgaris major.

Rosa Campana Plinij.

Rosa sativa alba, Brunf. vel 1. Dod.

Rosa hortensis candida, Trag. alba, Ges. hor.

Rosa domestica alba, Matth.

Rosa alba, Ang. Cam. Lugd. Tab. Ger.

Rosa candida, Ad.

Rosa quarta candida, Cæs.

Hæc quibusdam spineola, alijs Alabandica

Plinij censem: foliotum numero flores vari-
ant: hinc

Rosa flore albo pleno; & Rosa alba flore sim-
plici, Eystet.

X. Rosa alba minor.

Rosa lacteola quæ centifolia Plinij videtur, Ca-
mer. Eystet.

XI. Rosa moschata simplici flore.

Rosa moschata & Damascena, Matth.

Nefrim (vel Nefrim) Serapionis, Ang.

Rosa sativa quinta, Dod.

Rosa muscosa simplex, Ges. hort. flore simplici,

Lob. Gerard.

Rosa muscatula, Cæs.

Rosa alba Damascena flore simplici, Cast.

Rosa Damascena (quasi de Sceni apud Arabes)
simplici flore, Cam. Eyst.

Rosa coroneola, quam Damascen. vocant, Lug.

Rosa muscosa alba, Tab.

Hæc minor est & major, quæ

Rosa moschata major, Lob. ico.

Hæc alba est, nonnunquam ex albo ad puni-
ceum nonnihil vergit.

Rosæ moschatæ cum syl.tum domesticæ, ru-
bræ, albæ & virides, Bellon. l. de cult. meminit.

XII. Rosa moschata flore pleno.

Rosa coroneola, Plinio.

Rosa muscosa multiplex, Ges. hort. Ger.

Rosa moscosa, Damascena, Alexandrinæ, Eid.
append.

Rosa moscata, Adv. Lob. icon. alba multiplex,
Tabern.

Rosa muscatula multifolia, Cæs.

Rosa alba Damascena flore pleno, Cast. Eyst.

Rosa coroneola altera, Lugd.

Rosa Damascena sive moscata pleno flore, Cam.

Alijs Prænestina Plinij.

XIII. Rosa moschata semper virens.

Rosa sempervirens flore albo, Clus. hist. appen.
alt. aust.

XIV. Rosa spinis carens flore majore.

Rosa sine spinis prima, Clus. pan. at secunda in
histor.

Rosa sine spinis, Cam. Tab. Ger.

Colore est inter Prænestinas & rubras me-
dia: sunt qui & albo observarint.

XV. Rosa sine spinis flore minore.

Rosa sine spinis altera, Clus. pan. & hist.

Colore foecem vini ferè refert.

XVI. Rosa subviridis.

Si in teneras Agrifolij arbusculas Rosæ inse-
rantur, flores subvirides producuntur, Camera-
rius. Quamvis interdum anni constitutione fri-
gidiore & humidiore, herbacei coloris rosæ, si-
ne calyce proveniant, cuius causam Costæus de
natur. stirp. explicat.

Si Brassicæ antiquo stipiti aut Quercui ger-
men tenellum Rosæ inseras, virides sed in-
odoræ Rosæ nascentur, Carolus Stephanus.

In hortis Italæ, cæruleas reperi, in histo-
ria Lugdunensi habetur, ex Advers.

XVII. Rosam folio subrotundo & criso-
pi, in horto Montembelgardico ante plures an-
nos, sed absque flore observavi, cuius ramulum
exficcatum asservo.

Rosa sylvestris

Rosam sylvestrem Dioscorides l. 1. c. 123. κυ-
νοβάτων vocat, quam aliqui Oxyacantham ap-
pellent: frutex est (inquit) rubo longè major,
arborescens: folia fert multò latiora quam Myr-
tus, aculeos verò circa virgas robustos: florem
candidum, fructum oblongum, olivæ nucleo si-
milem, qui dum maturescit, fulvus, intus verò
lanuginosus conspicitur. At Theoph. 3. hist. 18.
Cynosbatos (cani rubus Gazæ) fructum subru-
tilum parit, malo punico similem: est inter fru-
ticem & arborem, punicæ non absimilis folio
amerinæ. Plinio l. 8. c. 4. radix sylv. rosæ, quæ
Cynorrhodos appellatur: & l. 25. c. 2. Cynor-
rhodo

rhodo una medicina erat, spongiolæ quæ in medijs spinis ejus nascitur.

I. Rosa syl.vulgaris flore odorato incarnato.

Cynosbatos Dioscordi, Lon. Adv.

Cynorrhodos Plinij: & Barbaro.

Sentis canis & Cynosbatos, Brunf.

Rosæ sylv.primum genus, Trag.

Rosa sylv. Matth. Ang. Gesn.hort. Dodon. Tab. odora, Ger.

Cynosbatos procerior & Cynorrhodos, Cord. in Diosc.

Cynorrhodos seu Rosa canina, Thal.

Rosa sylv.vulgaris, Lugd. Cam. ep.

Rosa canina odorata & sylv. Lob.

Rosa sylv.altior, Cæf.

Rosa canina, Cam.

Cynosbatos & Rubi tertium genus, Lugd.

Rosa sylv.odorata incarnato flore, Eyst.

Flores ex purpura dilutè albicant.

Huic, ut & tertiae, Spongiola adnascitur, quam Plinius in Cynosbato, pilulam Castaneę similem : in Cynorrhodo, spongiolam vocat.

Rosæ sylv.spongia dicitur Cynorrhodon, Ang.

Spongiola sylv.rosæ, Dod.

Spongia Bedeguaris, Adv.

Bedeguar officinis perperam.

II. Rosa sylv.flore majore & rubente.

Rosa sylv. flore rubro, Eyst. colore & majoribus folijs à priore differt.

III. Rosa sylv.flore pleno.

an Rosa Alabandica, Plinij.

Rosa sylv.odorata flore multiplici, Lob. ico.

Rosa canina duplicato flore, Cam.

IV. Rosa sylv.folijs odoratis.

Englanteria, Ruellio.

Rosa sylv.altera, Trag. Gesn.hort.

Rubus canis, Esglanterium, Turn.

Cynosbatos & Cynorrhodos altera, Cord. in Diosc.

Cynosbatos, Lac.

Rosa io. Cynorrhodi vel caninæ rosæ odorata species, Dod.

Rosæ sylv.species altera, Lugd.

Rosa eglenteria, Adv. Tab. Eyst.

Rosa canina, Ger.

Flos ex purpura satura candidat.

V. Rosa sylv.odoratissimo rubro flore.

Rosæ sylv.terrium genus, Trag.

an Cynosbatos quarta, Cord. in Diosc.

Rosa sylv. Gesn.hort.

VI. Rosa sylv.odorata albo flore.

Rosa sylv.humilior, Cæf.

Rosa quarta an Græcula Plinij, Clus. hist.

VII. Rosa odore Cinamomi simplex.

Rosa cinamomina & 7.vel sylv. 2. Dod.

Rose de canelle, Lob. ico.

Rosa cynamomea, Adv. Lugd.simplex, Cam.

an Cynorrhodos seu Rosa sylvestris, Thal.

Pro Lynchide Plinij Gesnerus habet: & in Albio monte, majorem & minorem nasci tradit: illam foemina, hanc marem faciens.

VIII. Rosa odore Cinamomi flore pleno.

Rosa cynamomea pleno flore, Clus. pan. & hist. Eystett.

Rosa cynamomea altera, Cam.

Spermoniam Plinij, sic enim, non Spineolam aut spinosam legendum, Barbarus vult: quāvis alijs Sycibicum legendum putant, Cam.

Flos dilutè purpurascit & in medio suave rutilat.

IX. Rosa rubra præcox flore simplici: exiguo odore & folijs latioribus à prædicta discernenda, Eyst.

X. Rosa minor rubello flore, quæ vulgo à mense Majo, Majalis dicitur.

Rosa cynamomea altera, Cam.

Rosa provincialis minor, Tab. Ger.

XI. Rosa lutea simplex.

Rosa lutea, Ang. Adv. Lob. Cæf. Cast. Lugdun. Cam. Tab. Ger. flore simplici, Eyst.

Rosæ citrinæ, Gesn.hort.

Rosa sylv.tertia, vel Rosa octava, Dod.

Meminit Gesnerus Rosarum, quæ moschum fragrant & luteæ sint: tales non vidimus, sed fruticis folia odorata observavimus.

XII. Rosa lutea multiplex.

Rosa flava plena, Clus. hist. & app. 2. & cur. post.

Rosa lutea maxima flore pleno, Eyst.

Hæc duplex, altera florem totum expandit: altera verò semiclauso flore permanet.

XIII. Rosa campestris spinosissima flore albo odoro.

Rosa campestris odora, & quinta, Cl. pan. & hist.

Cynorrhodon polyacanthos, Lugd.

Rosa campestris odorata Clusij, Cam.

Rosa Dunensis, vel species nona, Dod.

Rosa præcox spinosa fl. albo, Eyst. (rubeat.

Flos albus, fructus maturus niger, cùm aliorū

XIV. Rosa sylv.pumila rubens.

Rosa quarta, Cl. pan. at in hist. Sexta & pumila.

Fructus maximus & pyri in modum turbinatus.

XV. *Rosa sylv. pomifera major*: hæc sequente altior, ramosior, paucissimis aculeis, folijs majoribus, pallidè virentibus, & apud nos locis humidis in Alnetis provenit.

XVI. *Rosa sylv. pomifera minor*.
Rosa sylv. pomifera. Adv. Lob. Lugd.

Cynorrhodi species, Thal.

Rosa arvina, Tab.

Rosa pimpinella, Ger.

Hanc Lobelius spinis carentem, at Tabernæ montanus spinosam pingit: utramq; habemus.

XVII. *Rosa arvensis candida*.

Rosæ sylv. quarta species, Trag.

XVIII. *Rosa campestris repens alba*.

Cynosbatos sive *Cynorrhodos* 3. Cord. in Diosc.

XIX. *Rosa campestris spinis carentis biflora*.

Rosa Græca & *Cynorrhodon læve*, Lugd.

Flore est languide rubro, vere & autumno prodiens, quæ duplex, alia odoris expers, alia folijs exiguis suavissimi odoris, in monte Pilati Lugdunensis.

Rosæ Hierichuntica dicta.

Nominis hujus authorem fuisse Monachum,

Bellonius refert, cum tamen circa Hiericho nunquam reperiatur, sed in Arabia deserta, ad littora maris in fabulo: & Rauvvolsius, in Syriæ teetis & ruderibus, ejus sylvestrem speciem invenit: hanc à pluribus nunc annis in hortulo meo colo, cum facile & crescat & floreat: de qua Joh. Sturmius Lovaniensis professor, libellum superstitutionibus plenum, scripsit.

I. *Rosa Hierichuntea vulgo dicta*.
Amomum, Cord. in Diosc. & hist.
Amomis Diosc. & Plinij, Cæs.
Rosa Hiericontea, Turn. Lon. Lob. Garz. Cast. aperta & conclusa, Eyst.

Rosa de Hiericho & Rosa Mariæ monachis, Lugdun.

Rosa Hiericonthina 1. & 2. Tab. major, Ger.

Duplicem fecit Cordus, alteram insipidam inodoram, quæ Amomis: alteram aromaticam odoratam, quæ Amomum sit. Sed de Amomo vide suo loco.

II. *Rosa Hiericonthea sylvestris*.

Rosæ Hiericonthis sylv. species, Rauvv. Cam.

III. *Rosa Hiericonthicæ exsiccatæ similis*.

Blatterlos Hollandis, fruticulus ad Scorbutum, Indiæ orient. part. 4. fig. 21.

SECTIO QUINTA.

MYRICA SIVE TAMARISCUS; ERICA; SABINA;
CEDRUS BACCIFERA; CUPRESSUS; JUNIPERUS;
Asparagus & Corruda.

MYRICA SIVE TAMARISCUS.

Myrīa (Gaza modo Myricam, modo Tamariscum verit) arbor nota est, fructum veluti florem ferens compage muscosum: in Aegypto & Syria quedam nascitur sativa, catena sylvestri similis, fructum ferens Gallæ proximum &c. Sunt qui è caudice calices conficiunt, quibus splenetici poculorum vice utuntur: Diosc. l. 1. c. 116. Et Theoph. 1. hist. 16. Myrica folia carnosæ sunt ut Cupressi, & inter frutices numeratur: s. hist. 6. in Tylo Arabie insula ferunt Myrica lignum, non ut apud nos imbecillum esse, sed validum sicuti ligni gneum, &c. Plinio l. 13. c. 21. Myricen & Italia, quam alijs Tamaricen vocant, Achata autem Bryan sylvestrem: insigne in ea, quod sativa tantum ferat Gallæ similem fructum: & l. 24. c. 9. Myricen quam & Tamaricen vocat Lencus, similem scopis Amerinis dicit, &c. & l. 16. c. 24. Tamarici folia carnosæ sunt: & l. 16. c. 21. quæ non decidunt: & c. 26. fructum nullum fert, ne semen quidem, scopis tantum nascens.

Genera duo sunt Dioscoridi, sativa & sylvestris: & Plinio l. 24. c. 9. sylvestris plane sterilis, altera mitior: hæc fert in Aegypto Syriaq; etiam abundantier lignosum fructum, majorem galla, asperum gustu, quo Medici utuntur vice Gallæ. Et Cordo recte monente, etiam in Germania duplex invenitur, alterum solidiore ligno, medulla exili, folijs tenuibus, ad Rhenum: alterum ligno non adeo solido, medulla ampliore & folijs latiuscula ad Danubium. Et procerior Tamarix, & humilior, quæ diminutiva forma Tamariscus dicitur.

I. Tama-

I. Tamarix fruticosa folio crassiore : five Germanica.	Myrica sive Tamariscus Gallica, Cam.
Tamariscus, Brunf. Lon. foemina, Cord. hist.	Tamarisci sylv. genus, Alpino.
Myrica, Trag. Turn. Gesn. hort. Lac.	Hæc in arbores quoque in Hispania excrescit, ut hominis ulna vix amplecti possit.
Myrica sylv. five Tamarix, Matth. Cast.	III. Tamarix Ægyptia arbor.
Myrica humilis, Dod. gal.	Myrica ingentis magnitudinis in Alexandria, Bellon.
Tamarix sylv. foemina, Fuch.	Tamarix gallis onusta ad Nilum, Eid.
Tamarix humilis, Cord. in Diosc.	Tamarix sativa & procera in Ægypto, Cord. in Diosc.
Myrica, Gesn. hort. pannonica, Clus. pan.	Tamariscus Rauvv. & i. part. Ind. or. l. 2. c. 1.
Myrica sylv. altera, Clus. hist.	Tamariscus Atle vocata, Alpino.
Myrica altera in Germania, Cam.	Myrica domestica in Ægypto, Cast.
Tamarix, Dod. Tab. Germanica, Lugd.	Myrica sativa Diosc. cum gallis mihi non visa, Clus. hisp. & hist.
Tamariscus Germanica, Adv. Lob. Ger.	Galla myricæ.
Ex hac ad Rhenum nata, doliola sextarium dimidium capacia, confecta, Francofurtum deferuntur.	Chermasel Arabibus, Bellon.
II. Tamarix altera folio tenuiore sive Gallica.	Myricæ Ægyptiacæ galla, Clus. hisp. & hist.
Tamariscus, Ang. Narbonensis, Adv. Lob. Ger.	Fructus nucum magnitudine, figuræ inter se diversæ longi, breves, rotundi, lati, crassi, graciles, Alpino.
Tamarisci aliud genus, Rauvv.	In Ægypto tā in humidis quām siccis nascitur, ita ut utrobique sylvulē reperiantur, Bellonius.
Myrica circa Monspelium, Gesn. hort.	
Tamarix Narbonensis, Lugd.	
Tamarix Gallica aut Hispanica, Clus. pan.	
Myrica, Cæs. sylv. prima, Clus. hist.	

E R I C A.

*E*st pām arbor est fruticosa similis Myrica, at multò minor, Diosc. lib. 1. cap. 117. & lib. 3. cap. 174. Coris frutex est folio Erica, sed minore, pinguiore & rubente. Erica cacumine fructum fert sicut Pyraea & Amerina, Theophr. hist. 23. Ericam Græci vocant fruticem. non multū à Myrice differentem, colore rorismarini & penè folio, Plin. lib. 24. cap. 9. qui lib. 11. cap. 16. mellis sylvestris ericæ meminit.

Erica folio Myrica.

I. Erica vulgaris glabra.	Erica folio Coridis.
Erica vulgaris, Trag. Thal.	I. Erica maxima alba.
Erica, Fuch. Dod. gal.	Erica prima, Clus. hisp. Lugd. Tab.
Erica prima, Matth. Lac. Dod. Lugd.	Erica coris folio prima, Clus. hist.
Erica, Cord. in Diosc. Bellon. Lon. Cast. des. Tab.	Erica major floribus purpurantibus, Lob. Ger. descr.

Erica, Turn.

Erica Myrica folio, Ad. Lob. Clus. pan. & hist.

Erica vulgaris sive pumila, Ger.

Flos communiter colore dilutioris purpuræ: & aliquando & autumno & vere floret: aliquando etiam flore albo est, hinc

Erica alba, Tab.

Erica pumila alba, Ger.

Erica flore albo minor, Eyst.

II. Erica Myrica folio hirsuta.

Ericæ Myricæ folio similis, Clus. hisp. & hist.

Selago Plinij quibusdam, lib. 24. cap. 11. similis herbæ huic Sabinae est Selago appellata.

III. Erica genus, quod tota Græcia vulgo

Phana dicitur, Bellon. sed quid?

Erica folio Coridis.

I. Erica maxima alba.

Erica prima, Clus. hisp. Lugd. Tab.

Erica coris folio prima, Clus. hist.

Erica major floribus purpurantibus, Lob. Ger. descr.

III. Erica maxima purpurascens longioribus folijs.

Erica secunda, Matth. Dod. gal. Cast. Lug. Tab.

Erica Coridis folio altera, Clus. hisp. & hist.

Erica Juniperifolia densè fruticans Narb. Lob.

IV. Erica frutescens peregrina.

Erica peregrina Brancionis, Lob.

V. Erica major florib. ex herbaceo purpureis.

Erica tertia, Clus. hisp. Lugd. Tab.

Erica coris folio tertia, Clus. hist.

Erica major florib. herbaceis purpurantib. Lob.

Erica cruciata, Ger.

Hujus altera species, cuius flosculi herbacei racematis & spicatis cohærent.

VI. Erica major scoparia folijs deciduis.

Erica quarta, Clus.hisp. Lugd. Tab.
Erica scoparia flosculis herbaceis, Lob.
Erica quarta Monspeliensium, Lugd.
Erica coris folio quarta, Clus.hist.

Erica pyramidalis, Ger.

Selago Plinij, Piræa Theophrasti, Guilandino dicebatur.

Hæc biflora est, & ex hac scopæ apud Monspelienses conficiuntur.

VII. *Erica ex rubro nigricans scoparia*.

Erica tertia, Dod.gal. Lugd.

Erica nona, Clus.hisp. Lugd.

Erica pumila altera Belgarum, Lob.
an *Erica tertia*, Dod.

Erica decima tertia, Clus.hist.

Ex hac scopæ ad vestes purgandas conficiuntur.

VIII. *Erica humilis* cortice cinericeo arbuti flore.

Erica sexta, Clus.hisp. Lugd. Tab.

Erica pumila calyculato unedonis flore, Adv.
Lobel.

Erica coris folio sexta, Clus.hist.

Erica tenuifolia, Ger.

IX. *Erica hirsuta* Anglica.

Erica octava, Clus.hisp. Lugd. & Tabern. sub
septima pinxit.

Erica Juniperifolia altera, Lob.

Erica coris folio duodecima, Clus.hist.

Scopa, Cæl.

Erica tenuifolia caliculata, Ger.

X. *Erica ternis per intervalla ramulis*.

Erica quinta, Clus.hisp. Lob. Lugd. Tab.

Erica coris folio quinta, Clus.hist.

Erica procumbens.

I. *Erica procumbens ternis foliolis carneas*.

Erica quarta, Clus.pan.

Erica coris folio nona, Clus.hist.

Huic saepe capitula viridia è foliolis compa-
cta, capitulorum Thymi modo adnascentur.

II. *Erica procumbens* herbacea.

Erica quarta altera, Clus.hisp.

Erica tertia, Clus.pan.

Erica coris folio octava, Clus.hist.

III. *Erica procumbens dilutè pupurea*.

Erica altera, Clus.pan.

Erica coris folio septima, Clus.hist.

Erica baccifera.

I. *Erica erecta* baccis candidis.

Acacalis Dioscoridis, Amato.

Erica septima, Clus.hisp. Lugd.

Erica baccifera, Lob. Cast. ico.

Erica coris folio decima, Clus.hist.

Erica baccifera tenuifolia, Tab.Ger.

Frutex Lusitanis Camarinnas dictus, Linseot.

Indiae orient. part. 4. fig. 21. lit. C.

II. *Erica baccifera* procumbens nigra.

Erica baccifera, Matth. Cast.

Erica baccifera Matthioli, Lob. Lugd. Thal.

Erica prima, Clus.pan.

Erica coris folio undecima, Clus.hist.

an *Coris*, Cord. in Diosc.

C A M P H O R A T A.

C *Amphorata* dicitur, quod herba digitis friata, odorem camphoræ nonnihil referat: quam aliqui Selaginem Plinij l. 24. c. 11. quam Sabine similem dicit: alijs ejusdem l. 24. c. 15. Chamæpeuen, quam Laricis folijs similem scribit: quidam Cneorum nigrum esse volunt.

I. *Camphorata hirsuta*.

Chamæpeuce, Ang.

Camphorata Monspeliensium, Adv. Lob. Ca-
mer. Taber.

Selago Plinij sive *camphorata*, Lugd.

II. *Camphorata glabra*.

Camæpeuce & *Camphorata minor*, Lugd.

III. *Camphoratae* congen.

an *Anthyllis* altera, Ang.

Anthyllis altera Italorum, Lob. Lugd.

Camphorata altera, Tab.

Anthyllis lentifolia, Ger. ico.

S A B I N A.

S *Abina* βέρβος, nonnullis βέρβαρης Dioscoridi lib. 1. cap. 104.

Genera duo Dioscoridi l. c. unum folijs simile *Cupresso*, at *spinosis* & *graveolens*, acre ac fervens: curta
verò est arbor, & in latum magis se fundens. Alterum genus est folio *Myrica* simili. Plinio l. 24. c. 11. herba
Sabina brathy appellata à Gracis, duum generum est: altera *Tamarici* simili folio, altera *Cupresso*: quam
quidam Creticain *Cupressum* dixerunt: & l. 17. c. 13. *Sabina* herba propagine seritur & avulsiōne.

I. *Sabina*

I. Sabina folio Tamarisci Dioscoridis.
 Sabina, Brunf. Trag. Fuch. Dod. ut: Bellon. Ges.
 hor. Tur. Lob. Cæf. Portæ: vulgaris, Cam.
 Sabina sine baccis, sive sterilis, Matth. Cast.
 Sabina miti folio, Cord. in Diosc.
 Sabina altera, Ang.
 Sabina vulgatior, Ad.
 Savina, Lon. mas, Tab.
 Sabina Tamarisci similis, Lugd.
 Sabina sterilis, Ger.

II. Sabina folio Cupressi.
 Sabina baccifera, Matth. Rauvvol. Cam. Ger.
 Sabina altera, Dod. ut:
 Sabina, Lac. prima, Ang. qui Thyam Theophr. censet.
 Sabina major, Ges. ap.
 Genuina sabina baccifera atrorubra, Lob.

Sabina Cupresso similis, Cord. in Diosc. Lugd.
 Sabina vera, Cæf.
 Sabina fructifera, Cast.
 Cùm in arborem excrescit, quotannis baccas juniperinis similes producit,
 Sabina fœmina minor, Tab.
 III. Sabina folijs Cupressi altera.
 Sabina baccata altera, Lob. Lugd.
 Sabinæ alterius altera icon. Dod.
 Savina fœmina major, Tab.
 Ramulorum exilitate & foliorum lenitate tantum à priore differt.
 Differt autem à Cedro, quod Sabinæ gravis odor sit, & Sabinæ extremi rami in acuta folia desinant, & baccæ minores sint & nigrescant: cùm Cedrus Junipero odoratior sit, folio obtuso, & baccæ maiores phœnicii coloris sint.

C E D R U S.

Cedrus alia est conifera, alia baccifera: de baccifera sic Diosc. l. i. c. 105. dicitur & altera Cedrus parva, spinosa Juniperi modo, fractum ferens magnitudine myrti rotundum. Kéde & Theophr. i. hisp. 15. perpetuo viret: i. hisp. 16. folia habet rara extremitate pungente: 3. hisp. 12. quidam binam affirmant, alteram, & uniuersam, alteram pauculè (puniceam Gaza) alijs simplicem dicunt, scilicet qui Idam incolunt, est Junipero non dissimilis, sed folio maximè distat: quippe Cedro durum, acutum spinosumq; Junipero mollius: excelsior quoq; Juniperis nasci videtur: alijs nominibus non dividunt, sed ambas Cedros appellant: Cedrum cum additioe oīvne dgeov nuncupant, &c. Plinius l. 13. c. 5. Junipero similem habent. Phœnices & Cedrum minorem: duo ejus genera, Lycia & Phœnicia: differunt folio: nam quæ durum, acutum, spinosum habet, Oxycedros vocatur, ramosa & nodis infesta. Altera odore præstat: fructum ferunt Myrti magnitudine, dulcem sapore.

Cedrus baccifera.

I. Cedrus fol. cupressi major fructu flavescente. Cedrus minor altera, Diosc.
 Juniperus major seu Cupressus syl. Dioscordis, Cedrus phœnica altera, Plinij & Theophr. vel
 in Codice Hermolai. prima, Lob.
 Cedrus Phœnicia, Plinij.
 Cedrus Lycia, Matth. Ges. hor. Cast.
 Cedrus pumila folijs obtusis & Phœnicia, Bell.
 Cedrus minor, Cord. in Diosc. Portæ.
 Oxycedrus Lycia, Dod. Ger.
 Juniperus major, Clus. hisp. & hisp.
 Cedrus phœnica, Ad. media vel secunda, sive Oxycedrus folio cupressi, aut Sabina major
 Monspel. Lob.
 Thuiæ genus quartum, Lugd.
 Cedrus phœnica secunda, Tab.
 II. Cedrus folio Cupressi media majoribus baccis. Cedrus bacciferæ, Advers. & Lob. ico.

Cedrus minor altera, Diosc.

Cedrus phœnica altera, Plinij & Theophr. vel prima, Lob.

Thuia Massiliensium, Lugd.

III. Cedrus folio cupressi minor.

Cedrus phœnica minor vel tertia, Lob.

Hæ tres sola magnitudine differunt: verum & due priores ratione ætatis variare censemus, ita ut Matthiolus adolescentem, at Lugdunensis historia adultam exprimere videatur. Sic & ratione ætatis in folijs differentia: primò enim prodeuntia, Juniperi vulgaris folia emulantur, quæ paulo breviora & acuta: at adultæ, instar foliorum Cupressi rotundantur, ita ut rami inferiores folijs pungentibus & acutis, summi vero, obtusis & rotundis vestiantur: hoc exprimit figur.

Sabinæ bacciferæ, Advers. & Lob. ico.

T H U Y A E T B R U T A.

Hy' or sive Æva Theophrasto s. hisp. 5. forma Cupresso similis, cùm ramis tum folijs, caudice fructuq; vel potius seu Cupressus sylvestris: & i. hisp. 15. ex sylvestribus perpetuo viret. Plinius l. 13. c. 16. Thyæ ex Theophrasto memi-

meminit, quam aliqui volunt eandem cum Cedro Atlantica ejusdem. Brutam sic descripsit Plinius l.12.c.17. petunt in Helimao arborem Brutam, Cupresso fus & similem, ex albidis ramis, jucundi odoris, accensam & cum miraculo historijs Claudij Cæsar is predicatam, odorem etiam proximum Cedro, &c.

Thuya Theophrasti.

Arbor vitæ, Bellonio, Ges. hort. Dod. Clus. hisp.

& hist. Cast. Tab. Ger. Eyst.

Arbor filicis similis, Oviedo.

Cedrus Lycia, Lob. an. & Ad.

Thuya tertium genus, Lugd.

Arbor paradisæa Lutetian. Lugd.

Thuia sive Thya vulgo, Cam.

Hæc è Canada Francisco I. Galliarum regi,

Arboris vitæ nomine oblata, fortasse ab odoris
vehementia, vel ob immortalem ejus comam,
sic dicta.

C U P R E S S U S.

Cupressus ουπρεψης & Dioscoridi l.1.c.102. ἀπὸ τῆς οὐαντῆς παριστάντεων. Theophr. 1. hist. 8. procer & longo caudice constat, tamen macilento: 1. hist. 13. mas nodosior est fœmina: 1. hist. 14. simplici assurgit caudice ad longitudinem, sed non multis radicibus, neq; ramis frequentibus patet: 1. hist. 15. viret perpetuo: 2. hist. 3. plerumq; ex fœmina marem provenire affirmant: 1. caus. 5. hujus fructus non id totum est, quod pilæ speciem gerit, sed quod cono innascitur prætenue, exile & quasi laricis semini proximum, quod pilula sua debiscere delabitur. At Plinio l.16.c.33. Cupressus natu morosa, fructu supervacua, baccis torva, folio amara: odore violento, ac ne umbra quidem gratiosa, materie rara, ut penè fruticosi generis, diti sacra, & ideo funebri signo ad domos posita: fœmina sterilis diu. Duo genera earum: meta in fastigium convoluta, qua & fœmina appellatur. mas spargit extra se ramos, deputaturq; & accipit vitem, &c.

I. Cupressus, Matth. Ang. Dod. ut: Cord. in Diof. Ges. hor. Tur. Lac. Lon. Ad. Lob. Cæf. Portæ, Lugd. Cam. Tab. Eyst.

Cyparissus, Cast.

Cupressus altera sive sylvestris, Ger.

Hujus fructus sive conos, nuces vel pilulas Cupressi, Officinæ Cypresi nominant: aliquibus Gabulæ dicuntur.

II. Cupresso similis arbor in Syria: an Cedrus major Dioscoridis.

Thya forte Theoph. cuius fructus pilularum Cupressi magnitudine in Oriente notissimi.

Abhel dicitur, Guilandino in problem.

Cedrus major Dioscoridis, Thyia Theophr. & Abhel, Guiland. in papyro.

Tac arbor Cupresso similis ex qua gummi Taxa, Rauvvoli.

Arbor cuius fructus Abhel Guilandino, Clus. hispan.

Habbel fructus, Clus. hist.

J U N I P E R U S.

Aπονθίση Αγνούθη: παροτὲ τὸ τίκυνον αἴραν, quod ejus odorem omnia reptilia aduersentur: vel ἀπὸ ἔχεν τὰς ἀνονθέας νενευωμένας: Latinis Juniperus dicitur, quod juniores & novelloſ fructus pariat, antiquis matureſcentibus: ſolam ferè arborum fructu ſuos in biennium prorogare ajunt: cuius baccæ αργυρόides, in officinis Grana Juniperi nominantur. Ejus verò lacryma, Vernix dicitur.

Genera: Diosc. l.1. c.103. αργυρόides quædam major est, altera minor: unius fructus, nucis ponticae magnitudine reperitur: alterius verò fabam aquat, at rotundus est odoratus, dulcis in mandendo ac subamarus Arceuthis dicitus. Plin. verò l.16.c.25. nec Juniperi florent: quidam duo genera tradunt: alteram florere nec ferre: qua verò non floreat ferre, protinus baccis subnascientibus qua biennio hereant: sed id falsum: & l.24.c.8. Juniperus Cedro assimilis: & ejus duo genera: altera major, altera minor: hæc Plin. Verùm baccæ in quibus dā granades, in alijs exiguae: in his dulces, in alijs prorsus amara: alijs planè rotunda, quædam oblonga & acuminata.

I. Juniperus vulgaris fruticosa.

Juniperus, Brunf. Matth. Dod. ut: Lac. Tur. Lon.

Lob. Portæ, Ger. noſtras, Cam.

Juniperus vulgaris, Trag. Clus. hist.

Juniperus minor, Fuch. Cord. in Dioscor. Lugd.

Sylv. Cast.

Juniperus humilis, Gesn. hort.

Juniperi altera species, Ang.

Juniperus vulgarior, Ad.

Juniperi primum genus, Cæſ.

Juniperus & Juniperus baccifera, Tab.

Hic describit etiam Juniperum majorem Germanicam, & fructum magnum verrucosum adpingit.

II. Juniperus vulgaris arbor.

Juniperus nata in Hispania, Plinio l.6. c.39.

Junipe-

Juniperus vulgaris celsior & arborescens, Clus.
hisp. & hist.

Juniperus major sativa, Cast.

Juniperus urbana in arboreum assurgens, Lugd.
Tales Thuscia alit, frequenter in agro Senen-
si, ut Matthiolus & Lugdunensis monent: & in
Hispania, ita ut ex ea trabes & aedium conti-
gnationes, multi fabricent, Clusio referente.

III. *Juniperus minor montana* folio latio-
re fructuque longiore.

Juniperus minima, Gesn. hort.

Juniperus alpina, Clus. pan. & hist.

IV. *Juniperus major baccâ cæruleâ*.

Junip. maximus Illyricus cærulea baccâ, Lob.
an *Juniperus alter*, Cæs.

Juniperus major, Lugd.

Juniperus major Illyrica, Tab.

Juniperus maximus, Ger.

V. *Juniperus major baccâ rufescens*.

Oxycedrus Theoph. & Galeni.

Cedrus phœnicea, Matth. Tab.

Oxycedrus, Dod. gal. Bellon cui & *Juniperus*,
ruber, Clus. hisp. & hist. Lugd.

Cedrus, Lac. Lon. minor & Cedrula, Gesn. hort.
Cedrus magna sive *Juniperus peregrina*, Cord.
in Diosc.

Cedrus minor, vel *phœnicea*, Cast.

Oxycedrus phœnicea, Dod. Ger.

Juniperi prima species, sive Diosc. *Juniperus*,
Ang.

Juniperus major Monspeliensium, Lob.

Oxyarceutis sive *Juniperus acuta*, Adv.

an *Juniperus montanus fructu flavo*, Cæs.

Ettalch Scalig. grandior *Juniperus*, Lugd.

an *Juniperus major Italica baccis rubris*, Cam.

Alijs *Cedrus Lycia Theophrasti*.

VI. *Junip. major fructu nucis magnitudine*.

Juniperus major in *Cupressi* altitudinem assur-
gens, fructu dulci, Gallæ quodammodo simili-
eduli, nucleo olivæ nucleis simili, Bellon. quid?

VII. *Arbor Americana oxyacanthæ similis*.

Lignum exoticum, Clus. exot. l. i. c. 6.

an affinis arbori Ettalch in Africa nascentis, cu-
jus Joh. Leo in des. Africæ meminit, dubitat Cl.

Incolæ igne resinam eliciunt, qua picis loco
utuntur.

ASPARAGUS ET CORRUDA.

ET si Ασπάραγος vel ασφάραγος Galenus 2. alij. omnes propemodum teneros caules & tenera germina,
seu ex oleribus & herbis, seu ex suffruticibus, seu ex fruticibus, arboribusq; vocitet, attamen peculiari
generi plantæ etiam tribuitur, qua sic dicta, quod caulinos hos, qui prima germinatione è terra pro-
deunt, præcipuos habeat.

Genera duo Dioscoridi lib. 1. cap. 152. petræa & sativa: & Galeno βασιλικὸν regium & ἐλεόν palustre,
sic enim Dioscorides, ασπάραγος περγαῖος, quem ωνανίβον (id est murinam spinam) vocant, vulgaris est
nota: & paulo inferioris: *Asparagus altilis*, frutex est ramosus, folia habens multa, longa, fœniculo similia,
radice rotunda, grandi, tuberculum habente. Et Theophrastus 6. hist. i. ασφάραγος (hanc solam vocem per
geminam *Asparagum corrudam* Gaza vertit) ex toto aculeata est, & nullum juxta aculeum folium gerit:
& 6. hist. 3. juxta aculeos pusillum quiddam clava simile producit, ex quo flosculus tandem ipse erumpit:
radice larga, alta, numerosa, eademq; tam crebra innititur, ut pars superna radicum tota connexa &
continua reddatur, ex qua vel ipsorum caulinum proventus facilitatur, &c. Plinius lib. 19. cap. 8. omnium horten-
sium lautissima cura *Asparago*, &c. Est & aliud genus in cultius *asparago*, mitius corruda, paſsim etiam in
montibus nascens, refertis superioris Germania campis non infacto Tiberij Cæsar's dicto, herbam ibi quandam
nasci similiham *asparago*, &c. & paulo infra: indicavimus & Corrudam: hunc enim intelligo sylv. *aspar-*
agum, quem Graci orminium aut myacanthon vocant: & lib. 19. cap. 4. sylvestres fecerat natura corrudas,
ut quisque demeteret paſsim &c. altiles spectantur *asparagi*: & lib. 20. cap. 10. *Asparagi* vires ubi recensuit,
subjungit: sylv. *asparagum*, aliqui Corrudam, aliqui Libycam- vocant: Attici orminium bujus efficacior
vis & candidiore major: & lib. 21. cap. 16. in totum spina est *Asparagus*.

Asparagus folio molli.

Asparagus sativus, Lac. Cast. Lugd. Ger.

Asparagus hortensis, Dod. Adv. Cam.

Asparagus domesticus, Eyst. vulgaris, Lob.

Asparagi alterum genus, Cæs.

Hic cum in pratis Alsatiae nobis vicinæ, & in
pratis ad Danubium sitis, & in Burgundia circa
Vesuntium sponte proveniat, hunc Plinium

intelligere censemus, cum in superioris Germaniae campis provenire scribit, & hic dicitur Asparagus mitior sponte nascent, Cl. hisp. & hist.

II. Asparagus sylvestris tenuissimo folio.
Asparagus sylvestris, Matth. Cast.

Asparagi tertium genus sativo simile, qui Palatum leporis, Cæf.

Sola transplantatione & cultura à sativo differt.

III. Asparagus maritimis crassiore folio.
Asparagus è ^{la} & sive palustris, Galeno.

Asparagus palustris, Matth. Ang. Tab.

Asparagus marinus, Clus. hisp. & hist. Cam.

Asparagus maritimus Dioscoridis, Ad. Lob.

Asparagi alterum genus, Cæf.

Asparagus sylvestris, Ger.

Asparagus Corruda dictus.

Corrudam nonnulli dictam volunt, teste Ruello, quod ubi adolevit, facile corrut decidatur: sic & Horminium, & ^{τε} οργων, quod est ruo.

I. Asparagus folijs acutis.

Asparagus petræa Dioscoridi & Galeno.

Corruda & sylv. Asparagus, Plinio.

Aspar. petræus & Corruda, Matt. Tab. in ic. Ger.

Corruda, Dod. gal. Cord. hist. Rauvv. Bello. Ad.

Lob. ico. Lugd. cui & Corruda Penæ.

Asparagi prima species, Ang. Cæf.

Asparagus sylvestris, Ges. ap. Lac. Dod. Cam. ep. five Corruda, Bellonio.

Corruda prior, Clus. hisp. & hist. Tab.

II. Asparagus aculeatus alter, tribus aut quatuor spinis ad eundem exortum.

Asparagus sylv. alter, Dod. Ger.

Corruda altera, Clus. hisp. & hist. Lugd. Tab. at in ico. Corruda Hispanica.

Corruda Hispanica altera, que Lusitanica, Lob. at in icon. Corrudæ varietas.

Asparagi quartum genus, Cæf.

III. Asparagus aculeatus spinis horridus.

Polytricha Bellonio.

Asparagus sylv. tertius, Dod.

Corruda tertia, Clus. hisp. & hist. Lob. Lug. Tab.

Corruda Hispanica altera, Tab. in icon.

Asparagus sylv. spinosus, Ger.

Asparagi Theophrasti nomine, cui spina pro folio, ex Creta ab Honorio Belli accepimus.

IV. Asparago acul. affinistriplici semper spina. Echinopoda Cretica, Hon. Belli ep. z. ad Clusiæ, & Ponæ Ital.

Chenopoda Plinij suspicatur Hon. Belli.

Sic autem Plin. l. ii. c. 8. ceras ex omnium arborum satorumq; floribus configunt, excepta Tumice & Chenopode: plura non habet. Verum aliqui Echinopode legunt, quam quidam Tribulum, alij Echion, alij spinæ genus inter- pretantur. Sic Dalech. ad Athenæum per Echinopoda, Cardui Chij genus intelligit.

SECTIO SEXTA.

CEDRUS CONIFERA; PEUCE SEU PINUS; PINASTER; LARIX;
PITYS SEU PICÆA; SUCCI SIVE HUMORES PLANTARUM; GUMMATA;
Resinæ; Abies; Taxus; Draco arbor; Palma Dactylifera; Palma squamo-
mofo fructu; Palma nucifera; Nuces exoticæ &
Arbores admirandæ.

CEDRUS CONIFERA.

Ke' d'p. & Dioſc. l. i. c. 105. arbor magna est, ex qua Cedria dicta colligitur: fructum verò habet uti Cupressus, at grandierem multò: At Serapio, minorem legit. Et Guilandinus com. de Papyro vult eum esse arborem, quam sub Cupresso altera proposuimus. Theophr. 4. hisp. 6. & 5. cauf. 8. Cedrum Syria gignit, eaq; ad triremes utuntur: 5. b. 5. ex Cedro simulacrum sculpere solent. Plin. l. 13. c. 5. Et majoris Cedri duo genera, que floret fructum non fert: frugifera non floret, & in ea antecedentē fructum occupat novus: semen ejus Cupresso simile: quidam Cedrelaten vocant: & l. 24. c. 5. Cedrus magna quam Cedrelaten vocant, dat picem: que Cedria vocatur.

Cedrus conifera folijs lericis.

Cedrus major, Matth. Dod. gal.

Cedrus arbor conifera, Ges. hort.

Cedrus Hebræorum non Græcorum, forte Ce-

drus Syriæ Theophrasti. Ang.

Cedrus Dioſ. & Sacrarum literarum idem. Ang.

Cedrus, Bell. (cui & Libani & Syriæ & in Ama-

Cedrus Hebræorum non Græcorum, forte Ce-

Cedrus

Cedrus Libani quæ neque Dioscoridis neque
Græcorum Cedrus est, Guil.
Cedrus magna, Dod. Portæ.
Cedrus Libani & Palæstinæ præcelsa, Ad. Lob.
Cedrus phœnicia Matthioli, Lugd.
Cedrus phœnicia nostra, Lugd.

Coni non dependent, sed sursum spectant,
ut rectè Bellonius, Dodonæus & Dalecham-
pius in hist. Lugdunensi, pingunt.

DE P E U C E S E U P I N U.

Et si πόνυν τίτρος, à Gaza Pinus & Picea vertatur, ab alijs tamen contrario modo fit, & πόνυν Picea, fortè
nobis nominis similitudinem redditur: nec mirum, cùm ut Dioscorides lib. 1. cap. 86. habet, τίτρος, vulgo nota
arbor est, ejusdemq; generis est quæ πόνυν dicitur, siquidem hæc ab illa specie tantum differat: ita ut tam picea
quam pini fructus, qui in conis reperitur τίτριδας, eodem cap. 87. monente, appelletur.

Genera: πόνυν Theophrasto 3. hist. 10. alia urbana, alia sylvestris: sylvestris duplex est, alteram Idæam,
alteram maritimam vocant: harum rectior, celsior, materieq; crassior Idæa: folio teneriori, imbecilliorq;
maritima, & cortice leviori, utiliq; ad coria. Quod altera minus. Nux maritima rotunda, breviq; debiscens, &
Idæa oblongior, viridis, minusq; hiscens, tanquam sylvestrior, &c. Idæa ramosior crassiorq; & picem copiosius
præbet, &c. Macedones genus quoddam πόνυν simile dicunt, & marem breviores, folioq; duriorem: fæminam
verò proceriorem, folijs pinguem, mollem, procliuioremq;. Mari lignum circumcincta medulla durum & operi
fabrili versuale: fæmina tractu omnino facile atq; mollius, quod quidem omnium ferè marium fæminarumq;
publica differentia est, ut casores materia asseverant, &c. (Et Plinius lib. 16. cap. 10. lignum maribus durum.
& in fabrili opere contortum: fæmina mollius, publico discrimine in securibus) Igitur πόνυν genera, urbanum
ataque sylvestre: sylvestris mas & fæmina, ac tertia sterilis. At Arcadia incola, nec sterilem nec urbanam
πόνυν appellant, sed τίτρον, &c. Plinio l.c. in Europa sex genera cognatarum arborum ferunt (pinus, pinaster,
picea, larix, abies, teda, taxus) ex ijs pinus atq; pinaster, foliūm habent capillamenti modo prætenue, longumq;
& mucrone aculeatum, &c. Pinaster nil aliud est, quam Pinus sylv. mira altitudine & à medio ramosa, sicut
pinus in vertice: copiosioremq; pino dat resinam. Sic lib. 15. cap. 10. nucum pinearum genera quatuor recenset,
1. grandissimas, 2. Tarentinas, 3. Sapineas, è picea sativa, 4. pityidas, è pinastris.

I. Pinus sativa.

Pinus urbana folio perpetuo, Theophrasto.
Pinus, Brunf. Trag. Dodon. ut: Bellon. Cord. in
Diosc. Lac. Turn. Lon. Cæs. Cast. Portæ: arbor,
Gesn. hort.
Pinus domestica, Matth. Tab.
Pinus sativa, Ang. Lugd. Ger.
Pinus vulgarissima, Adv. Lob.
Pinus Italica, Cam.

Nucem τρεπόντων Theophrastus, alij νάρρος non-
nārros & νονάρρα vocant: & in hoc genere marem
nucem rotundiorum, fæminam longiorem fer-
re volunt.

II. Pinus sylvestris.

Pinus sylv. montana Theophrasti.
Pinaster, Brunf. Trag. Tur. Gesn. hort. Lob. Cæs.
Thal. Portæ.
Pinus sylvestris, Matth. Cast. seu Pinaster, Dod.
Picea φθορόποιος, Ang. (ut)
Pinus sponte proveniens, Cord. in Diosc.
Pinus sylv. fructifera, Lugd.

Pinus sylv. montana, Tab.

Pinus sylv. mugo, Ger. ico.

an Pinaster i. vel Austriacus major, Clus. hist. qui
duplicem facit album & nigrum.

III. Pinus sylv. montana altera.

Pinus tubulus, Plinio l. 16. c. 10. easdem, inquit,
arbores (scilicet Pinum & Pinastrum) alio no-
mine esse per ora Italiæ, quas Tibulos (strubu-
los Hermolaus legit) vocant, pleriq; arbitrantur,
sed graciles succintioresque & enodes, li-
burnicarum ad usus, penè sine resina.

Pinus sylv. Mugo, Matth. Adv. Lob. Tab.

Pinus sylv. altera, Dod. ut: sed edit. lat. tertia
descriptione.

Picea altera sive sylvestris, Ang.

Pinus tubulus, Lugd.

Pinus montana minor, Ger.

IV. Pinus sylv. montana tertia.

Teda, Brunf. arbor, Lugd.

Pinus sylv. cembro, Matth. Adv. Tab.

Pinus sylv. tertia, Dod. gal.

Pinaster, Bellonio.

Pinus sylv. altera species, Dod.

Pinus sylvestris, Ger.

Plin. l.6. c.10. sextum genus est *Teda* propriè dicta, abundantior succo, quam reliqua, parciò liquidiorque quam *Picea*, flammis ac lumini sacrorum etiam gratia.

V. *Pinus maritima major.*

Pinus maritima prima, Matth. Tab.
an *Pinus marina, Ang.*

Pinus sylv. quinta, Dod. gal.

Pinus maritima, Lugd. major, Dod.

Pinus maritima Theophrasti, Lob.

Pinus sylv. montana, Ger.

Huc refer sequentem, modo eadem non sit,
Pinus sylv. altera, Lob.

Pinaster 2. & Pinus marina Theoph. Clus. hisp.

Pinaster alter Hispanicus, vel minor Hispanicus, Eid. hist.

Pini maritimæ majoris ramulus, Dod.

Pinus sylv. sive sterilis, quia nuclei edules non sunt, Lugd.

Pinus montana Theophrasti, Tab.

Pinus maritima major, Ger.

VI. *Pinus maritima altera, Matth. Tab. Lug.*

Pinus Idæa Theophrasti, Lob.

Pinus sylv. quarta, Dod. gal.

Pinus sylv. minor, Ger.

an *Pinaster primus, Clus. hisp. & hist.*

Hæc ab Austriaco majore, forte tantum ratione soli distat, Clusio monente.

VII. *Pinus maritima minor.*

an *Piceæ genus alterum, Bellon.*

Pinus maritima minor, Dod.

Pinaster tertius, Clus. hisp. Lob. Lugd.

Pinaster tertius Hisp. vel pumilo alter, Cl. hist.

an *Pinastrum alterum genus parvum in maritis, Cæs.*

VIII. *Pinaster conis erectis.*

Pinaster pumilio, Clus. pan. Cam.

Pinaster quartus Austriacus, Clus. hist.

IX. *Pinaster latifolius julis virescentibus aut pallescentibus, Clus. pan.*

Pinaster secundus Austriacus, Eid. hist.

X. *Pinaster tenuifolius julo purpurascente, Clus. pan.*

Pinaster tertius Austriacus, Eid. hist.

Thæda, Tab.

Tæda sive Pseudopinus, Ger.

Hujus arboris ramos solent nostrates Oenopolæ ante ædes suas proponere, ut Viennenæ Abietis teneriores ramos, & aliarum regionum incolæ Hederam.

XI. *Pinus Indica nucleo purgante.*

Pinei nuclei Malucani, Acoftæ, Monardi.

Pinei nuclei cathartici, Lugd.

Pinea purgativa, Cast.

Pinei nuclei Indici, Fragoso.

an *Pinioen sive Nuces pineæ ex Puna, Joseph. Acoft. l.4. c.29.*

XII. *Pino similis Orientalis.*

Cibage, Cam.

XIII. *Pineos nucleos duros referens fructus.*

Fructus peregrinus 8. Clus. exot. l.2. c.30. & in tab. 3. Lugd. Tab. Ger.

XIV. *Pineæ nucis nucleo simile semen flavo spadiceum Brasilianum.*

Fructus miscellaneus 9. Clus. exot. l.2. c.15.

XV. *Arbor spinosa fructu pineæ simili.*

Cachi arbor spinosa, cuius fructus Ciccara, forma pineæ nucis, Scalig. Ludovico Romano, Nic. Costino, & ex his Lugd.

L A R I X.

Q Uæ Larix aut Larex, etiam Græcis λάριξ nuncupatur, an à Theophrasto descripta fuerit dubitat: licet hæc vox in Gazæ versione reperiatur: Gazæ tamen Larix nihil aliud est, quam nitus Theophrasti, quam vocem plerunque Piceam interpretatus est: attamen interdum πίτυνος vocem, per Piceam & Laricem simul expressit: ut videre est 9. hist. 1. ubi legitur τερπινόν, πίτυνος, διαυγδάλης Gazæ reddit, terebintho, larici, picea, amygdala, &c. Sic Plinius de Larice agens, ea quæ Theophrastus πίτυνος tribuit, omnia illa Larici adscribit: sic l.16. c.10. scribit: quinto generi situs idem, eadem facies, Larix vocatur, materies præstantior, longè incorrupta, vix emori contumax, rubens præterea & odore acrior: plusculum huic erumpit liquoris, melleo colore atque lentore, nunquam durescens: & mox: Larix nec ardet, nec carbonem facit, nec alio modo ignis vi consumitur quam lapides. Verum experientia Plinio contrariatur, & ipsius propria verba, duin inquit: in Macedonia Laricem masculam urunt, fœminæ radices tantum. Et l.16. c.21. ei perpetuam comam tribuit, cum tamen in nostra larice contrarium contingat. Quare Gazæ larix, est πίτυνος Theophrasti: at Plini Larix, est πίτυνος Theophrasti. An forte hæc nostra Larix, si Pinus urbana folio deciduo Theophrasti: si quidem scribat

Pini

Pini urbani genus quoddam folium habere perpetuum: sylvestri autem omni id perpetuum esse: ex quibus colligere licet, urbani quoddam genus esse, cui folia decidunt, quod in sola Larice animadversum est.

Larix, Brunf. Matth. Bellon. con. Dodon. ut: Ex hac colligitur resina laricea, de qua inter Fuch. Gesn. hort. Lac. Turn. Lon. Adv. Lob. Caſt. Refinas. Fungus etiam adnascitur qui Agaric. Clus. pan. & hist. Lugd. Portæ, Tab. Ger. Cam. cum cicitur, quemadmodum Larici adpinn. Pini sylv. genus cui hyeme folia decidunt, Cæſ. gunt, Lob. Tab. Ger.

DE PITY SEU PICEA.

Pīrus à πίνυ differre videtur, Theoph. 3. hiſt. 10. quid (scilicet Pinus) pinguor sit, folio tenuiori, magnitudine minor, erectaq; minus affurgit: præterea quid conum breviorem horridioremq; ferat, ac nucem magis resinosa. Ambabus folia capillata, sed Pence materies candidior, similiorg; Abieti, atq; in totum minus spinosa. Et 3. hiſt. 6. quidam Pinum & Piceam florere existimant, quidam minimè, sed Piceam nūlloq; id est, nucamentum gignere, quod Grossis proportione respondet. Plinius lib. 16. cap. 25. Pinum Piceamq; ullo flore exhibilari negat: experientia tamen refragatur. Et ut lib. 16. cap. 10. Picea plurimam resinam fundit, interveniente candida gemma, tam similitibus, ut mista, visu discerni non queat, &c.

Genera duo ex Plinio colligimus, sativam & sylvestrem, illam Sapinum, hanc Piceam nominat. Nam Sapinus inferiorem & enudem Abietis partem significat: sicut superiorem partem nodosam durioriemq; Fusterna, Plinio lib. 16. cap. 39. scribente: verum etiam arborem significat: hoc enim lib. 16. cap. 12. habet: inter hac genera proprium quidam fecere Sapium (Sapinum Turnebus legit) quoniam ex cognatione earum seritur: ejusq; arboris imas partes Tedas vocant, cum sit illa arbor nil aliud quam Picea, feritate paulum mitigata satu: Sapinus autem materies cæsarum è genere fiat. Sic Plinius ejus nucem Sapineam vocat: nam lib. 15. cap. 10. nucum Pinearum genera enumerans, tertium ait Sapineæ, è Picea sativa, nucleorum cute verius quam putamine, adeo molli ut simul mandatur.

I. Picea major prima, sive Abies rubra.

Picea, Brunf. Matth. Ang. Cord. in Diosc. Gesn. hort. Lac. Lon. Adv. Lob. Cæſ. cui & Tæda Pliniij, Caſt. Lugd. Thal. Tab. Ger.

Abies prima & rubra, Trag.

Abies, Dod.

Sapinus, Bellonio, Lac.

Picea Plinij & Abies mascula Theophrasti, Clus. pan. & hist.

Hanc alij Abietem marem Theophrasti: alij

Piceam φθειρόφορον ejusdem i. caus. 9. quam Gaza pediculiferam, Scaliger pediculariam interpretatur. Sic dicta Plin. l. 16. c. 10. quod totis paniculis minoribus gracilioribusq; minimos ac nigros nucleos pediculis similes gignat: alij Tædam Pliniij (de qua sub Pino quarta) faciunt.

II. Picea minor.

Picea pumila, Clus. pan.

Pinum tubulum sive tibulum Plinij, Dalechampius vocare videtur, Clus. hist.

DE SUCCIS SEU HUMORIBUS

Plantarum.

Quemadmodum multis animalibus pili & pennæ decidunt, & serpentes singulis annis exuvias depidunt: sic & plantis folia, flores & fructus decidunt, & ex earum aliquibus humor superfluus profluit, at Vitibus lacryma: Ceraso, pruno gummi: picea, terebintho, lentisco, resina: alijs alijs liquor quantitate molestus. Nam ut in animalibus sanguis turget, sic in plantis humor seu succus, qui si vel sponte profluat, vel arte educatur, ad earum conservationem facit: nam & plantæ suas venas & nervos habent, per se nomine carentes, ut habet Theophrastus 1. hiſt. 3. quæ similitudine quadam nomina partium animalium fortuntur. Sanguis autem plantarum, earum succus proprius est, ut in Ficubus lac. secundum Aristotelem 1. de plantis: in Vite veluti humor: in quibusdam veluti oleum: in alijs pici liquida similis: in nonnullis, ut gummi. Et ut Theophr. l. c. humore plantarum deficiente, & ipsæ deficere incipiunt, eoq; exsiccati, tabescunt: quem humor nonnulli simpliciter ὄποι succum in cunctis appellant, quidam absque nomine relinquunt: in quibusdam vero ὄποι succum, inq; alijs δάκρυον lacrymam vocant. Idem ferè habet Theophrastus 6. caus. 17. & hic pro coctionis diversitate, diversam crassitatem & colorem nanciscitur. Hinc si hujus humoris consistentiam consideres (ex Theophr. 6. caus. 17.) alijs callosiores lentioresq; sunt; alijs aquosi, minusq; lenti: hinc alijs densari possunt, alijs neque nulli nonnullis etiam quid densentur atque concrecant, aliquid miscent. Quare succus plantarum, qui χυλὸς proprius est humor

is humor est. quo plantæ nutriuntur, quiq; non sponte, sed præcedente expressione, aut alia preparatione elicitor: quiq; semper tenuior est, nisi calore exsiccatus, induretur. Liquor vero sive òòs, crassior est, qui interdum sponte, interdum incisione delabitur, & velut lacryma proficit, unde communiter òangov lacryma vocatur. Qui si oleaginosus & liquidus fuerit, p̄triv dicitur: si terrestrior, aqueus & in truncis arborum concretus, nouu gummi: qua vero naturam medium inter gummi & resinas possident, & partim terrestria & aqua, partim oleaginea & pinguis sunt, nouu p̄triv gummi resina nominatur. Sed de succis inspissatis primum, dein de gummatibus, tum de Resinis, & tandem de Pice.

De succis inspissatis.

I. Ammoniacum, ~~deputacione~~ Dioscoridi l. 3. c. 98. est Ferulæ (òòs) liquor, & totus cum radice frutex Agafyllis appellatur: Galen. 6. simpl. Ferulæ lacryma. Plinio l. 12. c. 23. Hammoniacum lacryma, ab Hammonis oraculo nomen habet, juxta quod gignitur arbor, quam Metopion vocant, resinæ modo aut gummi. Ammoniaci lacryma, Matth.

Hammoniacum seu gutta Hammoniaca, Cord. hist.

Ammoniacum, Cæf.

Armoniacum officinis & Gummi ammoniacum.

Probat Dioscorides l.c. benè coloratum (exterius flavum, intus candidum) ligni & calciorum expers, thuris glebarum granorumve similitudine, syncerum ac densum, nulla forde spurcatum, castorei odore, & gustu amarum: quod genus θραύστων (thrauston Plinio, quasi dictas fragmentum) appellatur: alterum, quod terræ calculorumve particeps est, φύγανα (Phryma Plinio, i. e. mixtura) dicitur: & hoc ad medicamenta in aqua resolvitur.

II. Galbanum χαλβάνη Dioscor. l. 3. c. 97. liquor est Ferulæ in Syria nascentis, quam nonnulli Metopion vocant: Gal. 8. simpl. χαλβάνη succus est plantæ ferulacea: hoc secundum eundem l. de Antidot. in Sagapenum convertitur. Plin. l. 12. c. 25. Galbanum dat & Syria in eodem Amano monte, è ferula ejusdem nominis resinæ modo, quam Stagonitin appellant, de qua & l. 24. c. 5. At Theoph. 9. hist. 7. Chalbanum in Syria nascitur ex Paco vocato.

Galbanum, Matth. Cord. hist. Cæf.

Probatisimum quod thuris effigiem præbet, colore maximè flavum (tale enim recens est) gummosum purum, pingue, minimè lignosum, odore gravi, nec valde humidum, nec penitus aridum, & cum accenditur clarum,flammam nutririens: hoc Dioscorides resinâ & ammoniaco, Plinius vero Sagapeno, adulterari scribit.

III. Opopanax ὀποπάναξ Diosc. lib. 3. cap. 55. ex Panacis Heraclei radice concisa colligitur. Gal. 8. simpl. radicibus & caulinis: at Mesuæo, ex ferulaceo panace: nonnullis ex Chironio. Opoponacis Plinius lib. 20. cap. 24. in Theriaca meminit.

Opopanax sive Opoponacum, Cord. hist. Lugd. Opopanax, Cæf.

Probatur amarissimum, intus candidum aut subflavum, foris ad auri colorem inclinans, laxe, pingue, Galbani instar lentescens, friabile, graveolens, & dum resolvitur proprius ad lacteum liquorem accedens.

IV. Sagapenum: σαγαπένων Dioscor. l. 3. c. 95. ferulacea herbæ liquor, quæ in Media nascitur: Gal. 8. simpl. ex planta ferulæ (panaci addit Clusius) assimili. Sanè ipsa planta Sagapenum dicitur, at liquor abusivè hoc nomen obtinuit, rectius Sagapeni succus diceretur. Plin. l. 20. c. 18. Sagapenum, Hammoniaci lacrymæ simile. Sagapenum officinis Serapinum, Matth. Cord. hist.

Sagapenum, Cæf.

Probatur quod sincerum, pellucidum, foris ruffis, intus cum frangitur flavis aut candentibus guttis compactum, inter digitos lentescens, medio inter Silphium & Galbanum odore, acrique gusto: & ut Asa foetida resolvitur.

V. Meconium, μεκόνιον Dioscor. lib. 4. capite 65. succus est, ex papaveris nigri folijs & vasculis tuis expressus & exsiccatus, quem privatim Graeci μεκόνιον vocant, sed liquore viribus multò imbecillior est: propter aqueam & incoctam substantiam. Eadem l. 6. c. 17. Μέκονος οπὸς dicitur. Plinio l. 23. c. 1. Meconium: licet eidem l. 20. c. 19. Mecon tithymali species sit: & lib. 27. c. 12. meconion aphrodes, peplos est. Meconium, Lugd.

VI. Opium, ὄπιος τὸ μῆνυν Dioscor. l. 4. c. 63. est liquor laetus, qui ex papaveris nigri scapo leviter inciso colligitur: ubi colligendi modum docet.

Opium

Opium, Matth. Cæf. Lugd.

Opium nigri papaveris liquor, Cord. hist.

Opium, Ofuim Mauritanis, Garz. Frag. vide
Acostam.

Amforis Opium, Linsc. par. 4. Ind. Or. c. 34.

Opium triplex est: album quod è Cairo ad-
fertur, quod forte Thebaicum: alterum ni-
grum & durum, ex Aden: tertium flavescentes
magis ac mollius ex Cambaja & Decan, Garz.
Linscot. lib. c. at Fragosus, albicantis & nigri-
tantum meminit.

Ex Papavere nigro elicetur, Plin. l. 20. c. 18. &
Avicennæ: at apud Turcas ex papavere albo,
qui totos agros, ut nos tritico conserunt, cum
apud eos & Persas in quotidiano usu sit, at dra-
chmæ unius pondus: ejus enim usu se animo-
stiores fieri credunt; neq; belli pericula reformi-
dere, Bellonio scribente: & ut Linscot. l. c. qui
semel, sed sensim, affluevit, nisi indies iteret, bre-
vi tabidus moritur: & si per dies quatuor aut
quinquaginta intermitat moritur. Paludanus in Linsc.
scribit, Turcis privato nomine Maslac vocari,
& ab ipsis indies pisi magnitudine devorari.

Probatur candidum, vel leoninorum pilo-
rum modo flavescentes, in massam veluti ex gra-
nulis diversi coloris coactum grave, densum, so-
lidum, sine sordibus existens, amarum, gustu ca-
lidum, odore gravi & viroso, somnum inducens
& in aqua propter liquefcens, Bellonio & Pa-
ludano monentibus: & hoc in Asia minore in
placentulas unciarum quatuor, vel selibre pon-
do cogitur. Quis ergo nostrum adulteratum
esse non animadvertis? Attamen ex eo quod
ad fertur, eligendum, purum, colore maxime
ruffum aut spadiceum, cum frangitur, splendo-
re quodam nitens & quod facile dissolvitur, sed
non ceræ instar lentiscens.

VII. Ἀλοë, Aloë & de herba & ejus succo
densato dicitur: ex Aloë, Diosc. l. 3. c. 25. (ὄπισμα)
succus coactus ex India ad fertur.

Genera duo (χυτίναις) succi: alterum a-
renosum, quod veluti fæx & crassamentum pu-
tissimæ esse creditur: alterum (*κατάτισθιν*) ad jecotis
imaginem vergit, Diosc. l. c. Recentioribus
illam Caballinam, quod equis & veterinaris
medicandis dicata sit: hanc Hepaticam, quod
Hepatis modo coacta sit, nominat: quam etiam
nonnulli Succotrinam, quasi succo citrina, quod
ejus pulvis citrinus sit. Vel potius Socrotrina
ut Linsc. p. 4. Ind. Or. 6. & p. 4. c. 38.) à solo natali

Socotra Insula, quæ alijs omnibus præstat, solida atque compacta. Sunt tamen qui has differen-
tias faciant, succotrinam, subcitrinam & optimam: alteram Hepaticam, nigriorem synceram
tamen: 3. Caballinam, lividam, arenosam.
Aloë, Matth. Cord. hist. Lugdun. Aloë ex India,
Cæsalp.

Eligenda pinguis, nitida, calculorum expers,
sub flava, hyeme friabilis, æstate molliuscula,
hepatis modo coacta, facile humescens, eximie-
que amara: nigra contraria, fractuque contumax,
improbanda: lavanda quin etiam & quod are-
nosum substitit abjiciendum, pinguissum &
quod leve est recipiendum: hæc Diosc. l. c. Apu-
lam & Hispanicam succo faciendo inutilem
Cordus scribit: at quomodo tam Hepatica,
quam Socotera dicta, ex nostra Aloë elici possit,
eleganter Doctis. Fabius Columna in sua plant.
ηφαγεῖ ostendit.

VIII. Succus Aloë facie.

Iraituch & Aiavve succus primus & America,
Musæ folijs involutus, Clus. ex. l. 4. c. 7.

IX. Scammoneum *οναυαονία*, Scammoneæ
plantæ succus, qui ex radice lacteï succi plena
incisa & exsiccatæ reservatur: cujus modum
Dioscorides l. 4. c. 171. docuit.

Scammonium, Plin. l. 26. c. 8. vocat: quem tan-
tum usui esse, Theophrastus 9. hist. 12. scribit.
Scammonium, Matth. Cord. hist. Cæf. Lugd.

Scammonea officinis ad Aræbum imitatio-
nen hic succus dicitur, qui densatus in massas
cogitur, & exsiccatus fuscus, aut lividus, aut ci-
nericeus, aut fulvus redditur.

Differentæ hujus ratione loci apud Diosc. &
Plinium: ille, eum qui ex Mysia regione Asiae
deportatur, commendat: natione autem Syria-
cum & Judaicum deterrium haberi, ervi farina
& Tithymalo adulteratum. At Plinio lauda-
tur Colophonium, Mygium, Priennense: adul-
terinum verò fieri ervi farina & Tithymali ma-
rini succo, in Judæa ferè, quod deprehendatur
gusto, cum Tithymalus lingua excalefaciat, &c.
Quod verò Scammonium nostrum, notas à Dio-
scorid. tributas non habeat, causa putatur, quod
hoc tempore veterem parandi modum non ob-
servent, ac non ex radice incisa, ut Dioscorides
docuit, sed prorsus dissecta, vel expressa, aut è
stipitibus & folijs contusis paretur: alioqui tan-
ta Scammonij copia quotannis vix afferri pos-
set; vel etiam lacte Tithymali adulteratum.

Opti-

Optimum est quod ex Anthiochia defertur, quor acerimus, facileque concrescens effluit: dein Armenū, Europæum omnino pravum est. Probatur quod pellucidum, lœve, rarū, spongiae instar foraminosum, colore cum frangitur fulvum, taurini glutinis modo translucēs: nec vehementer linguam excalefaciens (quod admisi Tithymali argumentum est) & cum lingue affricatur, in candidissimum liquorem lactis similem se superficie resolvens: cito liquecens, friabile, nō valde ponderosum, nec tetri odoris. At glebae ingentes nigræ & graves, aut adulteratæ sunt, aut succus est ex tota planta expressus.

Hujus vehementia corrigitur à quibusdam Aloë addita; sed rectius, si Malo cydonio excavato indatur, pasta circumdetur, & in clibano coquatur, dein contundatur, ut veteres fecere: aut ut alij, in succo Cydonio coquatur: melius verò si semina fœniculi, anisi, dauci adderentur. Sic correctum Diacydium, quasi lacrymula dicitur, in officinis Diagredium, quod nimis recentis, vehemens: antiquum imbecillum, quare tormina excitans: bimum optimum est.

X. Elaterium, ἀλετήριον Dioscoridi l.4. c.155. & Theophrasto 9. hist. 10. dicitur (Gaza agitatorum vertit, fortè quia motu turbatorio corpus exagitat) Elaterium Plinio l.20. c.1. Hoc Dioscorides ex succo fructus, addito extrahendi modo: Theophrastus ex semine (fructum intelligens) liquato: Plinius ex succo è semine expresso fieri scribit. Hoc à bimatu ad decennium colore candido utile, Dioscoridi: Ἀγεινeta, quod anno antiquius non est, & quod virescit probat. Theophrasto, omnium medicamentorum diuturnissimum, & optimum quod vetustissimum: hinc Plinius ex Theophrasto 9. hist. 14. ducentis annis servatum meminit. Hoc Hippocrates usus fuit, nunc verò ob ejus vehementiam, non facilè usurpatur. Elaterium, quod leve & candidum & igne instar pinguedinis accenditur, Bellon. Elaterium, Matth. Bellon. Cæf. Lugd.

Plinius l.20.c.1. meminit Cucumeris sylv. in Arabia nati, heliotropio simili, semine nucis juglandis, quod semine & Elaterio contra serpentes efficacissimum sit: hoc neendum novimus.

XI. Euphorbium ὑφόρβιον, succus est acerimus, arboris ferulæ speciem gerentis, Dioſc. l.3. c.96. qui & colligendi modum docet, ut supra, l.10. ſect. 6. ostendimus: At Dodonæo non arbor, sed herba potius est, cuius folijs incisis li-

verum ætate arboreſcere videtur.

Euphorbium Plinio.

Euphorbium, Matth. Cæſalp. Lugd. euphorbiæ nominatae plantæ liquor, Cord. hist.

Genera duo sunt: unum Sarcocollæ modo pellucidum, flavum, pisi magnitudine in guttas æquales densatum, modice cavernosum: alterum in utriculis quibus excipitur, in massam densatur, candicans, aut vitri colore: adulteratur Sarcocolla, aut gummi & tithymali liquoris admixtione. Eligendum est purum, translucentis, candidum aut flavum & acre, quod levè lingue contactu os accensum diu detinet: quare etiam non sine molestia tunditur, nisi naribus diligenter obturatis & munitis.

XII. Succus liquiritiæ: ex radicibus succus exprimitur, & in pastillos condensatur ex Cappadocia, Hispania, etiam Bambergi ubi frequens est, adfertur.

XIII. Succus Acaciæ: ex Acacia in Ægypto (ἀκακίαια) succus exprimitur, qui in umbra siccatus, ex maturo quidem fructu niger, ex immatura subfulvus redditur: aliqui tamen è folijs una cū ipso fructu exprimunt. Eligendum modice fulvus & odoratus: hæc Dioscorides l.1.c.133. Acacia legitima, Matth. Lugd.

XIV. Acacia Germanica: ex prunis sylvestribus coctis succus exprimitur, insolatur & exſiccatur, & tessulatim divisus, Acaciæ vera loco aſſervatur. (Lugd. Succus è syl. prunis, Acaciæ ſuccedaneum, Matt. Acacia Germanica, Dod.

De Manna.

I. Manna.

Δροσομέλι & αἱρόμελι, Galeno.

Melleus humor in Robore, Theophrasto.

Mel ex aëre, cui cœlestis natura, Plinio.

Men, Siracost & Terniabin, Arabibus.

Thereniabin & Trungibin, Serapioni & Avi-Manna purgatoria, Matth. (cennæ. Drosomeli, Cord. hist.

Manna & mel roſcidum, Cæſ.

Manna, Persis Xercast, ſive Xerkeſt, id est Lac arboreum, Linſcot. part. 4. Ind. or. 29.

Est autem Manna seu Mel aëreum vapor teræ ſuccofus & optimus, æstatis calore elevatus, & in aëre in dulcem liquorem excoctus, noctis frigore coactus, & roris modo ſupra arborum & fruticum folia decidens.

II. Man-

II. Manna liquida.

Cedrium mel Hippocr. Ros Libani Græcis, Bel.
Terniabin Arabibus & Turcis, Eid.
Manna mellis instar liquida, Linscot.
an Manna Germanica liquida flava, ceu Syru-
pus folijs insidens, liquidum permanens, dum
ab apibus auferatur, Cord. hist.

Hæc in monte Sinai colligitur, & instar mellis
in fistilibus, Cairum venalis defertur.

III. Manna officinarum.

Manna nostra laricea, Rauvvolf.

Manna durior & concreta, quæ Mannæ nomi-
ne Caii officinis reperitur.

Hæc communiter Calabrica nominatur, quia
in Calabria circa Canis ortum ex Fraxino &
Orno, ab incolis in usum medicum colligitur:
quæ duplex in officinis.

Granata, quod minoribus granulis conster.

Masticina, quæ majoribus & mastichi guttis
propè æqualibus.

Vel Manna foliorum, quæ minutioribus micis
constat, quia ex folijs colligatur: & Manna cor-
poris, quia ex ramis arboris habetur, Cæf.

Eligenda candida, recens, anno non vetusti-
or: rufa enim & fusca, inveterata est: adultera-
tur saccharo penidio, herbarum folijs circum-
voluto: & quæ Sennæ folia granis suis ample-
titur, factitia est.

In Apennino quoq; aliquando in canicularibus
promiscuè in plurib. arboribus, sed præcipue in
Quercu & Salice colligitur, nunc concreta simi-
lis Calabriæ, nunc liquidior melli similis, Cæf.

IV. Manna Persiana granis Coriandri.

Transchibil., mannæ species, quæ ex spinoso
frutice, quem Arabes Agul & Alhagi vocant,
colligitur, forte Manna Israëlitarum, Rauvv.
Mannæ genus aliud, Tiriam Jabyn, seu Trum-
gibyn dictum, quod ex floribus alijs quoque &
folijs legitur, magnitudine seminis cannabini,
colore rubro: cuius in Ormo & Persia, non vero
India, usus est, Linsc. part. 4. Ind. Orient.

Ex Syria longè candidior Italica adfertur du-
plex: Mastichina, quæ translucida Mastiche si-
milis: Bombycina, minimè translucida, can-
dore Gossipij, Matth. Cæf.

V. Mannæ Calabrinæ similis Persica.

Mannæ tertium genus, cuius fragmenta folijs
adhuc cohærentia advehuntur, Linscot.

VI. Manna Armeniaca.

Manna frustis pugni magnitudine, fusci colo-

ris fortè Manna Alhagiezi Avicennæ, Rauvv.
Succi exoticæ.

I. Succus laxativus est flavo rufescens.

Succus undecimus qui Ghitta jamau dicitur,
Clus. ex. l. 4. c. 8.

Gutta Gamandra: gummi gotta: gutta ge-
mau: gummi Peruanum alijs: alijs succus
Gambici, vel Crambici.

Catragauma, vel gemu, Burgraf. in Achille.

Hic ex Sinarum regione adfertur: & aliqui
Euphorbij succum censem, sed arbor tanta non
est: alijs Rhamni solutivi: alijs Cataputiæ suc-
cus: alijs ex Scammonio & Tithymallo com-
positus nonnulli compositum ex Chelidoniæ
majoris succo Scammonea & Croco suspican-
tur: alij ex succo corticis mediani Frangulæ.
Quid si fortè succus è floribus Ricini Indici ex-
pressus, & exsiccatus, cujus in Hydropicorum
serosis humoribus ducendis insignis usus.
an Gummi ad podagram ex novi orbis conti-
nente, quo isthic podagrī se purgant, Monar-
di, Lugd.

II. Succus splendens Anethi odore.

Usuc & Gyp succus 2. ex Amer. Clus. ex. l. 4. c. 7.

III. Succus Aspalatho similis Anethi odore.

Succus primus concretus à Gareto, Clus. exot.
lib. 4. cap. 8.

IV. Succus colore albo, flavo & rufo mixtis
Anethi odore.

Succus quintus à Gareto, Clus. l. c.

V. Succus cinericeus fœniculi odore.

Succus nonus, Clus. l. c.

VI. Succus aspalatho similis ater micis albis
aspersis odorus.

Succus tertius à Gareto, Clus. l. c.

VII. Succus aspalatho similis inodorus.

Succus ater à Gareto, Clus. l. c.

VIII. Succus atrorubescens inodorus.

Succus decimus, an Bixa Oviedi, Clus. l. c.

IX. Succus flavus albis granis commixtis,
gravi odore.

Succus quartus à Gareto, Clus. l. c.

X. Succus visco similis colore vario.

Succus circa bacillum concretus, Clus. l. c.

XI. Succus mastichinæ resinæ non absimilis.

Succus sextus à Gareto, Clus. l. c.

XII. Succus Succino non absimilis.

Succus septimus Anime similis, Clus. l. c.

XIII. Succus Sanguini draconis affinis.

Succus duodecimus, Clus. l. c.

XIV. Succus camphoram redolens ex radi-
ce Canellæ vulneratae, Garz.

Canellæ liquor è viridi cortice præsertim radi-
cum inciso, Acostæ.

D E G U M M I.

Gummi (*nōmū Gracis*) lacryma est, in truncis arborum ipsum producentium coagulata & concreta, Galeno 7. simpl. cuius substantia magis aqua est, ut Resina oleaginosa: quare Gummi aquae facile, oleaginosis difficulter miscetur: contrà Resina, quæ etiamflammam facile concipit, cum Gummi in igne crepitat, et si calidum stillando procedat, ubi tamen aërem contigerit, coagulatur & aquæ simile est, ut Aristotelis 2. de plantis, verbis utar: quare id prunis ardentibus injectum, fragorem edit. Verum, ut idem Aristot. quædam quomodo conchæ & lapides coagulantur, alia molliuscula: quædam pellucida, aureo colore flave-scentia, alia obscura, pallidiora. Nunc ad specialia.

I. Gummi Arabicum: à Serapione sic di-
ctum, quia ab Arabia regione Ægypto conter-
mina importabatur.

Kóμμι ἐν τοῖς ἀναξίοις, Diosc. l. i. c. 133.

Commi ex spina Ægyptiaca, Theoph. 4. hist. 3.

Gummi ex Ægyptia spina, Plinio l. 13. c. II.

Gummi Acanthinum, Celso, l. 5. c. 1.

Gummi Thebaicum, Galeno, nonnullis Baby-
lonicum, quod Gummi est à Græcis simpliciter
sic dictum, Matth.

Gummi Acaciæ, diversum ab Arabico vulgaris
usu.

Gummi Arabicum & Acaciæ gummi, Bellon.

Gummi quod Arabicum cognominatur, Cord.
histor.

Gummi Arabicum, Lugd.

Probatur Dioscoridi vermiculatum, vitri
modo pellucidum, ligni expers: proximum est
candidum: at resino sum ac sordidum inutile est.

II. Gummi tragacanthum: quod ex radice
plantæ spinosæ ejusdem nominis vulneratae
effluit, Diosc. l. 3. c. 13. qui Ἀάγριον vocat, quāvis
Theoph. 9. hist. 8. sponte profluere afferat.

Τραγανθάνηλος, Gal. 8. simpl.

Tragacantha lacryma, Matth. Lugd.

Dragantum officinarum.

Gummi Tragacanthæ, Bellonio.

Tragacanthum, Cord. hist.

Probat Dioscorides pellucens, lœve, gracile,
purum ac subdulce: Vel eligito candidissimum,
purum, æqualiter translucens, & cuius minima
portio, maximam aquæ copiam coagulet: &
hoc non nisi pilis & pistillo calidis lœvigatur.

III. Sarcocolla.

Σαρκονόνθα (Αάγριον) lacryma arboris in Perside
nascentis thuri tenui similis, subfulva, gustu a-
mariuscula, quod nōmū & admixtione adultera-
tur, Diosc. l. 3. c. 99. Sic Galeno 8. simpl. lacryma
arboris Persicæ. Plinio l. 13. c. 10. fit & ex Sarco-

colla, ita vocatur arbor, gummi utilissimum,
simile pollini thuris, & ideo candidum quā
ruffum meliūs: & l. 24. c. 14. sunt qui Sarcocolla-
lam spinæ lacrymam putant, pollini thuris si-
milem, cum quadam acrimonia dulcem.

Sarcocolla, Matt. Lac. Cord. in Dios. & hist. Cæs.

IV. Gummi Hederæ.

Κάρδος Αάγριον, Dioscor. l. 2. c. 210. Galen. 7. simpl.
Lacryma hederæ, Plinio l. 24. c. 10.

E majore Hederæ trunico vulnerato, & in-
terdum sponte lacryma quædam, & gummeus
succus exit, ex flavo rubescens, odore gravis,
sapore acer.

V. Cancamum.

Κάνκαμον, lacryma est Arabicæ arboris (folia
Myrti habentis, Amato) myrrham quadante-
nus referens, viroli gustus, quā tanquam thy-
miamate, id est, suffimento utuntur, Diosc. l. i. c. 23.
Et ut Plin. l. 12. c. 20. ex confinio Casiae, cinamiq;
& Cancamum ac Tarum invehitur. Verum illud
Anime, hoc Agallochum sylv. Dalecham-
pius in Plinium, credit.

Cancamum Dioscoridis, Laccam dicunt Se-
rapio, Ægineta, Matthiolus: at Brassavolas,
Garzias, Clusius, res diversas faciunt: aliqui
non modò diversum, sed & incognitum putant:
quidam Cancamum Dioscoridis, Benivi esse
volunt. Anijmum, Amato.

Anime (quod ex Æthiopia Arabiæ finitima in
Lusitaniam advehitur) Monard. Frag. & par. 9.
Ind. occid. l. 4. c. 29.

Anime vulgo, quasi Aminea Myrrha, Cæs.

Anime triplex habetur: 1. fulvescit & pellu-
cidum est: 2. nigricat & taurino glutini sive
Colophoniæ ferè simile, vel Myrræ, quam &
Minæam, à terra ubi præcipue nascitur, Dio-
scorides appellat.

Aminea Serapioni, unde Lusitanis corruptè pro-
Minea vel Aminea, Anijmum & Hermolao

Myrra

Myrrha Ainea : 3. pallidum & retorridum, Clus. & Lugd.

Sic alia ex Hispania nova sive America, quæ Monardi Orientalis : alia candidior orientali, de qua Garzias & Cancamum Græcorum esse vult: licet aliqui Succini speciem suspicentur.

VII. Lacca officinarum.

Lac legitimum nomen, sic dicitur, quod hoc medicamentum, cum ejus usus est, in Loc sive mellis crassitiem dissolvatur: & ubi præstanssum nascitur, Trec nominatur.

Myrrhæ similis Avicenna.

Chermes Arabum quorundam.

Formicarum alatarum stercus, Amato.

Formicæ enim hanc Laccam elaborant, materiam ex arbore exsugentes (unde plerunque formicarum alæ permistæ conspicuntur) & hos ramulos arbore avulso in umbra siccant, Garzia monente. Fortè rectius dixerimus, lacrymarum & reliquorum Gummi modo, sponte exudasse & concrevisse. Verùm & in arbore Benifera reperitur. Cancamum, officinarum Lacca, Matth. Cord. in Diosc. & hist.

Lacca Arabum & officinarum, an Cancamum Dioscoridis, Lob.

Lacca, Garz. Acostæ, Frag. Clus. Lugdun. (qui Cancamum esse negat) Tab.

Gummi Laccæ, legitimum est Cancamum, Cæsalp.

Lacca à Malaijs Cajulacca dicta, ex qua ceram

Hispanicam conficiunt, Linscot. part. 4. Ind. or. c. 24. & fig. 18.

Duplex habetur: ea quæ cum bacillis, vix enim sine ijs adfertur, quam Laccam Sumetri vocant, quia ex Sumetra insula, id est, Taprobana habetur: ut eam quæ in glebis sine surculis affertur, Laccam Comberti nominant: & altera factitia, qua infectores utuntur, quæ & suas differentias habet.

VIII. Sanguis draconis officinarum.

Aixa dranortis, Diosc. l. 5. c. 109.

Cinnabari seu sanguis draconis, Cord. hist.

Sanguis draconis, Matth. Cadamusto, Theveto, Monardi, Cæf.

Sanguis draconis verum est Cinnabarum Dios. Cast. Cæf.

Est arboris exoticæ lacryma, nam statu anni tempore arbore ferro faucentur, quæ anno sequenti gummi emittunt, quod coctum & defœcatum hoc gummi efficit: in Africa, in parva

quadam insula Atlantici Oceani propè Mederam: nunc laudatissima ex Carthagine Peruanæ adfertur. Arborem hanc primus Clusius, arboris Draconis nomine exhibuit. At Acosta, in India arbor Ber, sive Malus Indica dicta, æstate alatis formicis perpetuò onusta conspicitur, quæ in ejus ramis Laccam elaborant. Cinnabarim Dioscoridis, Solinus & alij censem, (at Clusius subdubit) fortè quia Diosc. l. c. scribit, Cinnabarim altè & abundè coloratum esse, & eam ob causam quosdam *αιρενότιον* appellasse.

Duplex habetur, nativum & quoddam factum, panibus coactum, ex rubrica & pice cophonia, quo potissimum veterinarij utuntur, Cæf. Frag.

VIII. Asa fœtida.

Asam aliqui duplē faciunt, aliam dulcem sive odoratam, aliam fœtidam: hanc Altit Arabum: illam Belzoinum officinarum esse, & utrumque è Laserpitio profluere volunt. Hic de Asa fœtida, quæ gummi est Laseris sive Laserpitij plantæ ferulaceæ, quæ *σίδηρος* Dioscoridi l. 3. c. 94. dicitur, ex cuius radice atque caulis incisis (*σπάσας*) liquor hic colligitur.

Altit, Avicennæ: Anjuden, Indis.

Asa, officinis, sed rectius Asa, quasi Laser, forte voce ex Laser corrupta.

Asa fœtida, laserpitij species, Cord. histor. Lugd.

Succus Lybicus, interdum Medicus & Syria-cus, alias Cyrenaicus, à loco natali vocatur.

Duplex Theophr. 6. histor. 3. alter ex caule, quem *ναυλίαν* Scaparium: alter ex radice, quem *ῥιζαῖαν*, radicaceum vocabant: & Plinio lib. 19. cap. 3. duo sunt nomina, Rhizias, atque Caulias vilior illo: & lib. 22. cap. 23. Silphium venit primo è Cyrenis: nunc ex Syria importatur, deterior Parthico, sed Medico melior, extincto omni Cyrenaico, &c. In officinis sœpe duplex: una pura & translucens: altera impura & turbida, cui Sagapenum (quo adulterari Diosc. scribit) cuius odorem refert, permiscetur, unde Germani Diaboli stercus nominant: utraque tamen gravis odoris est. Cuius si usus esse debeat ad medicamenta liquida, aqua aut acero, aut vino injectum supra prunas resolvenda, & quod in fundo manet rejiciendum: vel per colum cui adhærebit, transmittendum.

I X. Gummi ex Molle fœniculi odore.

Gummi album ex cortice arboris Molle, Lugd. a Succus octavus, Clus. exot. l.4.

X. Gummi caryophyllorum, similis facultatis cum resina Terebinthina, Garz. Frag.

Gummi ex atro rufescens, inter Caryophylla interdum reperitur, Clus. in Garz.

XI. Camphora officinarum.

Capur & Cafur Arabum, Garz.

Camphora ex genere bituminis, Cæf.

Caphura, Matth. Cast. (qui arborem ad pingit) Lugd.

Camphora, vulgo Alcanfor, Frag.

Est gummi-resina pellucida, candida, ex rīmis arboris peregrinæ, juglandi nuci simili, folijs salignæ similibus, Garziæ: Dioscoridi & Græcis veteribus incognita: è recentioribus Aëtio & Sethi cognita.

Insula Borneo, arboribus camphoriferis refer-
tiſima eſt, nec preciosior in Oriente camphura
habetur, Linsc. part. 2. Ind. or. c. 24.

Differentiæ duæ: i. Caphura de Burneo, quæ
raro ad fertur, & omnium nobilissima: (part. 9.
Ind. occid. additam) altera ex Sina in Europam
ad fertur, Garz. Acoſtæ, in panes orbiculares co-
aeta: Et Arabes genera quatuor constituunt, in
caput, pectus, crura & pedes dividentes, Garziæ
& Fragoso monentibus: hicque alteram dicit
Chyneam, à Chyna unde advehi soleat: vel
Chnichen, Linscot. part. 4. Ind. or. c. 36. Sicilia
rudis eſt, alia elaborata: rudis eſt ignem non

experta: elaborata, quæ solis aut ignis calore
excocta atque purgata, album colorem contra-
xit, Matth. (odora).

Eligenda instar crystalli splendens, syncera,

XII. Chonidetros gummi quoddam Suc-
cino crudo persimile, quod Caphura quæ ex
Burneo ad fertur, sæpe permiscetur, Lugd.

Gummi Chamderros vocatum, Garz. Frag.

XIII. Gummi Juniperi.

Gummi Juniperinum, Plinio l. 13. c. 11.

Sandarax Serapioni, Cord. hist. resina majoris
juniperi arida, dura, flava, Mastichi similis.

Vernix Latinis & Vernilago, ab anni tem-
perate, quasi Veris ros.

Gummi Juniperi, Sandaracha & siccus Vernix,
Matth. Juniperi lacryma, Vernix, Lugd.

Gummi est resinolum ex Junipero; sed ne quis
vocum affinitate deceptus, Sandaracham Græ-
corum, quæ metallicum eſt, & Auripigmento
cognatum, & exitiosum venenum, subtilituat.

Ab hoc differt Vernix liquidus, qui ex præ-
dicto eoque syncero & oleo ex semine lini ex-
presso fit, quo ad picturas & tabulata illustran-
da utuntur. Sandaracha verò Aristotelis (*αριστοτελίς*) 9. hist. 40. & Plinij lib. 11. cap. 7. eſt apum
dum operantur cibus, qui sæpe invenitur in fa-
vorum inanitatibus depositus, amari saporis
vel ceruginosi mellis genus.

XIV. Gummi Cerasorum, Matth.

XV. Gummi Ulmi, vide in notis nostris in
rudis Matth.

D E R E S I N I S.

Resina pītīv lacryma seu liquor eſt pinguis ac oleaginosus, ex arbore sapius sponte, interdum eā vulnerata
defluens: qui sponte defluit *αὐτόπτης* & *αὐτοτρόπη* dicitur. Eſt autem ratione consistentia duplex:
liquida quæ Græcis *vīga*, h. e. humida seu fluxilis, ut Terebinthina: altera durior & siccior, quam *ργυντή*, it
est, frictam seu roſtam nominant, ut Colophonia recentiorum.

Resina humida.

I. Terebinthina vera.

Τερεβίνθην, Dioscoridi.

Gluten Albotin, Avicennæ.

Terebinthina vera ex Cypro ad fertur, Lugd.

Terebinthina resina, Matth. Cord. hist.

Est liquor pinguis ex Terebinthi trunko &
ramis defluens, quæ omnes resinas antecellit,
Diosc. l. 1. c. 91. testimonio: quæ pro ratione loci
magis commendatur, ut prima sit Chia, dein

Lybica, tum Pontica: tandem Cypria, Syriaca,
Judaica, Arabica. Hæc liquida destillat, dein
paulatim arescit & sæpe cum Thure ad fertur, &

in templis cum eo suffumigatur, & inepte Incen-
sum, ipsum verò Thus, Olibanum appellant.

Probatur alba, pellucida & vitro colore &
in cæruleum vergente odorata & acris.

Et ut Diosc. l. 1. c. 91. & 92. resinas omnes ante-
cellit Terebinthina, proxima huic lentiscina:
dein pinea & abieigna: post hæc picea & stro-
bylina. Verum Terebinthina Veneta, ex no-
vellis Abietibus colligitur.

II. Resina laricea.

Λαρίκην & *πιτίνη λαρίκην* Dioscoridi.

Resina larigna, Matth. Cord. hist.

Terebinthina officinarum Germaniæ.

Hæc

Hæc ut Galenus 2. compos. med. secundum genera, 4. scribit, pro prima sœpe venditur (etiam nunc, non solum illius locum, sed etiam cognomentum sibi vendicat, Marth. & Lugd. quoque monentibus) quæ illa humidior & acrior est.

Optima quæ purissima, odoratissima, aliquantum translucida, & quæ ab intineto digito contumaciter & æqualiter difflit.

III. Resina lentiscina sive Mastiche: & Matt. G'luten Romanum Arabibus. (Lugd.

Mastiche seu Mastiche, hodie Mastix, Cord. hist. Plinii & Dioscor. l.i. c.90. (resina lentiscina Plinio) cui & ex lenti co effluit, & inter Gummi-resinas reponenda videtur. Et cap. 92. Terebinthinæ proportione respondere scribit. Galenus verò 3. compos. med. secundum gen. 6. Terebinthinæ præfert. Idem 2. ad Glaucon.

Ægyptiæ masticis meminit: nunc solos lenticos in Chia, non autem in Gallia nec Italia (vel saltē exigua) licet similes sint, masticen proferre, Bellonius asserit.

Mastiche etiam in Brasiliæ dumetis nascitur, Lerio, Ind. occid. part. 3. c. 12.

Probatur candida, splendens, odorata, & friabilis: quæ in Chio nata: deterior virescens & nigra bitumini similis Ægyptia, aut Pontica. Hæcthure & resina mista adulteratur.

Duplex est, propriè & impropriè dicta: propriè quæ ex lenti co effluit: quæ vel alba, vel viridis Dios. vel ut Galenus, alia alba quæ Chia: alia nigra, Ægyptia: habetur & Cretensis, quæ flava: est & amara. Impropriè dicta est ea quæ ex spinosa planta emana, Theoph. 6. hist. 4. vel ut Plinius, ex humili spina quæ Chamæleon est Diocoridis: hæc est Acanthice mastiche Theoph. Gaza spinalem vertit.

IV. Thus sive Olibanum officinarum.

Alba & Dio. lib. 1. c. 81. sic dictum quibusdam, quod è monte Libano deferatur: vel potius à *stillo*: Thus verò, à sacrifico.

Thus, Matth. Cord. hist. Cæs. Lugd.

Lovan Arabibus *Garzia* & Linscot. part. 4. Conder Avicennæ Ind. or. c. 28.

Liquor est arboris Thuriferæ, quæ in Arabia thurifera cognominata, provenit Dio. sc.

Primas tener masculum *gavias*, natura rotundum, candidum: at Indicum subfulvum, & arte rotundum factum, quod *dro* aut *orivx*. II. *opibias* *orobias* orobium, quod in Amelo nascitur, quod *nontonov* vocant, minus est & fulvius.

III. *æuwirns* cognominatum, quod candidum & dum mollitur, mastiches more digitos cedit, Dio. sc. l.c. Ex his colligitur veteres aliud Arabicum, aliud Indicum fecisse, cum tamen in India non nasci Garzias affirmet.

Et nunc plures species habentur, etiam Cordo in sua historia monente, colore & magnitudine granorum tantum differentes: 1. est Indicum dictum, quod maximis & in æqualibus glebis constat, lividum nigricansque candicantibus aut flavis maculis varium. 2. mammosum, oblongis grumis mammarum forma compositum. 3. masculum, parvis, rotundis, candicantibus aut flavis grumis, interdum singulis, interdum geminis velut testiculis constans. 4. Orcbæum, minimis grumulis, ervo æqualibus, odore masculo simile.

At hujus polleni & farina ex crebra in fassis concusione, Manna dicitur: nonnunquam & cortex adhærens adfertur.

At Theveto aliud candicans, nitidum, quod æstate: aliud rubescens & vilius, quod vere colligitur: Et ut Garzias, Frag. & Lug. quæ ex montanis fluit, laudatissima Melato, nobis mascula dicitur: quæ ex ijs quæ in planis, nigrum improbum, & cum aliarum arborum resinis permixtum, qua naves, ut nos pice oblinunt.

V. Resina Cupressi.

Kupresiosiv pvtiv, è cupresso etiam resina liquida fluit, Dio. sc. l.i. c. 92. Matth. Lugd.

VI. Resina Cedri sive Cedria.

Kedro Dio. sc. l.i. c. 105.

Cedrus dat picem quæ Cedria vocatur, Plin. lib. 24. cap. 5.

Cedria sive Resina ex Cedro, Matth. Lugd.

VII. Myrrha.

Suigra Dio. sc. Theoph. Gal. 8. simpl.

Bola Indis, Garzia & Linscot. par. 4. Ind. or. c. 28. Myrrha, Matth. Cord. in Dio. sc. qui in histor. quinque dicit genera, & sextum adulterinum. Myrrha, Theveto, Garz. Frag. Cæs. Lugd.

Myrrha & Opocalpasum, lacryma est ex unius arboris trunco manans, Guil. the.

Myrrha suo surculo spinoso hærens, Ad. Lugd.

Lacryma est (seu gummeus succus concretus) arboris nascentis in Arabia, Ægyptiacæ spinæ similis, quæ incisæ, in substratas tegetes destillat, pars verò circa caudicem concrescit, Dio. sc. l.i. c. 77. quæ & Theoph. 9. hist. 4. habet & scribit, Arborem esse minorem Thuriæ arbore & fruti-

cosiorem, caudice duro, contorto, cortice lœvi: alijs, Thuris folium laurinum & lœve: Myrræ aculeatum nor. lœve, Ulmeo simile, crispum extremo spina horridulum, Ilignei modo, &c. Alij, terebintho: Diodorus, lentisco æquat. Myrræ arborem spinosam, folijs Acaciæ, se vidisse testatur Bellonius.

Differentiæ: alia τελαῖαι, id est, campestris, quæ expressâ ἔρυξi excipitur: Nam Staætæ (quæ quibusdam Styra liquida) ut habetur apud Dioscor. l.i. c.73, pinguitudo est recentis myrrhæ cum aqua pauca contusæ & organo expressæ, & ex qua unguentum factum.

Staætæ nominatur: & Cord. hist. Staætæ liquor ex Myrrha. Alijs tamen Staætæ stillatitius ros est, qui ante corticem ferro solutum, sponte & sine plaga, sed veluti cutis poris hiantibus, quasi saliva quædam exudat. Alia γανθίæ: primas tenet τρωγλοδιτη, à loco natali denominata, quæ subviridis, pellucida ac mordax: 2. tenuis, bdellij modo lentescens: 3. ναυπαλις, nigra & reterrita: 4. demum ἐργασιæ dicta, quæ aspectu gummi refert. Improbatur etiam quæ ἀμυνιæ nominatur: adulteratur gummi, Dioscor. l.c. Hanc esse Anijmum nigrum Lusitanorum, Amatus vult. Ex Arabia & regione Alexim, quæ Æthiopia est, adfertur, Garzia authore. Myrrha animinea, Dioscoridi.

Anime occidentale, Hermolao, Lugd.

Anijmum nigrum Lusitanorum, Amato.

Adversariorum authores fulvam, albescensem & viridem se vidisse testantur.

Eligenda friabilis, levis, undiquaque concolor, quæ confracta intrinsecus lineas candidas inter currentes habet, unguium speciem præseferentes ac lœves, quæ minutis glebis, amara, odorata, & acris: at ponderosa & quæ picei coloris, innutilis est.

Myrrhæ Bœoticæ etiam Diosc. lib. i. cap. 78. & Galenus meminere, quæ ex arbore quadam in Bœotia nascente, è radice incisa stillat.

V III. Styra (sive Storax officinarum) quia striatum ex arbore extillat.

Στύραξ lacryma est arboris malo cotoneo similis, Diosc. l.i. c.79. & Plin. l.12. c.25. sive succus est gummeus resinofusq; Syriacæ cujusdam arboris concretus, nullus enim liquidus & fluxilis est, nam lacryma quæ extillat, mox in glebam densam, pinguem & resinosam, aliquot granis albicanter, suavissimè fragrantem, concrevit.

Seplasiæ, Arabes secutæ, in liquidum & siccum distinguunt: liquidus est Myrrha Staætæ: siccus Storax calamita officinarum.

Styra, Matth. Cord. hist. Lugd.

De hac Plin. l.i. c.25. lacrymæ ex austero juncidores, intus similitudo harundinis, succo prægnans: hoc circa canis ortum advolant pennati vermiculi erodentes: ob id in scobe sordes cit.

Dicitur calamita, quod in calamis è Pamphilia ferebatur: nam & cætera odorata olim arundinibus recondebantur, ne expirarent & vires amitterent, quod & de Dictamno Cretico Theophrast. 9. hist. 16. scriptum reliquit. Dioscoridi est οὐταβαῖτης, μοσιδιαῖος η παλιμæ: addit: inventi & lacrymam gummi similem, translucidam, myrrhæ æmulam, quæ perpaucæ. Et Plin. l.12. c.17. ex Syria (& alibi: ex Cypro, Sydone, & Psidia) revehunt Styracem, acri odore, ejus vi foris abigentes suorum fastidium.

Præfertur flavus ac pinguis (rufus & pinguis ter latus: deterior furfrosus, & cano situ obductus) resinösus, albicantibus grumis, qui dum mollitur, melleam humiditatem & odore perseverantem, ex se remittit.

Adulteratur arboris scobe, quæ vermiculorum erosione facta fuerit, & hunc Styracem ideo σκωληκήτην quasi vermiculatum cognominant, quod imperiti tanquam syncerum admittunt, Diosc. At Plinio, cedri resinâ, vel gummi, alias melle, aut amygdalis amaris adulteratur.

Ex Styra assato fuligo quoq; colligitur: & in Syria unguentum Styracinum conficitur, Diosc.

Styra liquidus: & Cord. hist. Lugd. Alij ex Styra calamita, laricea resina, oleo & vino simul coctis conficiunt, & quod post menses aliquot tenuissimum & liquidum, Oleum Styracinum vocant ex decoctione quorundam surculorum in aqua fit: licet aliqui Styracem liquidam, è peculiari arbore à Styrae discrepante, manare velint: & sic Styrae liquidæ duæ species erunt. At Cæsalpino, qui ad nos adfertur, lariceæ resinæ est consistentiæ, cinereus, odore altero vehementiore.

Storax rubra officinarum, est cortex de quo inter arbores.

IX. Liquidambar, Monard. Mexiocan. hist. Cæs. Lugd. & par. 9. Ind. oc. l.4. c.29. resina est liquida, quæ ex India occidentali affertur: nam incisa arbore vastæ magnitudinis, quam Americi Ocosolt vocant, folijs hederæ, cortice crasso, cinereo

cinereo, quo inciso aut excavato effluit, ut ex Monardi & histor. Mexiocanæ authore, Lugdunensis refert: ex hac recenti, oleum odoratius per se stillare ajunt: ex primi quoque, ut majorem quantitatem habeant, sed minus perfectum, quo chirothecas inficiunt: & cum Styracis odore sit ad Styracis genera referri posse, Cæsalpinus monet.

X. Bdellium.

Bdellium nonnullis μάλεληνον, alij bolchum appellant, lacryma est arboris Sarracenicæ, Dioscor. l. c. 80. & Plinio l. 12. c. 9. vicina est Baetiana in qua Bdellium nominatis. arbor nigra est, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, naturaque. Alijs, ex arbore valde simili ei quæ Myrrham profert.

Duplex est: alterum quod probatur amarum, translucidum, taurino glutini simile, intus pingue & facile mollescens, lignorum & sordium expers. Alterum sordidum ac nigrum, grandioribus glebis in offas convolutum, quod ex India adfertur, quod Adrobalon nuncupatur & omnium pessimum est.

Defertur & jam à Petra, siccum, resinosum, sublividum, Diosc. qui Sarracenicum, quod è Saraca felicis Arabiæ civitate devehitur, laudat; Galenus verò, Scythicum. Plinius, Baetrianum. Laudatur etiam quod in Media nascitur, Parthicum nominatum. Adulteratur gummi admixto Dios. Sunt qui Anime, legitimum Bdellium esse putent, Clus. in Garz. monente.

Bdellium, Matth. Lac. Cord. hist. (qui sex species facit) Cæs. Frag. Lugd.

Bdelli fructum Cortusi Clusius ad notas in Garz. pingit: Lugd. vide inter Palmas.

XI. Belzoinum officinarum.

Benzoinum, Laserpitium non est, Matth. Benzoum, benzoi & Afa dulcis, Cord. hist. Ben Judæum, Ruellio: forte nominum vicinitate lapsus, Ben jaoy, id est, filium de Jaoa, ubi plurimum nascitur nominare debuit, Garzias. Benivi, quod neq; Græcis, neq; Arabibus, neq; Judæis cognitum, Garz.

Belzoe vel Belzoinum, vel Belzuinum vulgo, Lug. Belzoi vulgo, lacryma ex Oriente, Cæsalp. qui Myrrham fuscatur.

Benevinum, Linscot. part. 4. Ind. Or. c. 27.

Est Benivifera arbor vasta, folijs citri aliquantum minorib. parte a versa candicantibus, ex cuius ramis vulneratis gummi effluit, Garz. Cujus

plura genera, præfertur Amygdaloides (hanc Myrrham Troglodyticam Dioscoridis, Amatus censem) quod unguis seu maculas candidas amygdalarum instar admistas habet, & in Seylan provenit: aliud genus nigrius in Samaria & Jaoa, quod vilius: 3. quoq; nigrum est, è novellis arboribus profluens, quod priore odoratius, & ab odore grato Benive de Bonias, quasi de floribus, vocant, Garz. Linscot. part. 4. Ind. Orient. cap. 27. Quare aliud album, aliud nigrum est, Eidem part. 2. Ind. Oriental. cap. 22. commisceri tamen solent, ut unâ commodius vendantur.

XII. Copal, Monardi, Cæs. Lugd. & par. 9. Ind. Occid. l. 4. c. 29.

Copal aut Pancopal, Frag.

Resina candida, diacitro valde transparenti haud dissimilis, odorata, quæ ex Hispania nova adfertur.

Genera duo facit Gomara in hist. Mexioca-na: alterum rugosum, molle, thuri simile Xo-lochcopalli vocatum: alterum præstantius Copal cahuel, quod pleriq; Myrrham existima-runt, Clus. notis in Monard. Lugd.

Copal & Suchi copal, altera Styracis & thuris genera: part. 9. Ind. Occid.

XIII. Resina abiegnæ Indica, Monard. Lug-dunens.

Ex arboribus spurijs, quæ neq; pinus, neque cupressi dici possunt, in quorum cacumine vesiculæ, quibus confractis, liquor guttatum stil-lat, quo ut Balsamo utuntur: ex novis Orbis continente adfertur.

XIV. Resina è Pinu & Picea liquida qnō-que manat, quæ ex Gallia & Hetruria convehi-tur: dein è Colophone asportabatur, hinc *noλω-φωνία* appellata, Diosc. l. 1. cap. 92. Sic etiam ali- quando ex Populo proficit.

XV. Resina Carthaginensis, quæ à Cartha-gine novi orbis provincia mittitur, purissima, odorata, Terebinthinâ Venetâ multò præstan-tior, Monard. Lugd.

XVI. Resina Ambræ facie, Clus. exot. lib. 4. cap. 6.

XVII. Tacamahaca, resinæ genus ex nova Hispania, odore gravi Galbani, Monard. Frag. Lugdun. & part. 9. Ind. Occid. l. 4. cap. 29. vide supra in Populo.

XVIII. Caranna, Monardi, Frag. & part. 9. Ind. Occident. l. 4. c. 29.

Caragna, Lugd.

Resina pinguis oleaginosa ex continentis parte interiore, colore & odore; sed graviore **Tacamahaca**.

Duplex est: nam præter illam, alia puriore ex Carthagine crystalli modo limpida adfertur, quæ **Caranna** purior, Monard. Lugd.

XIX. Gummi Elemi officinarum.

Impropriè **Gummi** dicitur, cum Resina sit, ut quæflammam facile concipiatur, & oleaginosis diluatur: **Diosc. l.i.c. 141.** monente: **Oleæ Äthiopicæ lacryma**, similis quodammodo **Scammonio** (*εγνηπός*) fulva, ex parvis stillis conflata, mordax est.

Resina Eleini, aliquibus **Gummi elemi**, **Cedri lacryma** videtur, **Cord. hist.**

Gummi elemi officinarum, seu **Oleæ Äthiopicæ lacryma**, quæ in glebas concreta adfertur, quæ gustu iners, nec palatum ferit, **Lugd.**: **Gummi elemi Äthiopicæ oleæ lacryma** non est, **Marth.**

Similem ferè lacrymam, sed pauciores, **Oleæ & oleastri** fundunt.

Resina sicca.

I. Colophonia officinarum.

Pix est quæ præ cæteris *ρευματική* & aliquando *οὐρανίη* quasi confusa, nominatur, quod ex mul-

tis simul congestis in massam induruerit, quæ igne liquata & repurgata durior & siccior evadit.

Hæc duplex est, alia veterum, **Diosc. l.i.c. 92.** *πολοφωνία*, quod ex Colophone olim advehebatur, & resina erat liquida, quam **Cord. ejusdem arboris** censeret, à qua **Elemnia resina** profluit, **Cedrus** videlicet. Altera verò est recentiorum. **Colophonia Hispanica & Græca**, **Matth. Lugd.** **Colophonia pix arida**, quibusdam **Pix Græca**, **Cord. hist.**

II. **Resina sicca**, **Græcis** *σύρα* dicta, quæ absq; ignis ope cito concrescit, *φύσια τούτην*, quasi germinatio piceæ, Galeno nuncupatur: hæc resina est confusa ex Abietina, Strobilina, & Pityina. Nam ut **Diosc. l.c.** ex siccis resinis alia est strobilina, alia Abiegna, alia Pinea & Picea.

III. **Strobilina** *στροβίλινη* **Diosc.l.c.** Gal. quam alij ex Pinu, alij ex Picea, alij ex Pineis nucibus, quas **Strobilos** vocant, profluere dicunt.

IV. **Abietina** *ελαῖνη* **Diosc.** à quibusdam male **Colophonia** dicta, quæ diu liquida permanet. **Lapides** quoq; resinacei in India Occ. circa portum **Tierra de Brea**, tanta copia habentur, ut omnes totius mundi naves istis implere possis: hæc admodum bona pro navibus, nec ardore Solis liquefit, part. 8. Ind. Occid.

D E V E P I C E.

Pix liquor est pinguis & resinosis, ex accensa teda profluens. Teda autem, et si de arbore quoq; dicatur, hic tamen pini arboris morbus intelligitur, ubi ea per senectutem nimiam pinguedine veluti strangulata est, quâ Tedâ accensâ, **Pix** nlosa effluit: hæc coctione purgata crassescit, siccior duriorq; reddit a, *ἔργα πινος* sicca pix, & *παλινοσ* **Diosc.l.c.** quasi iterata & secundo cocta pix dicitur: & **Matth. Lugd.**

Ex tæda, picem nigram & Cedriam confici, **Bellonius** scribit.

Zopissa verò & **Apochyma**, nominatur pix à navibus maritimis derafa, **Diosc.l.c.**

Pix navalis, ab illa secundum aliquos distinguitur, eam significantes, quæ picandis navibus apta, & non ab ijs abrasa est.

Differt autem **Pix** à **Resina**, quod hæc sponte effluxerit, illa verò ignis beneficio educta, & est

veluti **Resina cocta**: & ea quæ primo extillat, **Pix** liquida officinis, **Pisselæon** **Dioscoridi**, **Cedria** Plinio dicitur.

Pix sive **Bitumen**, resinave in Siruam non procul à Moluccis, quod ex Samatra advehitur, quæ picandis navibus utuntur, aliqui falsò **Anime** esse credunt, **Garz.** cap. de **Lacca**.

Sic Americani, ex arbore **Oxyacanthæ** simili, igne refinam eliciunt, quæ picis loco utuntur.

A B I E S.

Aries, **Græcis** *ελάτη* **Theophr. l.hist.7.** **procera** est & longo caudice, cui cortex tunici multiplex: **l.hist.9.** una tantum radice eaq; nervosa constat: **l.hist.16.** folia habet rara, eadem multifida & quasi ferrata: **l.hist.6.** flos Coccii colore, &c. **Plinio l.16.c.10.** **Abies** è cunctis amplissima est, materies precipua trabitibus, nec **Abieti** forma alia quam **Picea**.

Genera Theoph. 3. hist. 10. est quædam mas, quædam fœmina: mari folia acutiora, magis pungentia ac magis flexa, quare aspectu crispior tota arbor videtur. Materia candidior in fœmina, mollior operig, facilior & toto caudice procerior est: mari magis varia, latior, durior, medulla plenior & aspectu minus pulchra: conus maris, paucos nucleos habet in priore tantum parte: fœmina conos nullos omnino, ut Macedones dixerunt. Plinio l. c. fœmina prolixior, materie mollior utilior qz: arbor rotundior, folio pinnata, densa ut imbræ non transmittat, atque bilinear in totum: & lib. 16. cap. 24. folia insecta pectinum modo pungentia. Verum Theoph. 4. hist. 7. marinam habet, quæ supra lapides patellarum modo adhæret, &c. Sic in insula Virginia Abies magna & præalta ad malos navium reperiuntur.

I. *Abies conis* sursum spectantibus sive mas.
Abies, Dod. gal. Lac.

Abies legitima vel mas, Bellon. con.

Abies altera, Dod.

Abies Pilati, du Choul, Lugd.

II. *Abies alba* sive fœmina.

Abies, Brunf. Trag. Matth. Cord. in Diosc. Gesn. hort. Adv. Lob. Thal. Cast. Lugd. Tab. Ger.

Abies fœmina, Ang.

Picea, Dod. ut:

Abies Plinij & fœmina Theophrasti, Clus. pan. & hist.

In hac Viscum, quod Stelin Plinius l. 16. c. 44. ex Theophr. 2. caus. 23. appellat, albis baccis præditum, Clusius observavit.

Inter cortices abietum novellarum, quæ tuberculis scatens, liquor præstantissimus, sed paucus, continetur, ita ut unumquodque tuberculum sèpè aliquot duntaxat guttas contineat, qui Italica lacryma dicitur: forte apud Galenum 3. compol. medic. secundum genera, liquida Piceæ resina, quam Terebinthinæ loco institores vendebant: & hæc Abiegna lacryma sive resina liquida, in quibusdam Italiae locis, Oleum Abiegnum nominatur: officinæ Terebinthinam Venetam vocant. Verum ex gemmis quoque, more Populi, lacrymam fundit. Sic ex Abiete, veluti ex Pinu ac Picea resina etiam sicca & candida colligitur, quæ thus ementitur, ac pro eo à vulgo usurpatur.

T A X U S.

Taxus etiam si resinam non fundat, inter resiniferas tamen, propter similitudinem quam cum folijs habet, relata est, quæ mihi & Theophrasto: quidam Nicandro: Dioscoridi l. 4. c. 80. quidam, quibusdam θύματον, Romanis τάξει arbor est similis Abieri & folijs & magnitudine. At Theoph. 3. hist. 6. perpetuo viret ex sylvestribus: 3. hist. 10. unius generis est, procula, auctu facilis, similisqz Abieri, sed non tam alta & alis magis sinuata: folio quoque Abieri similis, sed pinguiore & molliore: quæ in Arcadia crescit, ligno nigro aut puniceo constat: quæ autem in Ida, flavo & Cedro simili, quare aliqui emptores decipiunt, pro Cedro vendentes, &c. in Macedonia fructum abunde profert rotundum, fabâ paulo majorem, rubrum, tactu mollem, &c. si ab aliquibus hominibus manditur, suavis est & innoxius. At Matthiolus apud Tridentinos perniciosum scribit: contrâ Pena, ejus baccas à pueris in Anglia innoxiae estari refert. Plinio l. 16. c. 10. Similis his (scilicet Abieri & Piceæ) etiamnum aspectu est Taxus, minus virens gracilisqz & tristis ac dira, nullo succo, ex omnibus sola baccifera: mas noxio fructu: lethale quippe baccis in Hispania præterea venenum inest, &c. Sunt qui & Taxica hinc appellata dicant venena, quæ nunc Toxicæ dicimus, quibus sagittætinguntur.

Taxus, Matth. Ang. Dod. ut: Ges. hor. Lac. Tur. Milax arbor, Cord. in Diosc.
Lon. Adv. Lob. Cæf. Lugd. Cam. Thal. Portæ. Smilax arbor, Cam.

D R A C O A R B O R.

I. *Draco arbor*, Clus. hisp. & hist. Lob. Cast. Lugd.

Arbor Gadensis Posidonij forte apud Strabonē. Draco, Tab.

Arbuscula Dragonalis, Frag.

Fructum ferre Cerasi magnitudine, Cadamus, Thevetus & Clusius, & ex hoc alijs scribūt: & Dragonal nomine fructum missum, Clusius

in notis ad Monardem refert. Verum Monardes scribit, si à fructu, pellis quæ integratur auferratur, Dracunculi effigiem apparere (ut apud Monardem, Lugd. pingitur) à quo fructu procul dubio arbor denominata sit: Vide Fragum. Hujus lacryma Sanguis draconis dicitur. II. Prægrande folium, Adv. Lob. ico. an Algaæ similis grande folium, Cæf.

Folium arboris Draconis ex Indijs delatum, Tacori in Kayua & Wiapack nascentia folia,
Lugd.

Folium palmæ filamentis & textura, Tab.

III. Draconi arbori affinis Americana.

Tacori in Kayua & Wiapack nascentia folia,
Clus.exot.l.2.c.21.

Incolæ ex folijs maceratis & in tenuia sta-
mina deductis, funes conficiunt.

P A L M A.

Arbor quæ *Φοινὶς* Græcis, Latinis *Palma* dicitur, fructus verò *Δάκτυλοι* η *φοινίνες*, *Græcis*: Latinis *Palmula* & *Dactyli*: Arabibus, Tamar: at ut Dioscorides l.1.c.148. *φοινὶς* in Aegypto gignitur: (at in tota India non reperiri, Guiland. de pap. scribit) ex ea verò fructus in medio Autumni vigore colligitur, Arabiae Myrobalo similis ac τῶν παραδόσεων dicitur, viridi colore, referens malii cydonij odorem: si verò integrè maturuerit, φοινικόλαβος fieri. Et in fine seq. cap. postquam de Palmis Thebaicis egit, Aegyptiacos nucleos, εὐτὸν χορυα-γόλων φοινίνων, id est ex humilibus decerpit scribit. Idem cap.150. involucrum fructus palmarum adhuc floren-
tium, etiam *Palma* ἐπάρτιον τοῦ θαύματος (Palmitem Plinius) nominat: & fructus qui sub ea continetur, similiter elaten, quæ à nonnullis βόρεας appellatur. Sic quod in trunci superna parte includitur, ἐγκέφαλον Theo-
phrasto, Galeno (cui etiam πορφύρη vertex 2. aliment.) & alijs *Græcis* dicitur: at Diosc. ἐγκέφαλον τοῦ πρέπει, medulla trunci impropriè dicitur. Sanè *Palma* vitalis vis in vertice, ea contra pondus resurgit, & in ea ut ergo sexus maximè elucet, in cuius quoque folijs scriptitatum, ut Guiland. de pap. exposuit. Plinius l.13. & medullam & cerebrum vocavit: Serapio verò Ceflioneum.

Ex Theophrasto seqq. sufficient (qua pleraque & Plinius l. c.) *Palma* cortice scabro constat, 1. hist. 8. medullam omnino nullam habere videtur, 1. hist. 9. quæ ad longitudinem tantum apta augeri, 1. hist. 14. folia arundinacea habet, 1. hist. 6. semina protinus post tegmen ambientia subeunt, ut nucis & amygdale, sed cavi-
tatem nullam habent, sed tota plena atque persolida sunt: tamen humor quoq; quidam, calorq; inest, 1. hist. 18. mas floret, semina minimè, sed protinus fructum promit, 1. hist. 22. & quodammodo cacumine gignit, 1. hist. 23. Verum 4. hist. 7. *Palma* pelagicam scribit esse caudice admodum brevi, virgi ferè rectis, quæ subtus exerunt, &c. folijs spinarum acaninarum, erecti tamen, nec circumflexi, &c.

Genera: Theophrasto 2. hist. 8. alia fructifera, alia steriles: illarum alia mares, alia feminae: sic in fructu differentia: alijs nucleus habent, alijs eo carent: quidam durum, nonnulli molle: sic colore, alijs candidi, alijs nigri, alijs flavi sunt: magnitudine, quidam rotundi, veluti mala; alijs parvi, cicerum magnitudine. Et Plinio l.13.c.4. palma genera undequinquaginta sunt: at clarissimæ omnium quas Regias appellavere: quia Regibus tantum Persidis servabantur, Babylone nata: plura videantur ibidem: at quas in Caryotarum genere Nicolaos, in honorem Nicolai Peripatetici Philosophi, ab Augusto ita nomi-
natas Athenæus voluit, harum & Aegineta meminit.

I. Palma major.

Palma, Trag. Matth. Dod. ut: Ang. Lac. Turn. Cord. in Diosc. Gesn. hort. Adv. Lob. Cæf. Cast.

Acostæ, Lugd. Cam.

Palma sive *Dachel*, Alpino.

Palma major, Bellon. (quaæ in Ægypto celissima) Tab.

Palma Tamara, in insula S. Thomæ, Roëlsio in ep. ad Clus.

Palma dactylifera, Linscot. 4. part. Ind. orient. figur. 14.

Pingunt arborem, dein fructum cum floribus & Spatha.

Spatha, Ang.

Dactyli cum palma elate, Matth.

Palma elate, Cord. in Diosc. Lugd. Tab.

Palmarum fructus, & flores & elate, Dod.

Caryote, Carotides, fructus palmæ dactyli, Cast.

Palmarum fructus sive dactyli, Lob.

Fructus dactyli in Italia, Caryotæ verò Dirosco-
ridi & Plinio, Cæf.

Palmarum excelsam sylvā, in Arabiæ deserto Rauvvolius transivit, & tres species Dactylo-
rum observavit: 1. quales ad nos adferuntur: 2. penitus rubros: 2. flavos, primis minores sed sa-
pidiores, qui à Serapione Hayron nominantur.

Palmae cerebrum sive medullam, ἐγκέφαλον Græci vocant, qua vescebantur, ut etiamnum in Alexandria & quidem cruda, cinaræ etenim saporem refert: solent Ægyptij rustici palmas abortivas requirere, quarum cacuminibus ex-
cisis, candidam medullam eximunt & venalem proponunt. Varia palmarum genera sunt, spinosum in Creta, differens à Cephaloni sive pu-
mila *Palma*, Bellon.

II. Palma minor.

Xanthorrhœa, Theophr. 2. hist. 8.

Chamærops, Plinio l. 12. c. 4.

Palma humilis, Matth. Cæf.

Cefaglioni, Ang.

Palma minor, Gesn. hort. Tab.

Chamæriphe, Dod. Adv. Lugd.

Palmites, Lob. Garz.

Palma Chamærops Plinij, Lugd.

III. Palma humilis exotica.

Chamarriphe peregrina: & ejus fortè folium,

Clus. exot. l. 4. c. 12. & 13.

IV. Palmæ sylv. in Cambaya similis, Garz.

V. Palma Americana fructu racemoso.

Palma Yuridicta, Lerio in part. 3. Ind. occid.

Palmarum in America quatuor aut quinque genera reperiuntur: inter quæ frequentissima ea, quam Gerau, alia quoque quam Yri vocant: hæc fructu est rotundo ad effigiem racemi, tanti ponderis, ut ægrè una manu sublevetur, sed nucleus tantum Cerasi crassitudine edulis, &c. Lerius.

VI. Palma manicam Hippocraticam referens.

Palma saccifera, Clus. exot. l. 1. c. 2.

Ex insula maris Atlantici saccifera dicta, quia forma illi colo seu sacco, quale vinum aromatites percolare solent: in quibus nuces orbicularis durissimæ continebantur.

VII. Palma Americana spinosa.

Hairi Theveti, Lugd.

Ayri Brasilianis, Lerio in desc. Brasili. sive Am. part. 3.

Ebenum esse multi existimant: quia lignum ferri modo in aqua sidit, ex quo Barbari enses & sagittas, qua ferreas loricas penetrare possunt, conficiunt: fructu est rotundo, pilæ lusoriae magnitudine (cui nucleus ut nix albus, minime tamen edulis inest, Lerio) simili facie, nomine Kayama Oviedus descripsit.

VIII. Palma vinifera Theveti, ex qua incisa succus effluit, qui vasis terreis excipitur, & in quotidiam potionem, quam Mignol appellavit, in promontorio Æthiopum (nunc promontorium Viride nominatum) reponitur: quæ suavissimi gustus, quamvis ejusdem arboris fructus, qui parvi sunt dactyli, acerbi sint nec facile edi possint. Sic ex palma Cichorin similis succus elicetur, Lugd.

an Palma cum grandibus folijs, ut unum viro contra pluvias regendo satis sit, quæ pertere-

brata & tubulo immisso vinum copiosum, gustu Hispanico simile profundit, quod Vinum Palmitem Hollandi vocant: par. 5. Ind. or. fig. 2.

IX. Palma vinifera fructu ex arboris trunco spinoso.

Palmitas, cuius fructus pineæ nuci similes, Linsc. part. 3. Ind. or. c. 10. & part. 4. fig. 16. & part. 5. fig. 2. num. 7.

Palmites arbores vinum extillantes non secus ac arbores Cocos, part. 4. Ind. or.

Palmites arbores ramis & frondibus carentes, fructu ex stipite Ananas non dissimili, grana plurima instar punicæ alicujus continente, par. 6. Ind. or. c. 38.

X. Arbor fructu nucis pineæ specie.

Melenken Theveti in Necumere maris Indici insula, Lugd.

Huc referri possunt

Palmæ aliæ, quarum fructus Cola dicitur, nuci pineæ majori similis, pulpa quadruplici, intus colore rubicundo castaneæ forma continens: Pigafet. desc. regni Congiani l. 2. c. 1.

XI. Palma humilis longis latisque folijs.

Palma, quam in Cypro crescere Theophr. 2. hist. 8. scribit, quibusdam: quod Guil. in The. refutat, quia hujus fructus sapidus non sit, cum Musæ longè suavissimus sit.

Pala Plinio l. 12. c. 6. major alia pomo & suavitate præcellentior, quo sapientes Indorum vivunt: folium alas avium imitatur, longitudo trium cubitorum, latitudine duum, &c. arbori nomen Palæ, pomo Arienæ.

Musa, Maum & Amusa, Serapioni, Avicen. Indis, Quelli, & Guinenibus Bananas.

Musa, Matth. Dod. gal Bellon. Guil. Ad. Rauv. Cæf. Cast. Frag. Tab. Lugd. Garz. cui & Ficus Martabanis.

Palmæ species pumila quæ Musas fert, Ges. hor. Musa Serapionis, Lob.

Musa sive Ficus Indica, Acoftæ, Lugd. app.

Poma paradysi, Lud. Romano, hujus enim arboris fructum Adamum comedisse volunt.

Dudaim in Biblijs: Phyximilon Æschylo: Margraita Græcis & Latinis: Muz & Genez, Mauritanis: Ficus Pharaonis, Kasi: Melapoldana, Indis orient. At Indis occid. Platanus: Abella, insulæ D. Thomæ inquiline dicitur, teste Guil. in The.

Mauz, Alpino.

Mauze Theveti, Lugd.

Huc referri debet,
Paquouere Americanorum, Theveti.

Musa pacouere Lugd. qui figuram Theveti à priore diversam exhibet.

Hujus folijs gummi Elemni, aliquando & Sacchari panes involvuntur.

XII. Musæ affinis in regno Catay.

Photel, nonnullis Ficus Pharonis, Thevet. Lug.

XIII. Musæ affinis altera.

Banam, fructus in regno Congiano, forma & gustu Musæ Ægyptiacæ: par. I. Ind. or. I. 2. c. 1.

XIV. Palmam referens arbor farinifera.

Zagu, Ferd. Lopez.

Sagu, Pigafettæ, & ad Clus. cur. post.

Arbor vasta in regno Fanfur, Polo Veneto.

Arbor farinifera, Clus. exot. I. 1. c. 3. & 16. Lugd. & Claudio Dureto.

In Ternate insula Äquatori proxima provenit, cuius summum fastigium in caput orbiculatum instar Brassicæ capitatae extuberat, in cuius meditullio farina, ex qua panes sunt: sicut etiam apud Amboënses, & panes & alia cum lacte fercula conficiuntur.

Arborem quandam in insula Ternate de-truncant, findunt, ligna fissa tamdiu tondunt, dum farina decidat, quam Sagge nominant, ex qua panes candidos quadrilateros conficiunt: part. 5. Ind. orient. At parte 8. panis Sagu Molucensium, ex radicibus arborum confeccus dicitur: quare Leri in descript. Brasiliæ, putat farinam non ex ligno attrito, sed ex radicibus Aypi & Maniot confici.

XV. Arbor exotica fructu dastylis simili. Arbor tinctoria, Theveto, Lugd.

In regno Senege, arbor ex cuius nucleis oleum expressum cum aqua mixtum, pocula & pilos croceo colore tingunt.

XVI. Genus fructus palmulis simile, sed ut piper linguam exurens, Linse. part. 3. Ind. or. 10.

XVII. Arbor folijs amplissimis fructu cumeris forma.

Bonannas part. 7. Ind. or. fig. 4. & part. 5. c. 7.

Bannana: part. 6. Ind. or. & part. 8.

Folia tantæ magnitudinis, ut virum aliquem cooperire possint.

Huc referri potest

I. Ficus Indica fructu racemoso folio oblongo. an Uva quam ex benedicta terra Moysi attulerunt?

Platanus, Oviedo: & part. 4. Amer. c. 28.

Platanus Indica: part. 9. Ind. occid. I. 4. c. 21. Darach, Moris ipsa arbor dicitur: Avicenna, Serapio, Rhasis meminere, Paludanus notis in Linscot.

Ficus Indica, Linscot. 4. part. Ind. or. II. & fig. II. Pacoaire frutex, (ad Musam Matthiolii accederent) Leri 3. part. Ind. occid. 12.

Platanus sive Bonannas, part. 9. Ind. occid.

At fructus dicitur

Bavanas, Patan, Prian, Quelli Indis, pacona Brasiliensis, Linscot. l.c.

Paco, Leri l.c.

Pacona, part. 3. Amer. ep. I. de Brasil.

Poma Paradyfi, Brocardo ter. Sanct desc.

Davanas fructus, part. 2. Ind or. 4.

Vannanas seu Ficus Indica, in Sumatra, part. 4. Ind. or. c. 4.

Arbor Vannanas: part. 8. Ind. occid.

Genera plura: 1. cæteris crassius, Figos Dor-ta, Fici aulici Lusitanis dicuntur: 2. minus Se-neryn dictum: 3. Cadolyn: 4. ficus nobilissimi Chyncapoloyn nuncupantur, Linscot. l.c.

Folia hujus, quæ ulnam longa, tres Spithamas lata (lapathij aquatichi sex pedes longa, duos lata, Leri) in variam supellestilem Indis in Goa cedunt, quibus & Turcæ papyri locutuntur. Surculus saepè 200. sicibus pregnans est, uvarum modo in se compressis: acini ex quibus dependent, saepè in tantam molem grandescunt, ut à binis bajulis transversa pertica vix gestari queant: Toto anno fructifera est, & Indis commeatum quotidianum largitur: Linse.

Ex folijs in insula Capul, supparum confi- ciunt, quo corporis partem inferiorem & pu-denda tegunt: part. 9. Ind. occid.

Aliæ Platani adhuc in India reperiuntur, exiles & candidi, quas in Hispaniola Dominicos vocant: alibi etiam crassiores, & rubentes proveniunt: Joseph. Acosta I. 4. c. 21.

II. Ficus Indica fructu racemoso altera. an Ficus Indica circa Acesinum amnem nascentis, Theoph. i. hist. 12. 4. hist. 5. & 2. cauf. 14. an Fructus arboris Gaguey, Oviedo.

Arbor peregrina fructum similem sicui gerens, Clus. exot. I. 1. c. 11.

Huc referre oportet

Fructum exoticum tertium, Clus. I. 2. c. 19.

Palma nucem ferens.

I. Palma Indica coccifera angulosa.

Jausia Indi, id est, nux Indica, Avicennæ.

Nux

Nux Indica, Matth. Adv. Lob. Cæs. Cast. Lugd.

Nux Indica grandis, Cord. hist.

Palma in India nascens, Theophr. Arnano, Straboni, Guil.

Coccus Indica, Lac. Frag. (ap. Palma Indica Garziæ, quæ & Elefantis, Lug. Nux Indica 1. & 2. Tab.

Palma nuces Indicas Cocco dictas ferens, Pifagætæ in desc. regni Congiani, sive part. 1. Ind. orient. lib. 2. cap. 1.

Palma Indica sive Cocos, par. 9. Ind. occ. l. 4. c. 26.

Palma seu nucifera arbor Indica, quæ Arabibus Maro, Indis Tengamaran & Lanha: at nux, Arabibus Narel, Indis Tenga, Lusitanis Coquo, Linse. part. 4. Ind. orient. c. 12. & fig. 11.

Palma Indica Coco vocant ut & fructum: part. 9. Ind. occid. additam.

Cocos sive nux Indica: part. 8. Ind. occid.

Coques nuces, ex cujus corticibus, corbes partant: part. 9. Ind. occid. additam.

Palma Cocoichne, palma indica nucem Indicæ ferens, quas Linseottus rotundas pingit, cum ex Guinea triangulares advehantur, nisi forte succo plenæ rotundiores sint, Roëlsius in ep. ad Cl. ubi Linseotti figura à Clusio reprehenditur.

Fructus Lusitanis Coco & Coquen dicitur, ob tria foraminum vestigia, quibus Cercopitheci caput repræsentant: & nucleus inclusus siccatus, Copra nominatur, qui fructus & vitrum & amictum Indis suppeditat, & omni tempore nuces fert, Linse. l. c.

In Caryotarū genere, quas Plinius Nicholaos appellat, aut quod Pateton vocat, esse volunt.

Liquorem colligunt ex nuce, quem Suram nominant: & Ambonenses Vinum de palma: & quomodo vinum ex his fiat, ostendit ad Clus. cur. post. Ex hoc spiritum eliciunt, qui incolis Arack, alijs Fula, sive Mype, id est Vinum sublimatum dicitur: sed & alio modo distillata Sura, Uraca fit. In summa ex hac Palma, fructus, oleum, lac, mel & acetum colligunt: ex cortice ligneo pocula, ex paleaceis nucum integumentis, funes ad naves, foliorum denique quoque usus existit.

Genera Cocos seu Palmæ Indicæ quatuor sunt: 1. nucum jam dictarum, ex quibus Indi universi omnem suum vitrum querunt: 2. Lusitanis Arraquerò: quæ Areccam fert: 3. daçtylifera, Tamar: 4. Lantor dicta, ex quo Indi papyrus suum querunt: 4. part. Ind. or. c. 3.

II. Palma coccifera figura ovali. (Garz. Coccus de Maldiva, Garz. Acoſtæ, Frag. Clus. ad an Nucum genus peculiare contra venena, in insula Melandyna, Linse. part. 2. Ind. or. c. 15.

Fructus argento includuntur, ut & priores: aliquando prægrandes admodum, interdum exigui in littus ejēcti reperiuntur.

III. Palma Javanensis longissimo folio. Lantor, è Coquos seu Nucum Indicarum classe, folia viri longitudine proferens, part. 4. Ind. or. c. 3. & 6. fig. 15.

Fructum fert pusillum Cerasi magnitudine, qui nucleus carros dictum continet: hanc Palmam aliqui primæ foeminae existimant.

IV. Palma coccifera ex Guinea. Avellanæ Indicæ species, Matth. Lugd.

Avellana Indica, Lob. Tab. (Garz. Fructus 1. cum Cocco affinitatem habens, Cl. ad Palma Ady Roëlsio in epist. ad Clus. quian sit Palmæ Caryotides Dioſc. & Galeni, dubitat.

Fructus Abariga incolis, Caryoces & Carcoso Lusitanis, Citriji mali magnitudine, ex cujus pulpa oleum exprimunt, id edulis miscentes: ex germinibus succum colligunt, quo ut Vino inebriantur.

V. Palma coccifera Brasiliana. Sabuaje pomo est ambobus pugnis ampliore, forma calycis, in quo nuclei amygdalinis similes, etiam sapore, Lerio 3. part. Ind. occid. c. 12.

VI. Avellana angulosa villis obsita si modo à priori diversa sit.

Fructus peregrinus 3. cum priore magnam similitudinem habens, Clus. exot. l. 2. c. 29. Lugdun. Tab. Ger. hujus nucleus pro

Fructu peregrino 5. proponitur à Clus. Lug. Tab.

VII. Palma coccifera minor. (Ger. Palmitas quarum alias foemellas dicunt, quæ vinum nullum proferunt, sed fructibus abundant, quorum nucleus juglandis magnitudine, cujus cortice aperto, tres in eo nuces, avellanis similes: part. 6. Ind. or. c. 12.

VIII. Palma cujus fructus Cuci. Κυνοφέρον inquit Theophr. 4. hist. 2. similis Palmæ, similitudinem in caule & folijs repræsentans: quæ cum aliquantulum increverit bifida sit, iterum quæ horum utrumque pari modo dividitur: virgas breves nec multas profert: fructum fert magnitudine qua manum impletat, rotundum & oblongum, colore flavicante, succo dulcem & gratissimum, non congestum ut

Palmæ, sed per singula discretum, nucleo magno vehementerque duro, &c.

Cuci Plinio l.13. c.9. qui eadem ferè quæ Theophrast. habet.

Cuciophera, Matth. Cam. ep. Lugd. ap. Tab. Ger.

Cuciophoron, Ang.

an Nux Indica minor, Cuci Theophrasti, Cord. histior.

Bdellij fructus Cortusi, Clus. hist. Lugd.

Perseæ, hunc fructum ad pinxit, Lugd.

Cuci fructus, suo pulvino nudatus, Clus. hist.

Cuci fructus, Linsc. part. 4. Ind. or. fig. 18.

I X. Nuci Indicæ majori affinis fructus Brasilianus.

Fructus exoticus quintus binis foraminibus parte anteriore, Clus. exot. l.2.c.16.

X. Nucula Indica ex Guinea.

Nucula Indica, Adv. Lob. ico.

Nux altera, Clus. exot. l.2.c.26.

Nucula Indica secunda, ad Clus. cur. post.

Ex folijs liquor exprimitur, aut ea in aqua decoquuntur, eoqué pro potu utuntur : at ex fructu panem suavem conficiunt.

XI. Palma cuius fructus sessilis Faufel dicitur.

Faufel Serapioni : Filfel & Fufel, Avicennæ.

Avellana Indica, Matth. qui una tabella triples fructus pingit, ut & Lugd. hic tamen & nucem ex Clusio adposuit.

Faufel, id est Avellana Indica, Cord. hist. Frag.

Faufel sive Areca, Garz.

Areca sive Faufel, Clus. in Garz. Lugd.

Avellana Indica cuius fructus Areca, Acostæ.

Areca palmæ species, Scalig. Vartomanno, cui fructus Coffol, & Lug. Romano Chofola, Lugd. Areca, Cast. Tabern. Ger. hi duo & arborem & fructum, tam hujus quam sequentis, una tabella proponunt. (Lob.

Faufel cum suo involucro & eodem exutu, Adv.

Nuci Indicæ affinis fructus, Areca, Cæf.

Palmæ Indicæ altera species, quæ Lusitanis

Arequiero, quæ fructum Arecca seu Faufel parit, Linsc. 4. part. Ind. or. c. 5. & fig. II.

Arecca & Arrequa, Supary, Arabibus Faufel fructus dicitur, Linsc. 4. part. Ind. or. c. 16.

Genera tria : 1. latere uno pressior, altero latior & major: 2. minus, nigricantius, durius, Checanyn dictum 3. à cujus masticatione homo ac vino inebriatur, Linsc. l.c.

XII. Palma cuius fructus oblongus Faufel similis.

Avellanæ Indicæ genus oblongum, Clus. in Garz. Lob.

Nux oblonga quæ Faufel cum suo involucro magnitudine æquat, Lugd. cui Avellana Indica 4. ordine in tabula.

XIII. Palma fructu nuce juglande minore & rotundiore.

Alia species Coquillo dicitur, in Chile fructu suaviore, part. 9. Ind. occid. l.4.c.26.

XIV. Fructus exoticus Faufel affinis.

Fructus exoticus 2. à Clutio, Clus. exot. l.2.c.23.

X V. Fructus Javanensis quadrangulus cortice reticulato spadiceo.

Peregrinus fructus tergāyūw prægrandis, altius Palmæ fructus forte, Clus. exot. l.2.c.5.

Hunc cum pluribus alijs à D. Hooft Guileini, Amstelrodamo accepi.

X VI. Nucis de Coulcul quæ gemini pugni magnitudine fit, quæ parvis granis esui aptis, atque Avellanæ instar dulcibus plena sit, meninit Bellonius obs. l.1.c.ult.

X VII. Courcq, fructus Brasilianis, ex quo oleum exprimunt curandis vulneribus præstantissimum : Lerijs, vel 3. par. Ind. occid. 10.

Palma squamoso fructu.

I. Palma conifera ex Guinea squamis ad pediculum conversis.

Palma pinus sive conifera, Adv. Lob. ico.

Palmapinus sylvestris, Lugd.

Peregrinus fructus squamosus, Clus. in au-

star. ad exot.

Fruticis aut arboris exoticæ ramus cum fructibus squamosis, Clus. cur. post.

Includitur nucleus durus, venosus, qualis interdum pro insigni aliquo lapide obtruditur.

II. Palma conifera squamis sursum cōversis.

Fructus peregrinus abiegnæ nuci similis, Clus. exot. lib. 2. cap. 3.

III. Palma conifera squamis à prioribus differens.

Palmapinus sive conifera Penæ, Lugd.

Palmapinus, Cast. app.

Palma conifera, Tab.

IV. Fructus squamosus orbicularis major juglandis magnitudine.

Fructus peregrinus squamosus tertius, Clus. exot. lib. 2. cap. 3.

V. Fructus squamosus orbicularis minor, avellanæ magnitudine.

Fructus peregrinus squamosus secundus, & fructus

fructus Cannæ de Bengala creditur, Cl. ex. l. 2. c. 3.

VI. Fructus squamosus orbicularis sulcis rectis, obliquis & transversis.

Guayauæ fructus elegantissimus, Cl. ex. l. 2. c. 4.

Guanavanus, part. 9. Ind. occid. c. 28.

Variat fructu cordis effigie viridi: item orbiculari crocei coloris.

VII. Fructus squamosus pyriformis.

Fructus aspero cortice ex Baly insula, Clus. ex. lib. 2. cap. 4.

VIII. Palma fructu aculeato ex arboris trunko prodeunte.

Jaca, Garz. Acoft. Frag. Lugd.

Jaca minor, Cast.

Jaceros in Calecut, Ludov. Romano.

Jaaca & Jaqua, Linsc. 4. p. Ind. Or. c. 6. & fig. 16.

Fructus melonis magnitudine: quoddam genus adeo auget, ut ab uno homine ægrè attollì queat: Duplex est, alter & præstantior Barca: alter Papa aut Girasol appellatur.

IX. Arbor fructu Anancs ex caudice emer- gente, nucleis turgente.

Arbor sine folijs seu ramis, in Insula minore S. Mariæ part. 4. Ind. Or. c. 6.

X. Arbor Indica fructu racemoso erinaceo. Erinaceus Lusitanorum, Linsc. p. 4. Ind. Or. fig. 16. Fructus in Baly Insula pomi ferè magnitudine, aspera & spinosa cute testus.

XI. Fructus cortice squamoso.

Fructus ex Bally pyri magnitudine, cortice in- star pīcīs squamarum aspero, nucleo uno vel altero, Linsc. par. 3. Ind. Or. 39. & par. 4. c. 6.

Nuces exoticæ.

I. Nuculæ saponariæ non edules.

Arbores, quæ à precarijs sphærulis & à sapone cognomen acceperunt, folijs filicis, Oviedo hi- stor. Ind. Lugd.

Sphærulæ saponariæ Oviedi, Monardi.

Fructus exoticus 16. Clus. ex. l. 2. c. 16.

In Hisp. fructu integro cum aqua pro sapone utuntur: ex officulis fiunt corollæ ebenis similes

II. Nux vomica in Officinis.

Nuces vomicæ Seplaſijs, quas Methellas genuinas crediderunt, Matth.

Nux vomica communis, nec vomica est, nec metella, Ang.

Nux vomica, Cord. hist. (cui & canina) Cast. Lugd. Tabern.

Nux metella, Lac. vulgò & Fungus orient. Cæſ.

Nux metella vera, Vomica officinarum, Lon.

Vomica officin. falso Metella, Guil.

Tithymali myrsinitis fructus, Fuch. comp.

Nux vomica, forte Cutschula, Rauvvolf.

Homini noxiā dicit Matth. innoxiam Mi- lichius & Renodæus: potionē somniferas ex his se parasse, Brassavolus scribit.

III. Nux metel officinarum oculata.

Nux metel communis, Vomica non est, sed po- tius Metel verum, Ang.

Nux vomica, Lac. vera, Metella officinar. Lon.

Nux methel sive methela, Lugd.

Hippomanes Cratevæ quibusdam, Eid.

Fructus peregrinus sextus, Clus. exot. l. 2. c. 30. & in altera tabula, Lugd. Tab. & Ger.

Nucum genus gallis tum forma tum magnitu- dine simile, Ind. Or. part. 4. c. 8.

IV. Cocculæ Officinarum.

Baccæ cotulæ Elephantinæ Germanis pharma- cop. Matth. epist.

Solani furiosi fructus, Cord. in Diosc.

Cuculi fructus Solani furiosi in Ægypto, Eid. h. Coco de levanti, quidam fructum Tithymali paralij esse putant, Lac.

Grana orientis, Cornaro.

Nux vomica forte, quæ officinis Galla orien- talis, Cæſ.

Cucculus Indicus, Cast.

Cocculæ orientales, Doam Sames in Halepo, Rauvvolf.

Coco orientalis, Frag.

Cocci orientales, Tab. Ger.

Baccæ orientales & pectorariae, Condroncho.

Hæ sæpe racematis pediculis hærentes, he- deræ corymborum modo ex Alexandria adfe- runtur. Pro pediculis nullum præstantius re- medium inventum, Condronchus peculiari de his baccis tractatus scribit.

Quidam Solani manici, quidam Tithymali, quidam Clematidis fructum opinantur.

V. Anacardium: fructus hic veteribus Græ- cis incognitus censemur, quem recentiores Græ- ci ανακάρδια, à cordis cumprimis resiccati, tum similitudine, tum colore nominarunt. Baladar Arabibus, ut Serapioni.

Anacardium, Marth. Lac. Cord. hist. Lon. Cast. Garz. Acoftæ, Frag. Lugd. Tab. Ger.

Anacardium, Arabibus Balado, Lusitanis Faba Malaccana, ex qua viridi Achar conficiunt, id

est, sale & aceto maceratum condijunt, Linscot. part. 4. Ind. Or. c. 29.

Anacardus sive Anacardium: Persea forte Plinii Cæf.

Variat: nam quod in Malavar, oblongiore porrecto collo est, eo quod in Sunda prodit.

VI. Anacardij alia species.

Acajon, Theveti, Lug. Leri 3. par. Ind. occ. c. 12.

Cajous Acoſtæ, Clus. ad Garz. Lugd. Ger.

Cajos, Linſc. part. 4. Ind. or. 9. & fig. 13.

Castaneæ quæ ex Indijs adferuntur: Rondil. cap. de memoria deperdita.

Anacardij aliud genus, quod Cajous, Frag. Tab.

Fructus peregrinus 7. Clus. ex. l. 2. c. 30. & in tab. altera, Lug. Tab. Ger. nux est Cajous immatura.

Fructu ovi anserini forma, cuius extremo nux leporini renis figura (cujus nucleus suavis simus) adnascitur: ex fructu Canibales potio- nis genus conficiunt.

Arbores venenatae.

I. Arbor fructu orbiculari venenato.

Penoabſou Theveti, Lugd.

Arbor in America portulacæ folijs, & in fructu quolibet nuces senæ amygdalis similes, in singulis singuli nuclei, ad vulnera sananda, ut & oleum ex ijs expressum, utile.

II. Arbor fructu pilæ magnitudine.

Arbor venenata 1. Theveti, Lugd.

Hujus succo Canibales sagittas imbuunt.

III. Arbor succo venenato, radice esculenta.

Arbor venenata alia, ex qua scarificata succus mortifer emanat, radice tamen esculenta, ex qua farinam, qua vescuntur, faciunt, Thev. Lug.

IV. Arbor fructu venenato, radice veneno- rum antidoto.

Arbor Baxama, cuius & umbra & fructus suffo- cant: cum tamen radix in alijs regionibus, ve- nenorum antidotus sit, ut & fructus qui Rabauit vocatur, Theveto, Lugd.

V. Arbor brassicæ folio excelsissima Ame- ricana.

Uhebebasou fructu pedis longitudine, quo a- sum examina nutrituntur, Theveto, Lugd.

*HERBÆ ET ARBORES
admiranda.*

I. Planta sanguineos sudores excitans, in epift. ad Monard.

II. Herba mortem aut vitam in morbis præ- nuncians, Monard. Lugd.

III. Baharas in Judæa radix colore flammæ assimilis, circa vesperam veluti jubare fulgu- rans: quæ accendentem & evellere cupientem

tam diu refugit, nec prius fugam sistit, quam urina muliebri, aut menstruo sanguine con- spersa fuerit, Joseph. debello Judaico. cum Aglaophotide sive Cynospasto terrestri Æliani: marmaritide Democriti: Cynocepha- lia & Osiritide Apionis: moly, Homeri: & pœonia non Dioscoridis, sed Galeni, nisi fal- lor, convenit. Guil. pap.

Baaras aut Babras Josephi, ex loco natali, Caſt.

IV. Frutex Tartaricus.

Agnus Scythica, Borametz, Sigil. Baroni ab Herberstein in hist. Moscovitica, Scalig. Lugd. Borametz Tartarica, Claud. Dureto, qui eum pingit.

Ex semine Melonis magnitudine crescit fi- gura agni, quem omnibus partibus repræſen- tat & pro carnibus pilos gerit singulari cornu specie, & radix ad umbilicum surrigitur.

V. Arbor venereoſ ſtimulos domans: in epift. ad Monard.

VI. Arbor folijs ambulantibus, Pigafettæ.

Arbor in insula Cimbabon, Coſtæo, Guil. pap.

Arbor mira cuius frondes repunt, Scalig.

Arbor folijs virentibus & ambulantibus, Du- reto, qui eam pingit.

In insula Cimbabon, arbor folijs Mori mul- tum ſimilibus, parte utraq; binos pedes breves & acutos habens, quæ ubi tanguntur, diffugiunt.

VII. Arbor Malavarenſis folijs tactu ſe con- trahentibus.

Arbor in provincia Pudeſetan in Asia, Nicolao Conti, Pogio Florentino, Cardano.

Arbor pudica, Scal. Dureto, qui arborem pingit.

Arbor verecunda in Pudeſetania, Coſtæo.

Planta in Peru naſcens, cuius folia contactu ſic- cantur, Francisco Lopetz: quam tamen Acuan verum aliqui putant, Clusio monente.

Herba pudica, Lugd.

an Arbor circa Memphim, Theophr. 4. histor. 3. naſcitur peculiaris quædam arbor circa Mem- phim, non folijs, vel ramis, vel tota forma pecu- liare quid ſortita, ſed eventu: facies enim ejus spinosa, folium filicibus (pennis Plinius) non abſimile: ſed cum ramulos quispiam cōtigerit, folia veluti areſcentia & langueſcentia cōtrahi- ajunt, deinde paulo post ad vitam redire. Idem ferre Plinius l. 13. c. 10. Huic arbori affinis herba, quam l. 10. f. 2. ſub Herba viva proponimus.

II. Arbor aquam fundens.

Arbor perennes aquas è folijs exudás, Benzoni in inſul.

in Insul. Canar. descr. vel Ind. Occid. par. 6. ubi & figura habetur.

Arbor mediocris magnitudinis in Insula Ferro, cui similis in toto orbe non invenitur, Linsc. part. 3. Ind. Or. c. 5.

Arbōr in Ferro Insula, quae incolis Garoë: Hispanis Sancta: veteribus historicis Til vocatur, par. 8. Ind. Orient.

Vide & Cardanum 6. variet. rer. 22.

Ombrion sive Pluvialem Plinij & Solini, hanc Insulam suspicantur. Plin. l. 6. c. 32. in Insula Ombrion vocata, arbores similes Ferulæ, ex quibus aqua exprimitur: ex nigris amara, ex candidioribus potui jucunda. Verùm Benzo & Linscottus, arbore folia Juglandis, quanquam paulò majora & perpetuò viridia, tribuunt, quæ fructum habet in cortice glandis instar pendente, cum nucleo suavissimo & valde aromatici gustus, par. 8. Ind. Oriental.

In tota Insula nulla aqua reperitur, prèter eam quæ ex illa arbore manat, quā perpetua ac densa nebula, ubi solis æstus non flagrat, circumdat.

IX. Abores quibus ædicularæ superstruuntur. Ceibas sive Cerbas arbor maxima in Ind. Occident. quam homines quatuordecim simul completi nequeunt, Oviedo, Cardano, Francisco de Bello foresto.

Cerbas arbor in Nicaragua, quam quindecim completi non possunt. Tantæ crassitie, ut Indi ædicularas supra construant, Petrus Martyr: pingit Claudio Duretus: vide & part. 6. Ind. Occid. 61.

Ceyba arbor, Lerio de Bras. c. 12.

Ceyuas arbor grandis in India, ex quibus Indi suas Canoas fingunt & excavant, 9. par. Ind. Occident. l. 4. c. 30.

Ligno est fungoso ut Suberis: fructu lana referto & semine bombacis.

Quomodo Indi in arboribus domicilia habent, duabus figuris exprimitur, in parte 6. Americ. & istorum ædificiorum meminit etiam Petrus de Cieca part. 1. Chronicæ Peruanæ c. 12. & 27. & 29. quæ valde capacia esse scribit, ut plures etiam intreas familias capere possint.

X. Arbor in summo cacumine saltēm frondes minimas parturiens, ex cuius trunco integro, Canoas suas exstruunt, Linsc. p. 4. Ind. Or. fig. 21.

XI. Licondo, arbor tantæ magnitudinis, ut sex viri brachij ex expansis vix possint circundare, & tantæ magnitudinis, ut 200. viros cum ar-

mis & remis capere possint, ex cuius trunco excavato scaphas conficiunt in regno Congiane, part. 1. Ind. Orient. c. 4.

XII. Rattiak arbor, ex qua in Virginea linteres fabricant, 1. part. Ind. Orient.

XIII. & XIV. Yga, Yuvera, arbores in Brasilia quas integras decorticant, cortice illæso, ex quo scapham parant, quarum singulæ tringita armatos vehunt: nam cortex pollicaris crassitudinis, quatuorpedes latus, quadraginta longus: par. 3. Ind. Occid. l. 2. c. 25.

Sic ex arboris Yuire vocatæ cortice, tiliæ persimili, funes conficiunt: Lerius de Brasil. c. 14.

Linteres singuli, ex cortice arborum detracto constant, quos Ygat nominant, tantæ amplitudinis, ut singuli quinquaginta homines capiant: idem capit. 13.

XV. Gelsomoro arboris ab incolis dictæ cortex, in quibusdam Indiæ locis pecunia est: Pigafetta in desc. regni Congiani lib. 1. c. 4.

XVI. Pindo herbæ caules aut Palmarum ramos, ad januas ædium Brasiliiani adponunt, Lerius des. Brasil. c. 13.

Abores anatiferae.

I. Arbor ex cuius ligni putredine vermes, & ex his Anates viventes & volantes generantur, Claud. Duretus arborem pingit.

Hector Boëtius in descr. Scotiæ in Insulis Hebridibus, Klaki avem nominant, in quibus vim procreandi potius, quam arboribus inesse, &c. quæ citantur à Cardano l. 6. de Var. rerum, dubitatione prorsus digna dicens. Polydorus Virgilius probabula habet.

Olaus Magnus scribit, è lignis putridis fungos primùm enasci, ex his aves maritimæ, quæ piscibus vivant. Idem confirmat Cornelius Scribonius in epit. hist. de gentibus Septentrion. Alexander ab Alexandro de diebus genialibus: Antonius Torquemada in suo Hexamero: Joh. Baptista Porta in phytognom. Abraham Ortelius in suo theatro. Sic Syl. Giraldo in hist. Hiberniæ, Bernacæ dicuntur, quæ anatibus palustribus similes, sed minores.

Bernacles, Ad. & Lob. Britanniæ conchæ anatiferae, Lob. belg. Anatifa concha, Lon. Ex surculis arborum conchæ anatiferae, Lugd. Conchæ anatiferae ex arbore dependentes & trunco adhærentes, Aldroand. de avibus, & lib. de testaceis.

Conchæ vulgo anatiferæ, non sunt fructus ter-
restris, neque ex ijs anates oriuntur, sed Balani
marinæ species, Colum.

In navigat. tertia Hollandorum per Norve-
giæ in Chinam Ann. 1596. sive in par. 3. Ind. Or.
hæc habentur: hoc loco Anserum rubentium
ova magno numero collegimus: cuius generis
anseres quodannis magna copia in Hollandia
ad Wiringam capiuntur: qui quo loco sua ova
excluderent, haetenus nemini adhuc comper-
tum fuit, cum multi eosdem in Scotiæ arbori-
bus nasci, frustra contenderint.

II. Arbor ex cuius fructibus in aquam dela-
psis anates prodeunt, Claud. Dureto, qui ejus fi-
guram proponit. Arborem in Scotia apud Orcades Insulas repe-
riri audio, cuius fructus avem Anatum formam
habens, producunt, Æneas Sylvius in descript.
Europæ. Arbores in Scotia quarum fructus folijs involu-
tus, si in aquam decidat, in avem transmutatur,
quam avem arboream vocat, Seb. Munsterus in
Cosmogr. Saxo Grammaticus etiam meminit.
Arborum quarundam fructus similes cono pi-
ni, si in mare decidant, in aves transeunt, qui-
bus etiam in Quadragesima uti licet, Joh. Bote-
rus in sua relat. De his etiam Pierius Valerianus
in suis Hieroglyphicis, & Andreas Thevetus,
in sua Cosmographia.

Fructus ostraceis non dissimilis arboribus na-
scens, in tanta copia, ut folium vix cerni liceat:
par. 8. Ind. Occid. descr. navig. 1. ipsius Drake.

In Guajana, Ostrea in arboribus, & non in terra
crescunt, quod in India Occidentali & alijs lo-

cis frequentissimum est: quam arborem The-
vetus in sua Gallia Antarcticæ c. 26. describit, ad-
dita imagine peregrini cujusdam fruticis: de-
scribitur etiam à Plinio l. 13. c. 25. par. 8. Ind. Oc-
cid. in hist. Ralegh.

III. Arbor cuius folia si decidunt super ter-
ram, in aves volantes, si verè in aquam, in pisces
mutantur, Claudio Dureto, qui figuram fingit.

Cornu plantabile.

Coronidis loco de Cornu plantabili quæ-
dam ex Hugonis Linschotani historia Indica,
quæ par. 4. Ind. Or. habetur, qui cap. 17. hæc re-
fert, in Goa Insula, ad hujus nominis civitatem,
juxta murorum terminos, locus quidam discre-
tus est, quo omnis generis pecudes maestare so-
lent, in quo animalium cæforum cornua passim
objecta jacent, non solùm ceu nullius apud In-
dos usus, sed præcipue hanc ob causam longius
objiciuntur, quod Indis haud exigua contume-
lia sit, si ei cornu ostendatur, ædibûsve objicia-
tur: ita ut cornu ostendenti, à magistratu poena
constituta sit. Hæc cornua, si illo loco aliquan-
diu jacuerint, radices in terram defigunt, me-
dulla ejus in plurima quasi filamenta dissecta &
protuberante, & hoc modo in solum se immit-
tente: radix brassicæ similis: sicut plures meis
manibus evulsi, duas trésve spithamas elonga-
tas, id quod nullo uspiam terrarum angulo si-
militer fieri compertum est. Hujus cauam ve-
ram & immotam qui scrutaretur & assequere-
tur, nemo quod sciā, uspiam comparuit:
nam & terra, in omni illo confinio,
valde saxosa & lapidosa
est, &c.

S O L I D E O G L O R I A.



C O N C L U S I O.



Ulm ad hujus Operis in quo DEI Opt. Max. admirans sapientiam, clementiam ac bonitatem, in tot millibus PLANTARVM creandis, velut digito solum demonstrare voluimus, finem pervaenerimus, Tibi DEVS, qui solus immortalis es, tibi inquam, TRINVN & UNITIN Hygie & Panacea Parenti, sit honor & gloria in secula, quod pro ineffabili tua misericordia, inexplicabili clementia, inexhausta bonitate (ut qui solus ipsa Bonitas & Sapientiae) mihi misero peccatori tua gratia adfueristi, tuoque auxilio, ut ea que nunc supra quadraginta annos, in Plantarum historia adeo admiranda, suspicienda, vaga, Oceanique imperscrutabili simili, in qua potentiam tuam, sapientiam & bonitatem declarasti, partim varijs & laboriosis peregrinationibus, partim diligentie Botanographorum lectione, partim optimorum virorum communicatione, observavi, & observata Veterum & Recentiorum lectione comprobari cognovi, in hunc Indicem conferre potuerim. Tibi aeternae DEVS, quod me vitae & beneficij, toto vita mea tempore adeo clementer affeceris, mibi que cura spiritum servas, sit laus in secula. Insuper devoto pectore & supplex rogo, ut porro & mentem & intellectum meum illumines, manum meam regas, ut ea que solum nomine in hoc opere attigi, & quorum historiam in THEATRO BOTANICO, (cujus Operis hic solum Index est) fideliter tradere & absolvere possem, quod ea ad altissimi tui Nominis gloriam, ad humani generis utilitatem vergant, cum sine Tuo auxilio a nobis nihil, at Tua ope omnia prastari possint. Largire quoque tuum S. Spiritum, ut miracula tua in Arborum & Herbarum creatione, explicare queam. Tuo enim jussu, ut cum Sancto tuo Propheta loquaris, terra, tertio Creationis die SPIRITES creavit, Herbas frugiferas, & Arbores fructiferas, que suo quoque in genere fructum ederent, & in quibus suum semen inesset in terris: tradidisti sexta die homini omnes Herbas, que sunt in omni terra solo frugiferæ, omnesque arboreo fructu preeditas Arbores semen parientes, quibus ad alimoniam uteretur. Sic bestiis terrestribus omnibus, aerisque volucribus, & quacunque vitali spiritu animata in terris mouentur, his omnem Herbarum viriditatem ad pastum dedisti. Quare o S. TRINITAS meo instituto clementer adesse digneris, quo opus, a multis annis inchoatum, ad felicem finem perducere queam: siquidem

Nullius sit fælix conatus, & utilis unquam,
 Consilium si non detque juvetque Deus.

F I N I S.

ΤΥΧΗ ΚΑΙ ΠΟΝΩ.

APPENDIX.

ALIQUOT PLANTARUM DESCRIPTIO- NES ADPONERE

LUBET:

Ad pag. 75. post Allium Pyrenaicum ponatur.

ALLIUM sive **Moly Virginianum**: folijs est gramineis angustis, palmaribus, nervosis acuminatis, per margines nonnihil asperis, & caulinulos superantibus: caulinulis semipalmaribus, umbella ceu in Moly luteo insidet, quam flores plures purpurocærulei oblongis pediculis donati, ijq; trifolij insident: at umbellæ folia bina oblonga, ut in Allij sive Moly montani speciebus, sed latiora, subjiciuntur. Hoc Phalangij Virginiani nomine Lutetia ex horto Jo. Robini, D. Georgius Spörlinus Basileensis, Medicinæ candidatus, in hoc studio versatissimus, unà cum alijs multis, Anno 1622. misit.

Ad pag. 138. lin. 21.

BOTRYS ambrosioides Mexiocana: radice est oblonga, fusca, capillaribus fibris cincta, intus candida: caule pedali, etiam altiore, sed culbitum non superante, eoq; subrubente quandoque, rotundo, striato, pilis levissimis & rarissimis asperis: folijs pallide virentibus, Atriplicis sylvestris vulgaris forma similibus, oblongis, sinuatis, pediculis oblongis donatis & absque ordine caulem ambientibus: ad singulorum exortum, ramuli unciales, ut in Atriplice emergunt, pluribus velut capitulis alternatim dispositis, onusti, quibus singulis foliolum exiguum subjicitur, quibusq; apertis flosculi exiguoi, luteoli, ut in Botry conficiuntur, hisq; semen minutum copiosumq; succedit. Planta annua est, ex semine deciduo se se propagans. Et licet tota planta primo intuitu Atriplicem referat, ita ut Atriplex Mexiocana dici possit: attamen propter odorem gravem quidem, sed non ingratus, & saporem aromaticum ad Cuminum accedentem, & propter florū & seminum copiam, ad Botrym referre maluimus: hocq; primum nomine Parote Mexiocani in horto Cl. Doctoris Plateri Anno 1619. crevit.

Ad pag. 141. lin. 34.

XXXIII. GRAMEN juncum minimum alterum: à priore differt potissimum capitulis, quæ & summo caulinco insident, & squamosa non sunt: in fossis Patavinis, aqua defluxa, reperitur.

XXXIX. GRAMEN juncum minimum maritimum. Tota planta dordantem non superat, cespiti similis, ex cuius singulis radiculis, singuli caulinco exurgunt, foliolis capillaceis paucis cincti, qui exiguis utriculis donantur: hoc in Zeelandiæ maritimis ad oppidum Gous, D. Gilienius collegit & transmisit.

XL. GRAMEN cyperoides latifolium spica spadiceo viridi majus: Radice est oblonga multiplici, rufa, mire capillata, caulis triangulis, cubito minoribus: foliis arundinaceis, pedaliibus, & quam in vulgari angustioribus: spicis ternis, quaternis, rarius quinis, alternatim succedentibus, angustis, trium quatuorve unciorum longis, coloris spadiceo-viridis, quarum prime semper folium oblongum angustissimum subjicitur. Hoc in humidis ad Sellam novam Monspessuli primum vidimus: dein ex Lusatia, à D. Franco Graminis Spravvaldensis nomine acceperimus.

XLI. GRAMEN cyperoides angustifolium spica spadiceo-viridi minus: Radice est brevior, lignosiore, parum fibrosa, & rufa: caule triangulo, pedali: foliis angustis, duris, semipalmatis, in acutiem desinentibus: spicis aliquot angustissimis, oblongis, spadiceo-viridibus, alternatim dispositis, & pediculis longis capillaceis insidentibus, quod Aprili mense circa Birsam reperitur. Aliquando tamen altius exurgit.

XLII. GRAMEN cyperoides spica pendula longiore & angustiore. Caule est cubitali, anguloso, striato, foliis oblongis, angustis, basi oblonga, caulem instar tubi vestientibus, ex quo veluti tubo, spicæ singulæ, uncias quatuor vel sex longæ, angustæ, prodeunt & propendent; ipsum vero folium cuilibet spicæ subjectum, oblongum est. Hoc locis humidis circa Thermas Apponenses Patavinorum crescit.

XLIH. GRAMEN cyperoides spicis minoribus minusq; compactis. Ex radice fibrosa, lignosa tamen, folia prodeunt angusta, graminea palmum longa, inter quæ caulis sesquicubitalis, tri-

quertrus, subasper, & magna ex parte nudus exurgit: in cuius summo, spica parva divulsa, & quasi aculeata consistit, quæ semina oblonga, subnigra, in aculeatum cuspidem desinentia, continet.

Hujus tres differentias notavimus: 1. est latioribus & longioribus foliis, spicis majoribus, & ad rivulum molendinarium urbis nostræ trans Rhenum reperitur. 2. à priore rarioribus & minoribus spicis differt, & in via Riehana ad sepes crescit. 3. foliis est angustioribus, brevioribus, spicis inter duas priores mediis, quod Pavatii locis humidis anno 1578. collegimus, & cum D. Guilandino ostendissemus, Ischæmon Plinii censuit, quod non probamus: idem sed per omnia minus anno 1579. Monspessuli in humidis invenimus, quod gramen cyperoides nominabant.

X L I V. GRAMEN arundinaceum plumosum album. Radice & foliis est arundinaceis, & in arundinis altitudinem excrescit: caule anguloso albo, paniculam arundinaceam, ramosam, palmarem, albam, mollem, splendentem, in-

star serici albi sustinet. Non longe Monspe-
lio, circa Perault & Magolanam reperitur.

X L V. GRAMEN nemorosum paniculis albis capillaceo folio: cespitis instar gramen hoc existit, quod ex radicibus capillaceis, folia copiosa, viridia, pilis tenuissimis similia, pedem longa, emittit: inter quæ culmi tenues geniculati, cubitales, aliquando sesquicubitales, pene nudi, in paniculam rariorem albicantem, palmo minorem, ex glumis parvis aristis donatis compositam, abeunt: in Querceto non longe Michel-felda copiose provenit.

X L VI. GRAMEN holostium alpinum mi-
nimum: Tota plantula uncias tres non superat,
foliis capillaceis uncialibus, cuius culmis capi-
tula paleacea insident, copiose in Helve-
tia, in S. Bernhardi monte minore,
provenit.

Grama hirsutum latifolium minus juncea
panicula.

Grama hirsutum capitulis
psyllii.



GRAMINIS hirsuti differentiae sunt plures: est latifolium majus ab aliis descriptum: est minus juncea panicula, magnitudine potissimum à priore differens, cujus figura adposita: est & capitulis psyllii, quod exile hirsutum cyperoides

Lobelio dicitur, cuius hic exactior figura exhibetur: est denique hirsutum angustifolium majus hic descriptum; & minus, quod gramen Leucanthemon in histor. Lugdun. dicitur.

*Grauen hirsutum angustifolium
majus.*



*Grauen spica subrotunda
echinata.*



XLVII. GRAMEN hirsutum angustifolium majus. Ex radice exigua fibroso, rufescente, culmus unicus, cubito altior, ut plurimum laevis, exurgit, in cuius summitate panicula alba, molliis, lexiter sparsa, ex multis laminulis composita, in quarum qualibet semina minuta, subnigra & subrotunda: foliis est paucis, angustis, palmatis & villosis (sculptor in pilis exprimendis lapsus est) aliquot culmum cingentibus: ipsi vero paniculae, utrinque folium tenuissimum subjicitur, quorum alterum panniculam superat, alterum non adaequat. Provenit in nostris paludosis pratis Michelfeldensibus.

XLVIII. GRAMEN spica subrotunda echinata, vel gramen echinato capitulo. Radice est capillacea, alba, foliis paucis angustis, tactu subasperis, duarum triumve unciarum, inter quæ culmi festucarum instar laeves, uno altero ve folio cincti, prodeunt: & quidem terni, vel quarterni, sed altitudine inaequales, alter enim duarum, alter trium quatuorve, alter sex unciarum: quibus singulis capitulum unicum, instar tribuli echinatum & spinosum, insidet: flores & semina non observavimus.

Hoc locis sterilibus circa Monspelium crescit: idem sed majus ex Hispania D. Albinus attulit, quod videtur clariss. Columnam gramen echinatum tribuloides appellasse.

XLIX. GRAMEN spica plana echinata. Plantula palmaris est, radicula ex fibellis albis copulata,

sita ex qua foliola capillacea, pauca, unciam longa, & festuca tenuissima, prodeunt: spicam habet uncialem, planam, quæ ex utriculis minutissimis aristas acutas emittit: ex Hispania D. Albinus attulit.

L. GRAMEN montanum panicula miliacea sparsa. Ex radice fibrosa rufescente, folia pauca, angusta, uncias quatuor vel quinque longa, una cum culmo tenuissimo cubitali, uno altero ve folio vestito, exurgunt, in cuius summo panicula sparsa, ex loculis minutissimis composita: in monte Crentzacensi provenit.

L I. GRAMEN arundinaceum panicula milacea: Ex radicibus fibrosis albis, unus & alter culmus cubitalis exurgit, quem parte inferiore folia arundinacea unciarum trium cingunt. At

partem supernam duobus nodis distinctam, folia duo angustiora, longioraque vestiunt: in cuius summo panicula trium unciarum, milii paniculae similis: in agris Patavinis reperitur, & à gramine miliaceo à Lobelio proposito, plane diversum est.

LII. GRAMEN arundinaceum Sorghi panicula sparsa. Hoc culmis est cavis, magna ex parte reclinatis, ita ut capillaribus radicibus terræ affigantur, qui per folia (quæ longiora & angustiora quam in priore) veluti per tubum trans-eunt, & in summo paniculam fere palmarem, sparsam, parvis utriculis donatam, sustinent.

Locus natalis memoria exci-dit.

Gramen latifolium spica triticea compacta.



Gramen angustifolium spica tritici muticæ simili.



L III. GRAMEN latifolium spica triticea compacta: Culmo est sesquicubitali, uno altero-
ve geniculo distincto, foliis frumentaceis, peda-
libus, spica triticea, palmari, lata, glumis acutis
carente: Basileæ, ad agrorum margines.

L IV. GRAMEN latifolium spica triticea di-
vulsa. Hoc à priore, spica potissimum differt, quæ
in spicas distinctas & angustas divulsa est, & sibi
invicem alternatim in culmo subsequuntur,
quarum utriculi brevissimi aristis armantur: in
Italia ad agrorum margines.

L V. GRAMEN angustifolium spica triticea
compacta: Hoc foliis est angustioribus, sesqui-
palmaribus rigidis, acuminatis & albicantibus:
culmo lævi, rotundo, striato, sesquicubitali: spi-
cas palmaribus, compactis: utriculis rigidis &
acuminatis. Basileæ, ad sepes locis aridioribus
extra portam Blasianam.

L VI. GRAMEN angustifolium, spica tritici


Gramen spica brizæ majus.



muticæ simili. Radicibus oblongis, geniculatis,
nodosis candidis serpit: culmis est sesquicubi-
talibus, rotundis: foliis juncis, oblongis, duris,
in acumen fastigiatis: spica oblonga triticea, ei
Triticœ, quod aliis spica mutica dicitur, simili:
glumis paucis, oblongis, aristis carentibus. Lo-
ci arenosis circa Basileam, ut ad Cliben prove-
nit. Wæihengras appellare lubet, quod in Phy-
topinace sub gramine arundinaceo spica triti-
cea posuimus: & Lobelius in Catalogo Grami-
num, quem advers. p. 2. addidit, gramen frumen-
tarium, segetaleve triticeum, sive triticea spica
Cas. Bauhini nominat.

L VII. GRAMEN spica secalina: ipsi Secali
similimum: calamo est tricubitali, lævi genicu-
lato & pallente: foliis paucis longiusculis: spi-
ca uncias quatuor longa, oblongis aristis arma-
ta: quod Basileæ, in agris frumentaceis frequen-
ter reperitur.

Gramen maritimum panicula loliacea.



L VIII. GRA-

LVIII. GRAMEN spica brizæ majus. Radicibus & culmis est frumentaceis, foliis angustis, spicis palmaribus, multiplicibus, utrivilis aristis brevibus armatis, flosculis, ut in tritico, luteolis: Tota planta ad viri altitudinem assurgit, & apud nos locis acclivibus ad Rheni ripam, & ad montis Crentzazensis ascensum provenit.

LIX. GRAMEN spica brizæ minus: Tota planta palma minor est, radice exili, fibrosa, foliolis ad radicem brevibus, mollibus, canescentibus, spica unciali, quæ modo simplex, modo gemina & terna, utrivilis aristis armatis: in agris Monspeliens. D. Saltzmannus legit.

LX. GRAMEN loliaceum latifolium spica angustiore: Ex radice alba, arundinacea, fibrosa, culmi aliquot bicubitalis exurgunt, foliis paucis, latiusculis, oblongis cincti, quorum summo spica angusta, unciæ quatuor vel quinq; longa, Phœnici vel Hordeo murino similis. Basileæ circa Cliben, longioribus & brevioribus foliis varians, reperitur.

LXI. GRAMEN loliaceū minus, spica simplici: Ex radice capillacea, caulinis plures, rotundi, duri duarum unciar. & etiam semipalmares, foliis paucis, angustis & brevibus cincti, exurgunt, quib. spica duarum unciar, angusta, lolio similis, insidet: in agris Monspeliensibus frequens est.

LXII. GRAMEN loliaceum minus supinum spica multiplici. Hoc majori ex parte repit, & caulinis est multis, unciarum quatuor, foliis paucis, & spica multiplici, cuius utrivilis semen parvum oblongiusculum includitur; & hoc apud Monspelienses provenit.

LXIII. GRAMEN maritimum panicula loliacea. Ex radicibus capillaceis, caulinis plures, rotundi, recurvi, altitudine impares, palmo inferiores geniculati, foliis paucis, angustis, oblongis cincti, exurgunt, paniculam loliaceam, trium quatuorve unciarum, sed ramosam, sustinentes: locis maritimis circa Monspelium, unde D. Saltzmannus attulit, provenit.

LXIV. FESTUCA graminea glumis vacuis. Ex radicibus fibrosis simul junctis, culmi aliquot geniculati, pedales, ad radicem lanagine pubescentes, foliis angustis, paucis donati exurgunt, qui glumos plurimos, læves & vacuos, filamentis tenuissimis adpendentes, partim virides, partim spadiceos, aristis oblongis donatos, sustinent: hæc apud nos in tectis & muris crescit: &

cum glumi longis filamentis adpensi sint, facile à quovis vento agitati, tremunt, hinc Monspeliensibus gramen tremulum dicitur.

Hæc aliquando, apud eosdem, glumis paucioribus & aristis longioribus & recurvis in agris reperitur, & festuca graminea aristis incurvis, nominari potest.

LXV. FESTUCA graminea effusa juba. Hæc altius exurgit, caule viridi & rotundo, qui in juba pedalis longitudinis effunditur, cuius glumi angustiores & longiores, brevibus aristis cincti, pediculis capillaceis, oblongis insident, qui per maturitatem albant: inter segetes reperitur.

LXVI. FESTUCA junceo folio. Ex radice parva, fibrosa alba, folia pauca, juncea, semicubitum longa, ut & culmus rotundus, cubitalis exurgit, qui in paniculam avenaceam, sed angustiorem, albam, angustum, desinit, quæ ex oblongo folliculo (à folio constituto) paniculam longe superante, prodit: cuius glumi rari, aristis longissimis & argenteis donantur. In Valesia ad paludem urbis Sedunensis copiose provenit, unde D. Burserus nobis attulit.

LXVII. FESTUCA junceo folio spica gemina: Hæc culmo est sesquicubitali, rotundo, geniculato & ramoso, cuius summitati spicæ vix unciā longe, molles, rufescentes, aristis oblongis armatae, Ischæmo grami villoso similes, insident, & semper duæ simul, uni oblongo pediculo insidentes; junguntur: folia habet juncea, longa, inordinate disposita. Locus natalis excidit.

LXVIII. FESTUCA pratensis lanuginosa: ex radice capillacea, rufescente, folia multa, angusta, pedalia, una cum culmis tenuibus, bipedaliibus, foliaceis, molli & pauca lanagine (culmi potissimum) aspersis, exurgunt: spica est oblonga, angusta, ex glumis oblongis, aristis donatis composta, & quasi in paniculam parvam expansa. Basileæ passim in pratis.

LXIX. FESTUCA dumetorum. Ex radice capillacea nigricante, culmi plures geniculis distincti, paucissimis pilis aspersis, duorum triumve cubitorum, foliis oblongis, angustis cincti, exurgunt, in quorum summo spica oblonga, locustis rarissima, oblongis, cauli proximis, & aristis armatis constans: Iulio mense, in dumetis circa Birsam, verumetiam in veribus, locis sicciorib. provenit.

LXX. FESTUCA dumetorum angustissimis & pilosis foliis: Radix est albicans, ex durioribus fi-

bris composita: ex qua calami aliquot tenues, uno altero vegetinulo distincti & pene nudi, exurgunt: folia sunt brevia, angustissima, levimollique lanugine hirsuta: calamorum summitati

veluti panicula, ex spicis pluribus composita, quarum quælibet capillaceo pediculo insidet, multis glumis aristis & candicantibus constans: provenit in dumetis circa Cliben.

Gramen montanum avenaceum locutis rubris.



Gramen avenaceum lanuginosum glutinis rarioribus.



LXXI. GRAMEN montanum avenaceum locutis rubris: Ex radice tenui, repente, alba, fibris capillarib. utrinq; donata, culmus simplex, laevis, pene cubitalis (rarius ex una radice plures exurgunt) circa radicem purpurascens, qui quasi in spicam tenuem desinit, cuius glumi ut plurimum ab una parte siti sunt, & foris ex nigro purpurascunt, intrusque albi sunt, in quorum medio utriculus parvus, candidus, pedicello donatus, semen minutum continet: foliis donatur paucis, angustis, acuminatis, circa radicem brevibus, at circa culmum, quem duo tria ve cingunt, longioribus communiter spicam superantibus. Iulio &

Augusto, hinc inde in montosis & umbrosis, ut circa arcem Richenstein, in monte Muteto Bafleensis, & monte Crentz censere reperitur.

LXXII. GRAMEN avenaceum lanuginosum glutinis rarioribus: Ex radice fibrosa, folia juncea oblonga, & culmi plures, juncei, cubitum superantes, paucis foliis donati, exurgunt, in quorum summo glumi rariores, albi, lanuginosi, utriculum continentis, quib. semen nigrum, splendens, inclusum est: locis asperis circa Mon-

spelium provenit: diversum est à Gramine montano avenæ semine: Clusij.

LXXIII. GRÆ-

Gramen glumis variis.

Iuncus acutus capitulis Sorghi.



LXXIII. GRAMEN glumis variis: Ex radice crassa, membrana, alba rugosa intecta, caufes bini, ternive, pedales, fragiles, læves exurgunt, quorum summo spicæ similis panicula uncialis, ex glumis variis coloris, insidet: folia plura ad radicem angusta, palmaria, saturate virentia: locis montosis circa Montembelgardum provenit, unde à fratre p.m. acceptepimus.



DE IVNCO.


CAPUT II.

IVNCI differentias viginti quatuor in Theatro proposituri, paucas hic apponemus: præmissa figura Iunci acuti capitulis Sorghi, qui Iuncus maritimus primus, adversariorum autoribus; & Iuncus rotundus alter, Cæsalpino dicitur: cum hujus figura à nullo fuerit expressa.

Juncus acutus maritimus caule triangulo.



Juncus acumine reflexo trifidus.



I. *Juncus acutus maritimus caule triangulo*: Radice est repente, fibrofa, à qua aliae radiculae, prioribus exiccatis, nascuntur: hinc caules, quos ad radicem brevia folia cingunt, pedales, trianguli exurgunt & in extremitatem pungentem desinunt, infra quem à latere floccus ramosus, rufescens exit. Hic in litore Veneto, & à Perault via qua Monspelio ad mare itur, provenit: & ad Danubium Lintzii D. Burserus legit.

II. *Juncus exiguis montanus mucrone carrens*. Radice est pusilla, nigra, capillacea, caulinco quatuor vel quinque unciarum, cuius summo capitulum parvum, ex fusco purpurascens, quadrifidum, in exiguum rigidiusculum filamentum abiens, infidet: foliola ad caulinco principium tria, juncea, unciam longa; in Taurero Rastadiensi, D. Burserus eruit.

III. *Juncellus inutilis, sive Chamæschænos*: hic radice est fibrosa, & pro plantæ magnitudine, cum unciam vix superet, satis crassa, folijs est tribus quatuorve junceis. Tiguri prope lacum Felinum, Majo mense. Ioan. Bauhinus p.m. collegit, & à C. Gesnero, ipsi Chamæschænos nominatus fuit.

IV. *Juncus acumine reflexo alter*: caule est sesquicubitali, rotundo, laevi, aphylo, panicula umbellæ simili: atrosplendente, pediculo carente, filamentis cœruleis, ut in Aphyllonthe, donata, quam caulis duarum triumve unciarum, acutus, sed mollis, parumque reflexus superat: in Provincia Gallæ provenit.

V. *Juncus acumine reflexo trifidus*: Ex radice nigra, geniculata & fibrosa, junci plures, tenues, palmum superantes exurgunt, qui in summo in tres, rarius quatuor stylos, tenuissimos, trium

trium quatuorve unciarum, dividuntur, in quorum summitatibus, post junci divisionem, paniculae parvae locatae sunt. In monte Fracto Lucernatum, in Pyræneis & Montibus Moraviae provenit.

Iuncus alpinus capitulo lanuginoso.



VI. IUNCELLUS capitulis equiseti fluitans:
Ex radiculis capillaceis, juncus recurvus tenuifimus prodit, qui in plures juncellos duarum ziziumve unciarum subdividitur, quorum aliqui

erecti, aliqui reflexi, capitulum minimum sustinent, & juncellis singulis foliolum tenue capillaceum adponitur. In aquosis Angliae fluitat, unde D. Gillenius attulit.

VII. Iuncus alpinus capitulo lanuginoso:
Radice est subnigra, tenui, fibrosa, ex qua aliorum juncorum more, loco foliorum, quasi styli tenues, recti, rotundi, & quidem plurimi, in laeve acumen vergentes, longitudine dispari, quorum longissimi, vix palmares sunt, & ad radicem rufescunt: & subhirsuti sunt: inter quas caulis unicus, strictus, ad spithamæ plus minusve, altitudinem exurgit, cui capitulum unicum, oblongum, molle, lanuginosum, haud multum leporum caudæ dissimile, insidet: cuius nomine *χοιρόλαγχης* in Phytopinace appellavimus: in montosis Harcyniae provenit, ad acidulas, inter fontem acidum Ribelsavy & Griesbach, ubi Julio mense Ioh. Bauhinus p.m. collegit, & nomine *Junci alpi* cum cauda leporina misit,

VIII. Iuncus alpinus bombycinus: Ex radice aliorum juncorum simili, folia juncea exurgunt, inter quæ culmi plures tenuissimi, palmo minores, qui capitulum parvum, lanugine alba ornatum sustinent. In montibus Moraviae loco dicto Kessel, D. Fleisserus eruit, & communicavit.

IX. IUNCUS floridus minor: Radice est candida, geniculata, fibris plurimis adhærentibus: caule palmari, foliis ternis, juncis, oblongis, acutis, duobus caulem superantibus, cuius summum, singulis pediculis, qui quini sunt alternatim sibi succedentes, flores (quos non vidimus) insident, quos fructus gemini rotundi Orobii Cretici magnitudine sequuntur. In palustribus Helvetiae circa cœnobium Eremitanorum, & in monte Fracto ad lacum Pilati Lucernatum, D. Burserus observavit.



Cyperus rotundus inodorus Germanicus.

DE SPARGANIO.

CAPUT IV.

SPARGANIUM minimum: plantula est uncia-
rum quatuor; nam radicula ex fibellis ob-
longis componitur, unde caulinus unciarum
duarum effertur, & in capitulum exiguum sub-
rotundum, cui aliud minus insidet, herbacei co-
loris & formæ, quemadmodum in sparganio
majore, definit: circa quem folia utrinque qua-
terna, vel quina, angusta, caulinum superantia.
Plantulam hanc D. Furerus anno 1617. trans-
misit, his ascriptis: Sparganium minimum &
semestrale; Northusij in lacunis quibusdam cœ-
noscis, quarum partes superiores per aestatem ex-
ficcantur.

DE EQUISETO.

CAPUT V.

I. EQUISETUM palustre linariæ scopariæ fo-
lio: Ex radice repente geniculata, caulis rotun-
dus, calami in modum inanis, geniculis distin-
ctis, cubitoque altior assurgit: folijs ad genicu-
la pluribus, linariæ vulgaris foliis latioribus, &
linariæ scopariæ similibus, viridibus, oblongis,
fragilibus, subasperiusculis: julos in cacumine
non observavimus, licet quandoque velut in ra-
mos dividatur. Basileæ, in paludibus Michel-
feldensis, & etiam in rivulo juxta patibulum,
reperitur.

II. EQUISETUM palustre minus polystachion:
Radice est repente; geniculis distincta, caule te-
nui, cubito minore, geniculis crassioribus articu-
lum trinque ternis, vel quaternis, junceis, palma-
ribus, quib. pene singulis minuta spica juli instar
insidet: caulis vero julum oblongum, minus co-
pactum, flosculis pallidissime rubentibus dona-
tum, sustinet: in aquosis Michelfeldensis.

III. EQUISETUM palustre tenuissimis &
longissimis setis: Culmo est inani, bipedali, ge-
niculis pixidatim cohærentibus articulato, cum
cæteris conveniens, exceptis foliis, sive setis jun-
ceis, longis, multoque tenuioribus: in palustri-
bus Michelfeldensium.

IV. EQUISETUM nudum minus variegatum
Basileens. Ex radice, parva, nigra, transversa, nō
nihil



DE CYPERO.


CAPUT III.

CYPERUS longus inodorus sylvaticus: Ra-
dices habet oblongas, geniculatas, rufes-
centes, folia plura, palmaria, viridia, angu-
sta, subaspera, ad principium membrana rufe-
scente simul vestita: caulem haec tenus nullum
observavimus, in sylvois, montosis, humidis, ut
in monte nostro Muteto, provenit.

CYPERUS rotundus inodorus Germanicus, sub
aquatico septentrionalium à Lobelio descri-
ptus, cum non recte sculptus sit, figuram ex-
hibere debuimus.

nihil capillata, caulinis plures, inaequales, rarissime pedales, communiter palmares, semipalmares & multo breviores, striati, pallide virentes, geniculis parte inferna nigris, superne albidis, articulati: folijs carentes, & cavi: in quorum summitatibus capitulum brevissimum juli instar insidet, quod à corona alba, ex octo, novem, etiam duodecim foliolis acutis composita, sustentatur: & quando pedibus calcatur, crepitat. Provenit ad ripam Rheni, juxta locum die Baar dictum. An Gesnerus libello de stirpium collectione, hoc intellexit? dum inquit: Hippasis lacustris quedam foliis mansu arenosis, in fine Iulij floret, uti puto: plura non habet.

Equisetum foetidum sub aqua repens.



V. EQUISETUM foetidum sub aqua repens: Radice est fibrosa, caulinis tenuissimis, rotundis, per obliquum, ut Saccharum penidi, striatis, geniculatis, fragilibus, per terram sparsis, quan-

doque cubitalibus, in plures caulinos brachiatis, foliis aliquot brevibus, in breves apices distinctis, ad genicula junctis. Tota planta fragilis, quæ aquis cœnōsis dum innata viridis est, at extracta & exiccata, incana & friabilis, ita ut non solum digitis in pulverem comminui possit, sed sponte in pulverem abeat. Odoris est lutosi & sulphurei. Solum in aquis cœnōsis demersum reperitur, quod primum Patavii in fossis Thermarum Aponitarum: dein non longe Lucerna: tum Basileæ cis pontem Birsæ, Michelfeldæ & Huningæ, in fossis observavimus.

DE ARVNINE SIVE CALAMO.

CAPVT VI.

I. **C**ALAMUS aromaticus Syriacus: Ex radice inutili, trium quatuorve unciarum longa, summo capite nonnihil extuberante & in paucas fibras desinente, caulis (modo unus, modo plures) fere bicubitalis, rectus, rotundus, laevis, fragilis, multis geniculis distinctus, exurgit, qui intus cavus, spongiosus & membranula (quasi tela alba subtena) uti harundines praeditus, qui assulatim frangitur, & in plures ramos dividitur, hique in tenuissimos subdividuntur, ad modum Ligustri Ægyptiaci Alpini, vel Lentisci Peruanæ sive Molle Clusii: qui flores parvos, foliaceos, plurimos, singulis tenuissimis pedicellis insidentes, sustinent, ex quorum medio apex styli instar prodit. Foliâ pauca, semper bina ex adverso ad singula genicula sita, caulem amplectuntur, unciam lata, sesquiunciam longa, nervis aliquot per longum excurrentibus. Caulis sapore est aromatico, vel amaro, quo in Theriaca pro calamo utimur. Hujus caulis partem anno 1579. à D. Paludano ex Ægypto reduce, Patavii accepimus. Verum cum totam plantam à D. Doldio habeamus, brevem ejus descriptionem (cum ab aliis non proponatur) adjicere lubuit.

II. ARUNDO Anglica foliis in summitate diffectis: Hæc foliis est cubitalibus, duarum trium vel unciarum latis, nervis aliquot, per folii longitudinem excurrentibus & elevatis: foliis in summo in duos, tres & quatuor apices divisus: hanc D. Cargillus ex Anglia misit.

III. ARUNDO Indica latifolia flore luteo punctato: Ex radice nigricante, nodosa, & fibris crassioribus donata, aliisque nodis adnascentibus,

caules plures sesquicubitales , crassi , arundinis instar nodosi , prodeunt , circa quos folia pallide virentia expansa , lata , in acumen desinentia , nervosa & tenuia : quæ , cum primo ante caulum exortum nascuntur , corniculorum chartaceorum modo convoluta existunt . Cauli , flores , gladioli floribus forma similes , coloris lutei , punctis asperis variegati , capitello hirsuto inhæret , quod flore delapsò augetur , subasperum fit , & semen nigrum , subrotundum continet . Hæc ut omnibus sui partibus , ita & semine minor est , quam ea quæ florem minii coloris habet . Hanc in horto habemus , in olla colimus , hyberno tempore in cellam reponimus , quæ primo vere plu-

res caules , antiquis resectis profert , & Iulio mense floret .

D E S E C A L E .

C A P V T VII.

SECALE latifolia : Culmis exurgit candican-
tibus , rotundis , striatis , quibus spica pal-
mum longa , crassa , aristis longissimis , & ut in
vulgari tenuissimis denticulis exasperatis armata , insidet : folia habet cubitum longa , unciam lata & per marginem leviter exasperata :
grana non vidimus : spicam & folia ex
horto Nobiliss . Contareni , Sena-
toris Veneti , habe-
mus .

LIBER SECUNDVS.

D E G L A D I O L O .

C A P V T I.

GLADIOLUS angusto gramineo folio : pro ra-
dice bulbum geminum habet , unum alteri
insidentem , caulem lævem , teretem , peda-
lem : folia bina ternave , graminea , angustissima ,
striata , mucronata , palmaria : flores ternos , qua-
ternos , pallide rubentes , supra se invicem ad
caulis summum utrinque ex sex foliis oblongis
commissi : quibus ut in cæteris , folliculi semen
paleaceum continentes , sed minores , succedunt .
Ex Hispania D. Albinus , in Muræna collectum
attulit .

D E H Y A C I N T H O .


C A P V T II.

HYACINTHUS minimus maritimus . Tota
planta unciar . sex est : ex bulbulo parvo

oblongo , cortice villoso tecto , caulinus duo vel
tres nudi , inter folia angustissima exurgunt , qui-
bus capitula minuta , rotunda , sursum porrecta
insident , flosculis minutis cæruleis , quibus ve-
luti siliquæ oblongiusculæ , semen minutum
continentes , succedunt : Mons pessuli in littore
maris anno 1595 . D. Gallus collegit : eundem &
loco eodem , sed uncias tres non superantem ,
D. Weckerlinus anno 1615 . eruit ,
& communica-
vit .

D E N A R .

Narcissus angustifolius albus minor.



DE NARCISSO.

CAPUT III.

I. *NARCISSUS angustifolius albus minor:* Ex radice bulbosa, tunica subnigra testa & paucis fibris capillata, folia bina vel terrena oblonga, angusta, porracea exurgunt: inter quae caulinus palmaris, cuius summo bini flores, parvi, albi, calice oblongo, angusto donati, insident: non longe Monspelio in saxosis & montosis reperitur.

II. *PSEUDONARCISSUS gramineo folio, sive Leuconarcissus aestivus:* Ex radice, oblongum, angustum bulbum imitante, exiguis capillaceis fibris praedita, membrana fusca testa, folia bina, croceis aemula, oblonga, exurgunt, quae sæpe caulinum superant; qui nudus, tenuis, trium, quatuor, quandoque quinque unciarum, fo-

liolis ternis, quaternis, brevissimis cinctus, florrem unum stellatum, intrinsecus albicantem, extrinsecus venis purpurascientibus, variegatum, ex foliolis sex compositum, sustinet: in cuius medio caulinus brevissimus, in stylum abiens, quem staminula apicibus candidis donata, cingunt, cui capitulum triquetrum, semen continens succedit. In alpibus Helvetiorum & Rhætorum, ut monte Spligel & ad Thermas Fabrias, Iulio mense floret: sed & Augusti fine, in Taurero Austriae monte, D. Burserus eruit.

DE ALLO.

CAPUT IV.

I. *ALLIUM juncifolium bicorne luteum:* ex bulbo oblongo, capillaceo, tunica alba vestito, caulis rotundus, palmo altior, foliis junceis duobus tribusve vestitus, exurgit, umbellam parvam luteam sustinens; cuius flores singuli, filamentis oblongis insident, ex sex foliolis luteis compositi, in quorum medio staminula totidem, & in medio stylus, quibus capitula trigona, semen continentia, succedunt: ipsi vero umbellæ, foliola duo angustissima, quorum alterum communiter longius, in latus expansa, subjiciuntur. Monspelio D. Saltzmannus attulit, & D. Burserus in Austria prope Stain & Baden, eruit.

II. *ALLIUM montanum minus:* ex radice parva, aliquantum nodosa & fibrosa, caulinus unus & alter tenuissimus, nudus, tres, quatuor, etiam sex uncias altus, inter folia oblonga, angusta, exurgit, qui capitulum minimum (quod apertum non vidimus) sustinet: in petra circa Oenipontem reperitur.

III. *ALLIUM montanum radice oblonga:* priori simile, sed caule altiore & foliis longioribus, capite rotundo pallide purpurascente, floribus ex foliolis sex, totidemque staminibus composito, non longe Monspelio loco montoso, qui

Hortus Dei dicitur, observavimus: quod forte Allium montanum sive Petroscorodon Gesneri in libro de Hortis.

• 60 •

Moly moschatum capillaceo
folio.



D E M O L Y.

C A P V T . V .

MOLO Africanum umbella purpurascen-
te: ex radice bulbosa, caulis (modo u-
nus, modo plures) cubito altior, nudus
& cavus, una cum foliis aliquot latiusculis, in a-
cutum definentibus, palmaribus & etiam se-
quipalmaribus, per marginem, instar graminis
hirsuti, pilosis: umbella, caulis summo insidet,
cujus flores communiter ex quinque foliolis,
dilute purpurascensibus, pediculis oblongis
& firmis insident: quibus vesicula, duo triave
semina nigra rotunda includens, succedit. Odo-
re est Allii graviore. Hoc Argentina à D. Meye-
ro acceptum, in horto ab aliquot annis alimus.

II. MOLY moschatum capillaceo folio: bulbo
est parvo oblongiusculo, rufescente & veluti re-
ticulato cortice tecto, ex quo caulinus tenuis,
palmaris, rarissime pedalis emergit; circa quem
folia juncea vel potius capillacea, sed sine ordi-
ne, quæ modo unciam, modo tres quatuorve un-
cias longa (quæ nimiris lata in figura exprimun-
tur) caulinuli summo pedicelli quini, seni, septe-
ni, veluti in umbella dispositi, à duobus exiguis
foliolis sustentati, insident: quorum singuli flo-
sculum ex sex foliolis acutis compositū, obscure
albentem lineis fuscis per medium discurrenti-
bus dissectum & staminulis aliquot donatum
sustinent: his capitula rotunda semina tria vel
quatuor, nigra, oblonga, triquetra, continentia,
succedunt: flos Moschi vel Zibethi odorem spi-
rat, & in collibus Monspelio vicinis provenit;
unde D. Saltzmannus anno 1598. attulit, & post-
modum aliquot annis in hortulo coluimus.

D E O R C H I D E .

C A P V T . VI .

I. **C**YNOSORCHIS angustifolia hiante cucullo:
chuic radices subsunt duas globosæ, altera
major & vegetior, altera flaccidior, qui-
bus superne fibræ aliquot adhærent: caulis ca-
vus, striatus, cubito minor, foliis aliquot pallide
virentibus, levibus, striatis, uncias sex longis, se-
munciam latis inferne, & uno altero superne
amplexantibus: spicam habet oblongam, ex
oblongiusculis pediculis dependentibus, hian-
tem cucullum referentibus: hanc in pratis Pa-
tavinis legimus.

II. **C**YNOSORCHIS militaris montana spica ru-
bente conglomerata: ex radicibus prædictæ si-
milibus, caulis cubitalis, rotundus, cavus, paucis
folijs angustis, striatis, uncias sex longis cinctus,
exurgit, cuius summo spica, ex floribus paryis, e-
leganter rubentibus conglomerata, insidet: quo-
rum labrum in quatuor parvas barbulas dividi-
tur, calcare tenuissimo à tergo. Nascitur in her-
bosis montis Mutetæ, Majo florens: quam prius
Patavium observavimus.

III. **C**YNOSORCHIS militaris pratensis elatior
floribus variegatis: hæc priore est testiculis mi-
noribus, caule breviore, foliis latioribus, uncias
duas longis, etiam caulis summum, tubi instar
cin-

cingentibus: spica breviore, ex floribus priore longo minoribus, iisq; ex albo & rubro eleganter variegatis. In pratis humidis Michelfelden-sibus, & trans Rhenum reperitur.

IV. CAM&ORCHIS alpina folio gramineo: planta palmaris est, ex cuius radice gemina, globo-sa, oblonga, folia angustissima, utrinque qua-terna, caulinum nudum, triunciale, qui inter ea ferrur, superantia exurgunt: spica unciali, cui utrinque foliolum brevissimum subjicitur: flo-sculi virides galericulati sunt. In monte Helve-tiorum Gothardo, copiose & acervatim, Iunio florens, reperitur.

V. ORCHIS montana Italica flore ferrugineo: lingua oblonga: Testiculos duos habet parvos, rugosos, quorum alter, ut in reliquis Orchidi-bus vegetior, hinc communiter solum unus te-sticulus reperitur: quorum summo, fibræ ob-longæ, varie & oblique sparsæ, adpositæ. Cau-lis cavus nonnunquam pede altior, quem folia angusta paucaque uncias tres vel quatuor longa basi sua vestiunt, at cuilibet flori folium breve quidem, sed latius & in apicem desinens, subji-citur. Flores quini, seni, alternatim in caulis summo dispositi coloris ferruginei, obliqui tu-

buli forma, quorum lingua propendens oblona-
ga est, & ex basi latiore in apicem abit, cui legu-
mentum pallidioris coloris, vesicæ instar impos-
sum, etiam in apicem & communiter bifidum
finit: floribus utriculi, semine pulverulento re-
pleti, succedunt. Hanc in Italiæ montibus Bas-
sanensibus legimus: & Matthiolum sub Testi-
culi tertij specie prima, in figuris majoribus ex-
primere voluisse, censemus, cuius tamen figura
mala, & sine omni descriptione, & ut in historia
Lugdunensi sub Testiculo 3. Matth. At fateor
pejorem esse eam figuram, quam Matthiolo meo
emaculato addidi, desumptam ex Tabernæ-
montani figuris: tunc enim quid sibi vellet Mat-
thiolus, non constabat, imo etiamnum dubius
sum: quare aliam figuram delineari curavimus.
Hujus haud dubie species, quam doctissimus Co-
lumna in sua Ecphrasi minus cognitarum stir-
pium, Orchidis macrophyllæ nomine &
eleganter descripsit, & iconem ex-
pressit.



Orchis palmata pratensis angustifolia.

VI. ORCHIS palmata pratensis angustifolia major: radices habet parvas, veluti palmas geminas, in binos digitos distributas, fibris paucis annexis: folia liliacea, angusta, laevia & palmaria, per quae veluti tubum, caulis cubitalis cavus effertur, cui spica fere palmaris angusta, ex floribus dilute purpureis, brevi calcare donatis composita, quibus singulis foliola oblonga acuminata subjiciuntur, & capitulum oblongum, semen aliarum instar continens, succedit. Hæc in pratis uidis Michelfeldæ, ipsa æstate reperitur.

VII. ORCHIS palmata angustifolia minor flore odoratissimo. Radice est gemina, oblonga, angusta, palmæ simili, in tres quatuorve fibras crassissimas divisa, supra quas ex imo caule fibræ aliquot ortæ expanduntur: ex radice folia quina aut sena, oblonga, graminea prodeunt, inter quæ caulis unicus palmaris, paucissimis & exi-

Orchis palmata angustifolia minor flore odoratissimo.

guis foliolis donatus, qui velut in spicam biuncialem abit: cui flores dilute purpurei odoratissimi insident, qui galea testi, labro prominulo, in quatuor barbulas divisi sunt, & parvo calcari, à tergo prominente, donati. In pratis humidis Michelfeldæ provenit & autumno floret (quamvis etiam Monspessuli reperiatur) & sub Satyrio octavo in Phytopinace descripsimus.

VIII. ORCHIS palmata flore viridi: ex radice gemina, palmata & parva, caulis palma altior, folijs paucis, nervosis, uncias tres longis, unam latis, vestitus exurgit, spicam habens triuncialem, flosculos paucos, subvirides, galea testos, & labro prominulo in duas barbulas diviso, quibus singulis foliolum oblongum, angustum subjicitur. In montibus Bohemiæ, Silesiae finitimis, in Saxo Mommelgrund, copiosam Iunio florentem, D. Fleisserus observavit, & attulit.

Orchis palmata montana ma-
xima.



IX. ORCHIS *palmata montana maxima :*
Radices habet geminas instar palmarum duarum sibi invicem junctarum, & velut in plures digitos divisarum, quarum altera alba, vegetior ac solida, supra quas fibræ paucæ conspicuntur. Caulis est bicubitalis, striatus, vacuus, quem folia pedalia primum, mox palmaria, sequiunciam lata, nervis distincta, complectuntur: in cuius summo flores in spica palmari digesti, coloris dilute purpurei, qui parvi sunt galeolæ testi, labro exiguo propendente, in angustissimas barbulas diviso, & à tergo oblongo, capillaceo calcari donatijad quorum exortum foliola singula, quasi in filamentum abeuntia, observantur: his capitulum oblongum, striatum, semen exiguum scobis instar continens, succedit. Hæc in montibus vicinis, potissimum Muteto, copiose Majo florens, provenit.

D E O P H R I .

C A P V T VII.

OPHRIS minima: è radice subflavescente fibrosa & Orchides redoléte, caulinus simplex, trium quatuorve unciar. sub foliolis prodit, cui foliola duo Ophrius vulgaris modo apponuntur, quæ parva sunt, glabra, splendentia, coloris unifolii & non nihil in cordatam effigie, è rotundiuscula figura discedentia, quib. caulinuli altera pars, similiter trium, quatuorve unciarum supereminet, cuius summo strobili parvi herbacei insident, in Ophrys vulgaris florib. exilitate sola recedentes, quib. vascula exigua succidunt. Florentiis in locis ubi sponte provenit, Iulio potiss. mense floret: at in hortos, cum gleba soli natalitii translata, citius. Nascitur plurimū, ut D. Furerus monuit, à quo eam (sed prius à D. Sigfrid.) accepimus, Ophridii seu Bifolii Broc- cembergici minoris nomine, in opacis muscosisq; sylv. Broccio & Offmannino vertici dicto.

D E O R O B A N C H E .

C A P V T VIII.

I. OROBANCHE flore majore ex cæruleo purpurascente: Radice est crassa, longa, fibrosa: caule semipalmari, foliolis paucis, brevissimis, crassis & acutis cincto, qui in quinq; sex, etiā plures pediculos triunciales, nudos, absuntur, quamvis etiā ex folior. alis pediculi prodeat, quorum summo calyx, uncialis sinuat⁹ insidet, & ex quolibet flos unicūs, cæruleo purpurascens, lōgo pediculo donatus, exit, qui magnus, uncias duas longus, forma galericulatus, & veluti rostrat⁹, ut in Alecto- rolopho, ex quo filamentum oblongum, reflexū prodit: quid flori succedat, non constat. Hanc, in Pyrenæis montib. D. Burs. legit & cōmunicavit.

II. Monere lubet de vulgari Orobanche, eam recte à Theophrasto Limodoron, quasi famem adferens, vocari; eo quod plantæ cui adnascitur, alimentum subtrahat. Hanc enim semper alterius plantæ radici adnatam observavimus, ut Genistæ vulgari & Hispanicæ, Hieracio Sabaudo, Trifolio, Astragalo sylvatico & aliis.

III. OROBANCHE quæ Hypopitys dici potest: hæc Orobanche vulgari similis, sed humilior & nigricans, caule unciarum quatuor, quasi squamis contexto: flores in summo, veluti in parvam spicam congesti, Nido avis similes, albidiores tamen, rariores ac duriores. Sub piceis, abietibus & pinastris (hinc hipopitys) provenit. Sapore est ali quantum astringente.

LI-

LIBER TERTIVS.
DE RAPVNCVLO SIVE CAMPA-
NVLA GLABRA.

CAPVT I.

Rapunculus spicatus cæ-
ruleus.



Rapunculus alpinus sive Pyramidalis
minor.



RAPVN-

RAPUNCULUS spicatus datur spica alba, vel cinericea, vel coloris violacei saturi; hic solum figura Rapunculi spicati cærulei-adposita, cum jam descriptus sit.

I. **R A P U N C U L U S** alpinus sive *Pyramidalis minor*: Radix Rapunculi forma: caulis unus, sesquipalmaris, foliis pallide virentib. per ambitum crenatis, acuminatis, unciam latis, tres longis, alternatim cingitur: in summo flores pauci, cærulei, campanulæ forma, pedicellis annexi & filamento oblongo ex eorum medio prodeunte, donati propendent: quibus singulis capitulum oblongum, pertusum ut in campanula persici folia succedit, cui semen minutum includitur: in Italia provenit, sed locus excidit.

Rapunculus alpinus corniculatus.



II. **RAPUNCULUS alpinus corniculatus**, quem nomine rapunculi alpini spicato simili, ante annos viginti duos in Phytopinace, dein in Matthiolo emaculato, descripsimus; nunc vero diligentius, cum eam ex Baldi rupium fissuris, absq; radice eruerimus, ut figura nostra in Matthiolo exprimit, postmodum à D. Neudorffero cum radice, & perfectiorem à D. Pona ante annos decem acceperimus.

Radice est tuberosa inæquali, quasi ex pluribus grumis compacta, alba, digitæ crassitie aliquando lignosa, pallida, rugosa & palmari: ex qua caulinus (modo unus, modo plures) tenuis ac striatus, unciarum quatuor exurgit: folia, que saturate virentia, tenuia, ad radicem aliquando ex rotunditate oblongata: Bellidis cæruleæ forma communiter subrotunda, crenata, Alliariæ forma; sed minora, pediculis uncias quinque vel sex longis prædicta, ex radice una cum caulinis exurgunt: quæ vero caulinis & quidem pediculis brevioribus adhærent, longiora sunt & angustiora, profundius, sed rarius, incisa, quorum quina vel sena, stellæ in modum umbellæ subjiciuntur, que caulinis summo insidet, & ex floribus viginti, etiam pluribus, arcte junctis & ex cæruleo purpurascientibus constat, qui, ex calicibus pediculis latis brevibus & striatis donatis prodeunt: ex singulo calice flos unus, ad exortum tumidus, oblongus, sensimque angustatus, & in extremitate crenatus, formam cucurbitæ vitræ referens, in medio tumore, incisuræ superficiariæ quinque conspicuntur: apertus, ex foliolis quinque compositus, filamenta aliquot exhibet, intet quæ unum longe producitur, in summo bipartitum, aliquando instar capreoli vitium contortum: semen non fuit observatum. In Baldi montis jugis, inter præcipitia propendet, ubi Augusto mense florentem anno 1578. collectum, quod cum Patavii D. Guilandino ostenderemus, Rapunculum montanum, at D. Cortusus, Cantabiscam alteram Anguillaræ nominabat. Io. Pona in suo Baldo ante annos quindecim excuso, Trachelii petræ minoris nomine proposuit.

III. **CAMPANULA alpina latifolia** flore pullo: hæc caulinus est tenuissimo palmo minore, qui ad partem usq; medianam, foliis uncialibus, subrotundis, alternatim dispositis, leviter crenatis, pallideq; virentibus, cingitur: at pars superior

nuda est, cui fere semper unicus flos, mediæ magnitudinis, pulli coloris insidet. In alpibus Austriae, ut Sneeberg & aliis D. Burserus reperit, & Rapunculi alpini latifolii nomine, misit.

IV. **CAMPANULA** alpina linifolia cœrulea. Ex radice tenui, alba, caulinis quaterni, quini, plures paucioresque, palmates, & sesquipalmates, graciles, rotundi, simplices, emergunt: foliis oblongis angustissimis, confuso ordine septi: flores summitate cœrulei, ut in Rapunculo vulgari, quibus capitula, exiguum semen continentia, succedunt. Hæc rupes & summa juga montis Wässerfall, Julio mense florens, exornat.

Campanula alpina rotundifolia minor.




CAMPANULA alpina rotundifolia minor, à Clusio sub **Campanula** alpina minore describitur: verum figura quam addit est **Campanula** rotundifoliæ vulgaris minoris, quare veram figuram adposuimus.

V. **CAMPANULA** rotundifolia minima: plantula est unciarum trium, ex cujus radicula alba, capillari, oblonga, exurgunt caulinis (sæpe unus, plerumque terni, quaterni) tenuissimi; subrubentes & ad radicem subhirsuti, majori ex parte nudi, singuli unicum flosculum subcæruleum deorsum nutantem, calathi forma, ex uno folio sexangulo compositum, sustinent, quibus capitula foraminibus pertusa, ut in reliquis campanulis, succedunt: foliola habet potissimum ad radicem, exigua, subrotunda, ferrata, rigidiuscula, quandoq; rubentia. Hanc in Rhætorum alpibus, cum Italiam peteremus, anno 1577. Septembri mense adhuc florentem intersaxa copiosissime observavimus, nec altiorem invenire licuit: quam cum D. Cortuso ostendissemus Cantabricam Plinii nominavit. Plinius 1.25.cap.8. suæ Cantabricæ, quæ per Divi Augusti tempora à Cantabris reperta fuit, caulem junceum, pedalem tribuit, in quo sint flosculi oblongi veluti calathi: in quibus semen perquam minutum, & quæ ubique nascatur.

VI. **CAMPANULA** Cymbalariae foliis: ex radice exigua capillacea & albicante, caulinis tenuissimi, virides, nonnunquam palmum superantes, & mox in alios brachiati, prodeunt: quibus folia rara, subrotunda, hederacea, vel potius Cymbalariae foliis similia, angulosa, viridia, tenuia, longis pediculis donata, sine ordine adhaerent: flores cœrulei, oblongi campanulæ forma, aliquando summis caulinis, aliquando pedicellis biuncialibus, ex eorundem lateribus exurgentibus, insident. Hæc non longe Tolosa in Ericetis provenit, & quia vix sola sustinetur,

Ericetis incumbens exurgit: eandem etiam circa Lutetiam D. Cheronius legit.



Campanula serpillifolia.



Campanula foliis subrotundis.



VII. *CAMPANULA* serpillifolia: Totaplanta, floribus exceptis, serpillum refert: nam radice est tenui, obliquā, tenuissimis fibrīs capillata, & hinc inde repente: caulinis plurimis rubentibus in terram reflexis, cui novis fibellis adhærent, qui in ramulos plures tenuiores dividuntur: quos foliola Serpilli, vel potius Nummulariæ, quæ flore est purpurascente, forma subrotunda, duo semper opposita, quædam majora, quædam Serpillo minora, crenata, subtus pallide virentia, pediculis brevissimis, & levissime pubescentibus, ambiunt: caulinis aliquando in pediculos nudos, flores sustinentes definunt: aliquando ex caulinorum lateribus pediculi triunciales in summo nudi floribus ornati exurgunt: flores bini vel terni campanulæ forma, ex cæruleo rubentes, deorsum nutantes, singuli singularis pedicellis donantur. Hujus ramulum à D. Bauhino fratre primum habuimus, dein in Bal-

do cum floribus legimus: tum à D. Paschali Gallo, qui eam in Rhætia ex rupibus dependentem collegit.

Similem, sed foliis inferne albidioribus & superne pallide virentibus, in Insula Toupinambault Brasilianorum natam, D. Burserus communicavit.

DE TRACHELIO SIVE CAMPANULA HIRSUTA.

CAPUT II.

I. *CAMPANULA* foliis subrotundis: ex radice tenui repente, caulis sesquipalmaris leví lanugine pubescens exurgit, quem folia pauca, subrotunda, uncias duas pene longa, lataque, pediculo oblongo donata, tenuia, subaspera, per ambitum crenata, cingunt: in caulis summo flores pauci, dilutè cærulei, Campanulæ forma, deorsum pendentes, ex quorum medio stylus

Ius exurgens, extra florem fertur. Hanc cervicariae minoris rotundifoliæ nomine D. Sigfridus, Helmstadio misit.

Hæc à campanula hortensi Rapunculi radice differre videtur altitudine, foliorum longitudine, florum magnitudine & numero, quæ pro radicibus multas, tenues, transversas & oblique repentes fibras, habet, ita ut ex hortorum areolis vix extirpari possit, à quibus radices oblongæ, candidæ, Rapunculi radicibus similes, demittuntur.

II. CAMPANULA Drabæ minoris foliis: ex radice Rapunculi minoris forma, caules sesquipalmares, lanugine levissima aspersi prodeunt,

Campanula foliis Echii floribus villosis.



quos folia, Drabæ minoris foliis similia, subrotunda, viridia, unciam longa, semunciam lata, per ambitum crenata, & in acumen fastigiata, subaspera, pediculis parentia; alternatim vestiunt: flores pauci, subcærulei, sexanguli, calathi forma, mediocris magnitudinis & pediculis oblongis donati, summo cauli insident. In pratis circa Valesianorum Thermas copiose provenit, unde D. Burferus attulit.

•S(:)S•

Campanula foliis Echii.



III. CAMPANULA folijs Echij floribus villosis: ex radice oblongiuscula, folia angusta quatuor & quinque uncias longa, subaspera, prodeunt; inter quæ caulis palmaris, rarius pedalis, rotundus, subasper, paucis brevibus & angustis foliis vestitus, exurgit, ex cujus summitate flores unciales, lati, Campanulæ forma, quini, seni, cœrulei, alternatim dispositi, brevibus pediculis dependent: quorum extremitates, quemadmodum & calices, pili oblongi, pappi instar, ambunt. Hæc in Baldo reperitur & Helvetiorum alpibus Gotthardo & monte Fracto: diversa plane à Trachelio montano historiæ Lugdunensis.

Hujus & minor species, quæ minus hirsuta, semipalmaris, foliis brevibus, caulinco gemino, ex quorum quolibet reflexo, flos unicus, illo tamen minor, dependet: quam ex Helvetiorum alpibus D. Burserus attulit.

CAMPANULA adhuc alia datur foliis Echii, quam cum Clusius nomine Trachelii *Ougooënsis* descripsérit, nullam vero figuram adposuerit, eam præcedenti jungere volumus.

DE RAPISTRO.

CAPUT III.

I. RAPISTRUM floribus Leucoji marini: plantula semipalmaris est, radice oblongiuscula, alba, fibellis donata, caulinco trium quatuorve unciarum: foliis vulgari Rapistro luteo similibus, parvis, uncialibus, crenatis, & subasperis: flosculis parvis subcæruleis, Leucoji marini similibus, quibus siliquæ parvæ, angustæ, semén minutum continent, succedunt. Circa Massiliam in rupibus D. Burserus legit.

II. RAPISTRUM monospermon: ex radice longiuscula albicante, parum fibrofa, caules pedales, quandoq; altiores, rotundi, tenues, ramosi, eleganter virentes, leviterq; hirsuti exurgunt: folia humi sparsa, crassa sunt, Rapi foliis similia, ad principium laciniata, dein subrotunda, leviter sinuata & subhirsuta: flores secundum caulinculos palmares & tenues, velut in spica dispositi, quadrifolii eleganter lutei aurei, quibus siliquæ succedunt rotundæ (eleganter propter strias, per eas quemadmodum in semine Coriandri discurrentes) in filamentum oblongum abeuntes: quæ quasi geminæ sibi insident, parte tamen superiore majore, cum in ea semen par-

Rapistrum monospermon.



vum oblongiusculum, sed unicum (unde ei nomen) continetur. Hujus semen, nomine Lampanæ monospermi, D. Doldius misit, & hic Basileæ in horto D. Zvingeri, Majo mense floruit.

Hoc ipsum postmodum, sed multo strigosius (illud enim cultura elegantius) in agris qua Augustam Rauracorum itur, ad rubram domum observavimus: idem sed humilius & valde ramosum, foliis parvis, eleganter viribus, in agris circa Huningen ad sylvam, in venimus: & amile Monspelio, ubi quoque sponte crevit, habemus.

(38) o (39)

D E N A P O.

C A P U T I V.

NAPUS SYLVESTRIS CRETICA: foliis est ad palmi longitudinem accendentibus, instar foliorum Rapistri albi, vel Irionis vulgaris, in lacinias octo vel decem divisis, per margines crenatis, asperis: caule albido, rotundo, ramoso, subaspero, summitate, cui flores non insident, aculeata, floribus (quos non vidimus, ut nec radicem) siliquae angustissime biunciales succedunt, quae semen exiguum nigricans continent. Buniadis agrestis nomine, ex Creta ab Honorio

Belli accepimus: & à Cretensibus

σκιλοσφυρες voca-
tur.

D E R A P H A N O.

C A P U T V.

Raphanus aquaticus alter.



RAPHANUS CRETICUS: ex semine Cretico ab Honorio Belli, Ramolo nomine misso, Raphanus in hortis nostris crevit, cuius planta tota, toto habitu à vulgari non diffidebat; radice oblonga, alba & gustus acerrimi; caule non adeo alto: foliis minus hirsutis & asperis, flore modo purpureo, modo albo: siliquis & seminibus minoribus.

Raphani aquatichi duas figuras, tanquam optimas, ad posuimus, sed sine descriptione: cum is, qui foliis est in profundas lacinias divisis sub Radicula sylvestri, à Dodonæo: sub Raphano syl. aquatrico, à Lobelio in editione Belgica: Raphano aquatrico à Tabernæmontano, sive sylvestri & palustri in historia Lugdun. describatur: alter vero, nomine Rapistri aquatichi à Tabernæmontano exhibetur.

Raphanus aquaticus foliis in profundas laci-
nias divisis.



Eruca Monspeliaca siliqua quadrangula
echinata.



VII. ERUCA Monspeliaca siliqua quadrangula
echinata. Hanc Monspessuli anni 1579. ubi col-
legimus, sic descripsimus, quemadmodum in

Phytopinace videre est: ex radice semipalmari,
crassiuscula, leviter fibrata, albicante, caules ad
exortum purpurascentes, terni, quaternive, pe-
dales, aliquando cubitales, rotundi, striati, suba-
speri, in ramos brachiati exurgunt: folia ad radi-
cem humi sparsa, pauca, oblonga, angusta, sinua-
ta, hirsutie aspera, bina ternave simul juncta, in
caulibus, præsertim siliquis onustis, pene nulla,
oblonga, leniter sinuata: flosculis est luteis quin-
quesfoliis, quibus siliquæ succedunt quadrangu-
læ, in apicem acutum rigidumque desinentes, lè-
ves, oblongo pediculo insidentes, per maturita-
tem durissimæ: quarum quælibet latera quatuor
obtinet, quæ ad formam alarum perceæ piscis e-
levata, in medio sinum ostendunt: his per lon-
gum dissectis, utrinque duæ capsulæ distinctæ
conspiciuntur, in quarum qualibet, semen uni-
cum rufum, cochleæ instar convolutum acumi-
natum & acre continetur. Iunio mense floren-
tem & siliquas ferentem, legimus. Hanc videtur
Herbarii Lugdunensis auctor, sub Sinapi echinato
voluisse proponere, verum figura vitiosa &
descriptio non sufficiens.

SINAPI parvum siliqua aspera: radice est ob-
longa crassiuscula & capillata, ad quam folia
plura, Erucæ sylvestris minoris forma, sed mino-
ris forma, sed minora, in laciniis tenuissimas di-
visa, & acria: caulinis plures, recurvi, lèves, dua-
rum triumve unciarum (rariissime caulinus
palmatis erigitur) in alas unciales brachiati: flo-
res parvi, pallide lutei, quibus siliquæ multæ stri-
ctæ, unciales & asperæ, in latera divaricatæ, se-
men minutissimum continentæ, succe-
dunt: circa Monspelium prove-
nit.

P R O D R O M I

Resedæ affinis Phyteuma.

Erysmo similis hirsuta alba.



DE RESEDA.

C A P V T VIII.

R ESEDA linariæ foliis: er radice candida, longiuscula, caulis cubitalis rotundus, in ramos palmares divisus, foliis linariæ strictissimis, oblongis, viridibus vestitus exurgit: rami singuli, in florum oblongam veluti spicam abundunt, quam flosculi parvi, muscosi, tenuibus capillamentis ornati, ut in Resedæ minore alba (quām Sesamoidem parvam Salamanticensem Clusius nominat) pallide flavescentes consti-tuunt: quibus capitula vel vascula angulosa, bifida, exili semine pallido plena, succedunt. Hæc in solo arenoso convallium montium Pyrenæorum, à D. Bursero collecta.

RESEDÆ affinem facimus eam quam Phyteuma Monspeliensium, Lobelius & Lugdunenses



vocant, describunt & depingunt: verum cum foliis nunc oblongis, nunc in aliquot laciniis divisis reperiatur, una figura exprimere volui-mus.

DE ERYSIMO.

C A P V T IX.

E RYSIMO similis hirsuta: ex radice oblonga, alba, lignosa & fibrosa, caulis modo unus, modo plures cubitales, aliquando subrubétes, striati, hirsuti, aliquando in ramulos brachiati, exurgunt: folia plura, ad radicem humi strata, aliquando pediculis parentia, sesquiunciam longa, aspera, hispida, subalbicantia, perambitum crenata, rarius laciniata, & quæ in caule minora sunt, eumque basi latiore cingunt: secundum ramulorum longitudinem, veluti in spica flosculi albi, quadrifolii, pedicellis, insident, qui in siliquas oblongas, strictas, semen minutum


CAPUT X.

PERSICARIA angustifolia; ex radice nigricante, fibris oblongis capillata, caules plures cubito altiores, rubentes, laeves, geniculis distincti exurgunt: quos folia, Persicariæ vulgaris foliis triplo, quadruplove angustiora, duas, rarius tres, uncias longa, ambiunt, & in summo in ramulos brachiantut, quibus spicæ oblongæ, floribus pallide purpurascensibus ornatæ, ut in vulgari insident. In humidis circa Michel-feldam, æstate florens, repe-ritur.

Nasturtium hortense latifo-
lium.



Nasturtium hortense crispum augu-
stifolium,



Nasturtium hort. crispum latifolium.



DE NASTURTIO.

CAPUT XI.

NASTURTIUM hortense duplex est, plano & crispo folio: illud latifolium, cuius solum

figura adposita, & angustifolium vulgatius: hoc, quod crispum similiter duplex est.

I. *Nasturtium hortense crispum*: hoc, foliis exceptis, cum vulgari convenit: hujus enim folia crispa sunt: estque duplex, latifolium & angustifolium, quemadmodum binis figuris in Matthiolo exhibuimus (cum saepius in hortulo nostro creverit) & hic repetere placuit.

II. *Nasturtium pratense parvo flore*: ex radice tenui, fibrosa, caulis cubitalis, viridis, varie incurvatus exurgit, foliis atrovirentibus, oblongis, *Eruca sylvestris minoris*, aut si formam, utrinque longis petiolis in lobos subrotundos, aliquando oblongos divisis, & per ora dentatis, cincti: in caulis summo, flosculi parvi, albi, velut in umbella dispositi, quibus siliquae parvae semine minutissimo refertae succedunt. Circa Montebelgardum locis humidioribus provenit. Suspiciamus Matthiolum, quem *Tabernæmontanus* fecutus est, sua figura *Sisymbrii aquatici* alterius, duas plantas miscuisse: ita ut florum umbella, huic jam descriptæ, folia vero, *Nasturtio pratensi* vulgato magno flore, convenient.

• S (:) S •

NASTUR

Nasturtium aquaticum majus & amarum.



Nasturtium alpinum minus Resedæ follis.



NASTURTIUM aquaticum majus & amarum;
quod Thalius nomine Sisymbrii alterius specie
secunda descripsit, & saepe inter Nasturtium a-
quaticum supinum reperitur, à quo sapore ama-
ro potissimum distinguitur, hic describere nolui-
mus: at figuram adponere, cum nullus eam ex-
hibuerit, voluimus.

III. NASTURTIUM sylvestre minus: ex radice
tenui capillacea, caulinis plures. (& quantum
ex sicca colligere licet reclinati) trium quatuor
ve unciarum emergunt: foliis Nasturtij vulga-
ris forma, sed minoribus, per terram sparsis &
etiam caulinis cingentibus: in quorum summo
flosculi parvi albantes, valvulae exiguae, ut in
Iberide, vel Bursa pastoris minima. Hoc primo
vere, ad alveos aquarum salugine imbutarum
Franckenhusij Thuringiorū, copiosissime erum-
pit, unde D. Furerus cum aliis elegantissimis, I-

beridis pusillæ, seu Nasturtii sylvestris Franc-
kenhusani nomine, misit.

IV. NASTURTIUM alpinum minus Resedæ fo-
liis: ex radice alba tenui & oblonga, caulinis le-
ves, tenues, recurvi, communiter indivisi, pal-
moque minores prodeunt: foliis longis pedicu-
lis, instar Resedæ vulgaris, præditis, in lobos tres,
vel quatuor subrotundos, divisis: flores in cau-
lilarum summis albi, mediocris magnitudinis,
quibus siliquæ strictissimæ, sesquiunciales suc-
cedunt. In Rhætorum alpibus Julio florens, re-
peritur. Verum ex Helvetiorum alpibus & Py-
renæis, longe minus habemus, ita ut tota planta
absque radice uncias tres non superet.

V. NASTURTIOLUM alpinum capsula Nasturtij
hortensis: radice est lignosa, parum fibrosa, cau-
linulis uncias duas non excedentibus: foliolis
parvis, angustis, crassis, ungue brevioribus: flo-

culis parvis albis, capsulis satis magnis, Nasturtio hortensi similibus. In Rhætiæ monte Nombre prope Balneum Worms, æstare florens, Ioh. Bauhin frater collegit.

VI. NASTURTIUM alpinum Bellidis folio majus: Ex radice caulis cubitalis rotundus, lævis, ad exortum statim divisus, prodit: folia habet tenuissima, bellidis forma, uncias quatuor longa; quæ vero in caule sunt, pediculis carent, & instar Thlaspi vulgaris lato semine, leviter sinuata, eum ambiunt: flores albi, in caulis summo, quasi in spica uncias sex longa, quibus siliquæ triunciales, angustæ, semine rufescente, rotundo, plano, refertæ, succedunt. Circa Fabarias Thermas, ad aquæ defluxum, D. Burserus legit.

VII. NASTURTIUM alpinum foliis Barbareæ: Radice est parva, capillacea, albicante: caulinis

pluribus tenuissimis, fragilibus, reflexis, non-nihil villoso, nonnunquam in alas divisis, semi-palmaribus, palmaribus & nonnullis cubitalibus: foliis ad radicem pluribus, parvis, tenuissimis, viridibus, foliorum Barbareæ modo, sed minus frequenter sinuatis, quæ in caulinis rario-ra sunt, & quædam minime sinuata: flosculis est minimis albis: siliquis oblongiusculis & strictissimis. Hoc Cardaminæ aut Erucæ pecu-liaris nomine, D. Burserus ex Austria, sed in finibus Bohemiæ collectum, transmisit.

OS OS

DE

Thlaspi villosum capsulis hirsutis.



DE THLASPI.

CAPVT XII.

THLASPI vaccariæ folio, Bursæ pastoris si-
liquis: caule est cubitali, rotundo striato,
lævi, viridi, ramoso, quem folia vaccariæ

similia, atrovirentia, glabra, pediculis caren-
tia, cingunt: flores parvi, albi: siliquæ Burse pa-
storis forma, sed majores: Non longe Monspe-
lio, in horto Dei dicto, D. Burserus collegit.

II. *THLASPI* vaccariæ incano folio minus: To-
ta planta villosa, & incana est: ex radice crassif-
cula, rufescente, caulinus semipalmatus, etiam
minores, recurvi & quasi repentes, villosi & in-
cani prodeunt, foliis parvis incanis, vaccariæ si-
milibus, pediculis parentibus & alternatim dis-
positis, vestiti: in quorum summitate flosculi
plures, albi, quasi in subrotunda spica uniti, qui-
bus thecæ parvæ succedunt. Hoc in agris Mon-
speliensibus repens, & in Provincia prope Massi-
liam, paulo majus & erectius reperitur.

III. *THLASPI* villosum capsulis hirsutis: ex ra-
dice tenui, oblonga, albicante, caulis pedalis u-
nicus rotundus, villosus exit: ad cuius exortum
folia aliquot humistrata, longis pediculis dona-
ta, orbiculato cuspidate, hirsuta: quæ vero in cau-
le, longe breviora, pediculis parentibus, latiore ba-
si ipsum amplectuntur, quorum quædam levi-
ter crenata sunt: flores albi quadrifolii: siliquæ
magnæ, hirsutæ, compressæ, longo pediculo do-
natæ, superiore parte fissæ, utriculis duobus præ-
ditæ, in quibus semen rufescens, acri sapore præ-
ditum, continetur. Hoc anno 1577. in horto Pa-
tavino (postmodum Monspessulisponte natum)
collegimus: cuius semine, in Italia pro vero
Thlaspios semine, olim usos fuisse, ex D. Cortu-
so cognovimus: hoc in Phytopinace primum
sub 19. *Thlaspi*; dein in Matthiolo, figura
addita, exhibuimus.

• S Q S •

IV. *THLAS-*

Thlaspi Creticum flore albo.



IV. *THLASPI Creticum flore albo:* radice est oblonga, paucis fibris donata, caulinis palmum superantibus, rotundis: foliis paucis, oblongis, angustis, laevibus, alternatim caulem vestientibus: in caulinorum summo, flores candidi magni, quibus thecæ magnæ, apice medio donatae succedunt. Hoc *Thlaspi*, *Cappadocici fruticantis* flore albo perennis nomine, *D. Doldius Nörinbergæ* misit.

V. *THLASPI saxatile rotundifolium:* Ex radice alba, longa, fibris carente, sublignosa, caulinis plures, tenues, pedales, reflexi, & fibris capillaceis, deorsum missis, terræ affixi, prodeunt, foliis est parvis, subrotundis, tenuibus, inter quæ caulinis palmares, nudi exurgunt, flores paucos pallidos sustinentes, quibus siliquæ parvæ, tenuissimo filamento donatae, semen minutum concludentes, succedunt. In locis petrosis circa oppidum *Lauffen M.*, *Hagenbachius* reperit,

Thlaspi alpinum minus capitulo rotundo.



VI. *THLASPI alpinum folio parvo crenato: vel Thlaspi alpinum minus capitulo rotundo:* à radice crassa, è rupium fissuris prodeunte, caules exurgunt tenues, palmares & sesquipalmares in ramulos brachiati: folia habet ad radicem plura, brevia, acuta, leviter crenata, longis pedicellis donata, in caule pauca & angustiores flosculi in summo albantes, quibus folliculi copiosi, oblongis pedicellis insidentes, tenues, subrotundi, septo membranoso distincti, semen minutum flavum & acre continentis, succedunt. Provenit in monte *Wasserfall*, & in *Helvetiorum ac Rhætorum* alpibus. Hujus in nostro *Matthiolo* & figuram & descriptionem, sub *Thlaspi saxatile minori* folio exhibuimus: & *Thlaspi alpi* majoris iconem addidimus: utramque & hic exhibemus.

VII. *THLA-*

Thlaspi alpinum majus capitulis rotundis.

Thlaspi montanum incanum luteum.



VII. *THLASPI alpinum repens: ex radice oblonga, caulinis plures, per terram repandi, trium quatuor vel quinque unciarum, foliis parvis subrotundis, inordinate dispositis, vestiti prodent, floribus copiosis magnis & albis ornati, quibus siliquae, Thlaspi bellidis folio similes, succedunt: sapore est Erucae, D. Burser. ad Thermas Fabarias Helvetiorum, dein in Austria collectum, transmisit.*

Variat ratione loci: illud enim foliis est leviter hirsutis, floribus communiter purpurascensibus, rarius albis: hoc vero foliis est glabris, floribus albis.

Et sic Thlaspi montani incani lutei serpillofoli majoris figura erat adponenda, cum minus recte sculptor, apud Lobelium nomine Thlaspi supini lutei, expresserit.

VIII. *THLASPI biscutatum villosum flore calcari donato: caule est cubitali hirsutie aspero, summitate in alas brachiato: quem folia crassa, villosa, aspera, per marginem profundis incisuris crenata, quedam sinuata, uncias duas longa, semiunciam lata, usque ad summum, basi lata vestiunt: flores habet luteos, magnos, calcari ut in linaria donatos, quibus peltæ duæ rotundæ unitæ, semen continentis, & in apicem oblongum desinentes, succedunt. In saxosis Gallo provinciæ Bormij non longe ab Insulis Stechadibus provenit, unde D. Burserus attulit.*

IX. *THLASPI fruticosum leucoij folio latifoliū: caulinib. est pedalib. rotundis, lignosis, quos folia pallide virentia, Leucoji forma, sed breviora & angustiora, vestiunt: flores in summitate pallidi, magni, & vascula bisulcata. Circa Massiliam D. Burserus legit.*

G

Idem,



50
Idem, sed minus & foliis angustioribus, ex Italia, Thlaspi perpetui nomine, habemus.

X. THLASPI Alexandrinum: planta est elegan-
tissima, dodrantalis, ex cuius radice singulari, cau-
les plures in ramulos brachiati, prodeunt, & ad
divisiones singulas, folia subrotunda per foliatæ
instar, ramulos ambiunt: à ramulorum extremi-
tibus, ex pediculis dependent siliquæ plurimæ,
fere circinatae, ut in Thlaspi tenuifolio Fuchsi,
eoque ordine, sed maiores, Nasturtii vulgaris fere
magnitudine, in angulum oblongum cum cu-
spide desinentes, quæ in partes duas finduntur, &
membranulam tenuem relinquunt. Hoc apud

Iohan. Bauhinum fratrem vidimus, quod à
Cortuso accepit, ut in Phytopinace
monuimus.

Bursa pastoris major loculo ob-
longo.



DE BURSA PASTORIS.

C A P V T XIII.

I. BURSA pastoris major folio non sinuato: ra-
dice est longiuscula tenui, aliquando capil-
lata: caule palmum superante, communi-
ter uno (rarius pluribus) ramoso: foliis atrovi-
rentibus, ad radicem longis pediculis donatis,
quæ circa caulem alas duas habent & basi com-
plectuntur: floribus & thecis cum vulgari con-
venit. Basileæ in arenosis: Italiæ sylvestribus,
circa Monspelium (ubi tamen longe minor est)
quoque notavimus.

II. BURSA pastoris major loculo oblongo: ra-
dix tenuis, fibrofa, inutilis & alba, cauliculum pa-
marem, hirsutie asperum ramosum, aliquando
vix semipalmarem, sed alis carentem, emittit; ad
cujus exortum, folia aliquot inter se viridia, humi-
strata, unguis magnitudine, ovali figura, ferrata,
hirsutie aspera: quæ vero caulem ambiunt, pau-
ca sunt & pediculis carent, flosculi in summo
multi, parvi, congesti, albi, quibus oculi parvi ob-
longi, è petiolis oblique tendentibus succedunt:
quibus semina duo, parva, fulva, acris saporis, in-
cluduntur, quæ loculo maturo aperto, & tantum
altera parte foliacea relicta, decidunt. Apud nos
locis siccioribus & campestribus, Martio florens:
& loculis onusta reperitur, ut in Phytopinace mo-
nuimus. Monspelli, Thlaspi Veronicae folio no-
minatur, & hanc videtur Doctiss. Columna,
sub Draba minore murali discoide
descripsisse.

*Bursa pastoris alpina hirsuta.**Myagrum monospermon latifolium.*

III. *BURSA* *pastoris* *alpina* *hirsuta*: radice est unciali, foliolis copiosis pallide virentibus, in orbem humi stratis, mollibus, incanis, lenticulę magnitudine, leviter crenatis, aliquando integris: caulinulis aliquot tenuissimis, leviter hirsutis, penne nudis, tres quatuorve uncias longis: flosculis parvis, albis: oculis flavescentibus oblongis, multo quam in vulgari majoribus, semen minutum rufum continentibus: in alpibus Helvetiorum, ut monte Fracto & Spigel, reperitur.

3

DE MYAGRO.

CAPUT XIV.

I. *M Y A GRUM* foetidum: ex radice caules cubitales, aliquando sesquicubitales, virides, crassi, rotundi & asperi exurgunt, quos folia pallide virentia, subaspera, levissime sinuata, quatuor vel quinque uncias longa, sesquiunciam lata, alternatim cingunt, qui in summo in alas breves dividuntur; quibus flores pallide lutei, longis petiolis donati, veluti umbellae insident, hisque utriculi orbiculati, minutum semen continent, succedunt. Hoc apud nos in arenosis ad pontem fluminis Wiesen repertum, quod ad differentiam vulgaris, ab odore, foetidum appellare placuit.

II. *M Y A G R U M monospermon latifolium*: caule est cubitali, aliquando altiore, rotundo, tortuoso, varie & inaequaliter brachiato: foliis vulgari viridioribus, latoribus, linea alba divisis, obtusis, latoe basi caulem amplexantibus, iis quæ ad radicem sunt, Cichorii sativi modo laciniatis, reliquis aliquando sinuatis: floribus luteolis, parvis, quibus utriculi oblongi peræ similes, superne in duas extuberantias desinentes, quorum medio apex insidet, per maturitatem, uti & totus fructus, durus: in cuius utriculi medio, cavitas unica, semen unicum (undé nomen) rufum, oblongum continens. Sapore Myagro non respondet. Hoc in horto D. Felicis Plateri primum, dein in horto Illustris. Ducis Wirtembergici, quod Montembelgardii frater coluit, (cui semen Bricourues nomine missum fuit) legimus: ex Euganeis quoque accepimus, & Pseudoisatidem ab Alpino vocari intelleximus. In Phytopinace primum sub s. dein in Matthiolo figura addita, descripsimus.

III. *M Y A G R U M monospermon minus*: ex radice parva, tenui, capillata, albicante, caulis unus vel alter tenuis, pedalis prodit, foliis paucis tenuissimis, pallide virentibus vestitus: quorum ea, quæ ad radicem per terram sparguntur, parum sinuata sunt, pediculis oblongis donantur, & unciam lata sunt: at quæ in summo caulis, basi sua in alas abeunte, caulem amplexantur: in summo flosculi albi, conglobati: quibus utriculus parvus, semen continens, succedit. Monspessuli, non longe à monte Calcaris, D. Burserus collegit.

IV. *M Y A G R O similis siliqua rotunda*: radix caulem cubitalem, hirsutum, fragilem, in ramos varios brachiatum, emitit: cui folia ad radicem hirsuta, aspera & succulenta, quæ masticata, cum visciditate levem acrimoniam exhibent, sex uncias longa, sesquiunciam lata: quæ vero caulem ambiunt minora, pediculis carentia: & alata: flores pallidi, minutti, quasi in spica, semipalmari dispositi, quibus semen parvum, rotundum rugosum, in apicem desinens, quodlibet pedicello oblongo insidens, primum viride, per maturitatem nigrum, medulla flava, oleaginosa.

Myagro similis siliqua rotunda.



prium, succedit. Annua est planta, ex semine deciduo renascens, Julio & Augusto florens. Ioan. Bauhino in horto Montembelardiaco nomine alicujus *Myagri* crevit. Monspelio prope Lunellam natum, Lepidij & à D. Doldio,

Thlaspi nomine Norinberga, acceptimus.

• 50 •

DE DRABA.

CAPVT XV.

I. DRABA tenuifolia velut spicata: radice est oblonga, tenui, albicante, caulis pedalibus, aliquando cubitum superantibus, fragilibus brevibus brachiatis: foliis paucis, tenuibus, pallide virentibus, non nihil in ambitu dentatis, triuncialibus, unciam latis, basi latata caulem cingentibus, alatis, gustu fervente & acri proditis: floribus albis, parvis, in caulinis palmaribus, quasi in spica natis, quibus singulis semen rotundum parvum, longo pedicello insidens, succedit. Hanc Bononiæ D. Agerius legit, & Drabam ferventem vernam nominari affirmavit.

II. DRABA flore cœruleo galeato: ex radice fibrosa albicante, Asclepiadi simili, gustus fervidoris aromatici, caulis unus (aliquando dico) cubitalis, laevis, striatus, in ramos brachiatus, exurgit: quem folia pauca vestiunt, quorum inferiora subrotunda, laevia, per marginem crenata, uncias duas longa, uncia minus lata: superiora verò angusta, acuminata & dentata, floribus est cœruleis galeatis, ut in Orchide, unciam longis, alternatim in caule dispositis. Lutetia D. Cheronius, ex Gallia Narbonensi, D. Burserus, attulere.

DE COCHLEARIA.

CAPVT XVI.

I. COCHLEARIA minor erecta: Ex radicula capillacea, caulinus tenuis, laevis, palmo minor, prodit: foliola habet ad radicem pauca, exigua, oblongis capillaceis pedicellis donata, & quæ caulinum alternatim ambient, lente minora sunt, exiguis pedicellis donata & instar Cochleariae Britannicae sinuata: in caulinulo summo, flosculi albi, quibus siliques parvae, oblongae, semen minutissimum nigrum continent, succedunt. Hæc in Daniæ Insula Amagria, in aurumno à D. Olao Worm collecta, & Hafnia, Cochleariae nomine transmissa fuit. Similem sed palmarem, caulinulo crassiore in duos ramulos diviso, ex eodem loco, D. Caspar. Bartolinus misit.

II. COCHLEARIA Danica repens: hæc unciorum trium est, radicula & foliolis priori similibus, sed numerosioribus, inter quæ caulinuli semiunciales, minutulis flosculis albis ornat: Hæc eodem quo prior loco provenit, humili instar herbæ cancri serpit, omnino folijs, floribus, seminum loculis & gustu priori respondens, quemadmodum D. Olaus Worm prescripsit, & D. Bartolinus, Cochleariae marinæ parvulae repentis nomine misit.

Brassica spinosa.



DE BRASSICA.

CAPUT XVII.

I. N APOBRASSICA. Radicem habet Napo, aut Carotæ pene similem, admodum fibrosam & villosam, ut barbata aut pilosa, propter multiplices & minutæ fibras, dici possit: & licet frequenter fibram pollice crassiorem habeat, attamen semper prima radix tuberosior & longior, quæ Napum imitatur, conspicitur; ex hac caulis sesquicubitalis, lævis, rotundus, in ramos brachiatius exurgit: folia ad radicem, unatum pediculis oblongis, palmaria, Brassicæ sylvestris modo & subrotunda, & in profundas lacinias divisa; quæ vero in caule, oblonga sunt; angusta, sinuata, pediculis carentia: flores lutei, intensioris coloris, quam in vulgari, magni, qui in cauli palmum excedente, inordinate longis pediculis insident, quibus siliquæ angustæ, unciales

succidunt. In locis frigidioribus agri Norici, montanis potissimum & versus Bohemiam colitur, & ab incolis Dorsen vel Dorschen appellatur. Radix esui apta est, quare aliqui eam ut Brassicam floridam condunt: pauperes minutim ut Rapas concidunt: sic per hyemem in cella in arena, vel ad cibum, vel ad semen sequentis anni, afferuntur. Aliquando radix propter nimiam æstatis siccitatem & loci angustiam, lignosior evadit: quare post sationem, in area spatiose plantanda est.

II. BRASSICA spinosa. Hujus solum binos ramulos habemus, quorum descriptionem subjungamus: caulis lignosus, crassus, in ramulos duos, alterum palmo majorem, alterum minorem, rotundum, lævem, striatum dividitur: circa quos folia biuncialia, & semiunciam lata, per ambitum leviter sinuata, quibus & minorâ interjiciuntur: ramuli in spinas acutâs, unciales & minores absunt. Ramulum unum Patavii in horto Bembiano natum, à D. Camerario; alterum ex horto D. Alpini privato accepimus, cujus figuram etiam Matthiolo nostro addidimus.

III. BRASSICA sylvestris alpina: ex radice exigua, alba, caulis palmo altior, rotundus, lævis exurgit: foliis est tenuibus pallide virentibus, leviter sinuatis, circa radicem oblongis, plerisque uncialibus, in caule paucis, pediculo carentibus: in summo flores albi quasi in umbella dispositi, longiusculis pedicellis donati: siliquas non vidimus. Hanc in Austriae montibus natam, Turritis alpini nomine, D. Burserus, misit.

DE ACETOSA.

CAPUT XVIII.

I. A CETOSA America foliis longissimis pediculis donatis: ex radice caules plures, rotundi, striati, læves, cubitales, in terram reclinati, prodeunt, qui mox in plures ramos oblongos brachiantur: folia habet pallida & veluti nitroso pulvere obsita, angulosa, non tamen ut in vulgari bifurcata, aut alata, sed potius Atriplicis forma biuncialia, & pediculis triuncialibus donata, mollia, carnosæ, sapore acido, ex quorum sinibus alæ surgunt, foliis minoribus, sed eadem forma: in quorum, ut & caulis summo, flores exiguæ, muscosæ, veluti in spica dispositi, emicant: quibus fructus foliacei (ex tenuibus rufescensibus membranis, elegantissimis venulis, veluti in Fritilla-

tillaria, per eas discurrentibus, compositi) ut in aliis, sed quadruplo, quam in vulgari maiores, ex parvis pedicellis dependentes, succedunt: quibus semina triangularia oblonga, rufescentia & splendentia inclusa continentur. Hanc aliquot annis in horto aliumus.

II. ACETOSA rotundifolia alpina: planta palma minor, ex cuius radicula, folia quina, sene, violæ luteæ alpinæ modo rotunda, unguem latæ, pediculis tres, etiam quatuor, uncias longis & tenuibus donata, prodeunt, & inter hæc, caulinus laevis & nudus sexuncialis, exurgit: in cuius summo flosculi muscosi parvi, veluti in spica unciali, cui foliolum simili forma subjicitur. Hæc in muris Nosodochii, quod in monte majore Bernhardi Helvetiorum est, provenit, unde D. Fleisserus attulit.

III. ACETOSA scutata repens: radiculis est rufescentibus, caulinis nodosis, tenellis, per terram repentibus, uncias quatuor longis: foliis unguem latis, sed longis pediculis caulinos æquantibus, donatis, formam scuti, vel potius Aconitis folium referentibus, in medio tamen utrinque sinum obtinentibus & in apicem desinentibus. In horto Patavino nata.

IV. ACETOSA Cretica semine aculeato: radice est parva, rufescente, fibrosa, in summa tellure hærente: caulinis quandoque pluribus palmam superantibus, humi reclinatis, quandoque uno, sed in ramulos brachiato: foliis parvis, oblongis, pediculo donatis, auriculis parentibus: flosculis multis, exiguis, muscosis, circa ramulos semipalmates in modum spicæ alternatim dispositis; quibus semen succedit, tenuibus membranis aculeatis inclusum, cui pediculus oblongus, incurvus, tenuis, ut in Caltha additur. Iunio floruit & semen maturuit, anno 1594. in Illustr. Ducis Wirtebergici horto, qui Montembelgaridi colebatur, semine Florentia à Casabona misso: Hanc in Phytopinace & Matthiolo, figura addita, Acetosæ Crætice nomine, proposuimus.

V. ACETOSA lanceolata angustifolia repens: hæc caulinis est pedalibus, rotundis, striatis, per terram sparsis, foliis ternis, quaternisve, alternatim in caule dispositis, uncis quatuor à se invicem dissitis, angustissimis, crispatis, uncias quatuor longis, lanceam referentibus, cum ex-

Acetosa Cretica semine aculeato:



pediculo in alas duas utrinque bifurcata abeant, sensimque angustiora reddantur: floribus est minutulis, rubentibus, spicæ oblongæ adhaerentibus. Hæc in arenosis circa Norinbergam reperitur, unde D. Doldius anno 1604. misit.

(S): (S)

Làpathum maritimum fœtidum.



DE LAPATHO.

CAPUT XIX.

LAPATHUM maritimum fœtidum: radice est & caule atrorubente, pedali, incurvo, quem folia atrorubentia, subrotunda, longis pediculis donata, & uncialia interdum sinuata, communiter alata, ambiunt: ex quorum sinu ramuli exurgunt, similibus foliis cincti, quorum superiora leviter per ambitum dentata sunt: in caulis summo flosculi quadrifolii, muscosi, quasi in spica dispositi: quibus utriculi foliacei, subrotundi, satis magni, semen continentes, succedunt. Hæc dum viret, gravis odoris est, & in maritimis non longe Monspelio provevit.

Centaurium alpinum luteum.



DE CENTAURIO MAIORE.

CAPUT XX.

CENTAURIUM alpinum luteum: radicem habet rectam, profunde descendenter, crassam, parumque fibrosam, subastrigentem & Centaurii majoris sapore fere præditam. Cau lis est sesquicubitalis, etiam bicubitalis, rotundus, striatus: in alas brachiatus: foliis ludit, quæ enim ad radicem palmaria, & sesquipalmaria, uncias quatuor lata, inæqualiter laciniata & crenata, glabra, pallide virentia, nervo albo folium percurrente: at quæ in caule sunt, planta florescente, quædam cubitum superant, quædam palmaria sunt, & in partes decem, duodecim, pauciores, pluresve, uncias quatuor longas, semunciam latas, per marginem leviter dentatas, ita secantur, ut folia peculiaria esse videantur. Flores

tes lutei, Centaurio majori similes, ramulis insident: ex calice enim squamoso, florum stamina plura prodeunt: ex capitulo ante meridiem liquor pellucidus, & Mannæ instar dulcis, in guttis seu stillis sponte exudat, & capitulum compressum & suetum, altero tamen die hunc humorem emittit. Floribus semina Centaurij similia, aliquanto tamen minora, succedunt. In monte Baldo provenit: plantam & semina, D. Doldius Norinberga quoque misit.

Beta Cretica semine aculeato.



D E B E T A.

• C A P U T X X I.

BE TA Cretica semine aculeato: ex radice tereti, brevi, parum fibrosa, caules plures cubitales, per terram sparsi, rotundi, striati, ad radicem levi hirsutie canescentes, in ramulos effusi, exurgunt: folia habet pauca, Betæ nigrae similia, sed minora, longis pediculis donata: flores parvi, ex flavo virescentes: fructus statim ad radicem multi conspicuntur, & hinc inde per caulem, ad quodlibet fere folium asperi, extuberantiis donati, in aculeos tres, in latera reflexos abeunt: in cuius cavitate, granum unum continetur, forma seminis Adonidis subrotundum, in apicem abiens, duplice membra na rufa tectum, interiore, proxime medullam albam farinaceam cingente. Hanc primum in horto D. Zvingeri, Iuliimensis principio florentem & Augusti fine semine prægnantem, eamq; aridam legimus, & nunc à multis annis in hortulo nostro colimus: cujus descriptionem in Phytopinace primum, dein in Matthiolo, figura addita, exhibuimus.

• S O S •
S

P R O D R O M I

Atriplex sylvestris lappulas habens.



C A P U T . XXII.

I. **A**TRIPLEX sylvestris fructu compresso roseo vel stellato: à radice caulis exurgit pedalis, rotundus, incurvus, lævis & albus, qui statim in aliquot ramos inæquales, & hic in alios minores, dividitur; folia habet alba, quasi polline aspersa, unguem lata, sinuata vel angulosa, ut in Atriplice sylvestri, quæ Pes anserinus dicitur, pediculis carentia: his fere singulis, fructus foliaceus, pallidus, compressus appo-

nitur, cuius formam elegantem vix exprimere licet: is enim in medio leviter extuberat, quatuor aliis extuberantibus, in circumferentia adpositis; quas tamen sinus leves intercedunt, ea plane forma, qua rosæ depresso, in quorundam nobilium insigniis pingi consuevere: in singulis quatuor extuberantibus, semen compressum, mediocris magnitudinis continetur. Si fructus hi mori rudimentum exprimerent, ad Atriplicem sylvestrem bacciferum Clusij referri posset: Hanc Monsessuli circa mœnia collegimus.

II. **A TRIPLEX** sylvestris lappulas habens: ex radice parva fibroſa, cauliculi palmares, striati, emittuntur, quos folia atrovirentia, parva angulosa, alternatim disposita, brevibus pediculis donata, cingunt: ad quorum exortum lappulae duæ, Coriandri semenis magnitudine, adhæreut, semen nigrum, parvum, compressum continentis. Hanc Atriplicis syl. insipidae parvæ eretæ nomine, D. Doldius misit; at in monte Ventoso Galliæ Narborensis, altius excrescit. Hanc in Phytopinace sub octava descriptissimus, etiam in Marthiolo, ubi figura à sculptore non satis recte expressa addita, quare aliam in nostro Theatro, si Deus volet, & etiamnum, proponimus.


III. **A TRIPLEX** maritima angustifolia: caule est subcano, lignoso, cubitali, ramoso, in spicas alias breviiores, alias longiores, pallide flavescentes, & maculis nigris punctatas abeuntres: foliis inferioribus uncias duas, absque pediculo longis, angustis, crenatis, nigricantibus, superioribus, angustioribus, & plerisque crenis carentibus: plura non licet, cum solum ramum siccum Ruppellæ collectum, D. Rumbaum attulerit.

DE HALIMO.

CAPUT XXIII.

HALIMUS minor: ex radice tenui, capillata, caulis cinericeus, palmum superans, varie incurvatus exurgit, qui paulo supra radicem, in ramulos plures tenues, uncias tres longos, abit: foliis paucis cinericeis, & oblongo rotundis: sed in ramulis angustioribus nonnullis instar Atriplicis, utrinque una lacinia divisus: flosculi plures, parvi, herbacei, muscosi, intus lu-teoli, longis pedicellis, per ramulorum summitates sparguntur: quibus vascula quadruplicia, semen parvum, griseum, reniforme, continentia, succedunt. Hic infra Northusam in der guldene W^m provenit, ut ex literis D. Fureri colligere est, qui plantam nomine Halimi aurei arvi anno 1617. transmisit,

Cynocrambe Dioscoridis.




DE CYNOCRAMBE.

CAPUT XXIV.

CYNOCRAMBE Dioscoridis: ex radice oblonga, tenui, fibrosa, viticuli plures, palmares, quandoque longiores, rotundi, striati, læves & succulent, virides, aliquando parum rufescentes, reclinati, geniculis plurimis distincti, prodeunt: ex quorum singulis emergunt primum foliola duo, Alsines forma subrotunda, mox alternatim ex una parte eodemq; loco folium sextuplo majus, oblongo pediculo donatum, oxalidis rotundæ folio oblongius, quadam veluti aspergine obsitum, succedit: tandem ad idem geniculum, alia decuplo minora, bina, terna, etiam sena notantur: juxta quæ ab ima radice, ad viticulorum summa internodia, flosculi, bini, terni, quaterni, muscosi, ex herbaceo albidii, plurimis filamentis donati: quibus succedunt fructus totidem, geniculis inter folia hærentes, Mercurialis forma, sed minoris, rotundi, duriusculi, primum virides, postea ex nigro cinerei, medulla alba referti. Herba gustu est insipido & aquoso. Monspeissuli locis umbrosis legimus: mox cynocrambe nomine & plantam & semen, à D. Cortuso accepimus, quæ copiose nobis provenit. Hanc videtur doctiss. Columna in suo

Phytobasano, Alsines nomine expressisse,
quam in Matthiolo descripsimus,
& figuram adposui-
mus.



Lactuca folio oblongo acuto.



D E L A C T U C A .

C A P U T X X V .

I. *Lactuca* folio oblongo acuto: hæc radice, caule, floribus, aliis lactucis similis est, & solum foliis differt, quæ leviter sinuata sunt, palmum longa, uncias duas lata, in acumen fastigiata, & nervo per folium excurrente elevato. *Huic, Lactuca Gallica*, apud Durantem, valde similis est, quam à Joan. Bauhino fratre acceptimus, & in horto Montembelgardiaco postmodum legimus.

II. *Lactuca Italica laciniata*: hujus folium tenuissimum est, pallide virens, in plures partes semipalmares & laciniatas divisum: per reliqua vulgari *Lactucae* similis, quæ esu tenerissima: ex semine Italico in horto copiose crevit.

Sonchus asper laciniatus Creticus.



D E S O N C H O .

C A P U T X X VI .

I. *Sonchus asper laciniatus Creticus*: ex radice, caulis cubitalis, inæqualis, striatus, asper, cavus & ramosus exurgit: foliis ad radicem palmarib⁹ & sesquipalmaribus, primis quidem vix laciniatis, aliis vero in plures & magnas laciniias divisis, & in circumferentia nonnihil asperis: floribus est luteis, magnis, quorum singuli singulis oblongis pediculis insident, qui a liorum more in pappum in quo semen latitat, abeunt. *Hic ex semine ex Creta accepto in horto crevit.*

II. *Sonchus asper*, subrotundo folio: ex radice exili, longiuscula, caulinus rotund⁹, palmaris, aliquando sesquipalmaris, parte inferiore brevifimis aculeis exasperatus, exurgit: circa quæ folia pauca,

pauca, subrotunda, sesquiuncialia, quorum quedam sinuata, omnia tamen per marginem, ut & nervus per folii medium excurrens, levissimis acaleis exasperantur: in caulinis summo duo tresve pediculi, quorum singuli unum florem Hieracio similem, parvum, luteum, qui in pappum abit, sustinent. Monspelii sponte nascitur, & Sonchus aspera vulgi flore Hieracii, nominatur.

Est hujus & minor species, capillari radicula aqua pedicelli bini, quatuor vel sex uncias longi, aliquot vero vix unciales, unicum florem parvum luteolum sustinentes, exurgunt: flori, semen minutum nigrum, pappo adhaerens, succedit: circa radicem folia senna, septena, parva, obtusa, per latera dentata. Ibidem reperitur.

III. SONCHUS laevis in plurimas tenuissimas laciniis divisus: caule est viridi, laevi, striato & pedali, in summo in alas brachiato: foliis in plures angustas laciniis divisis, ad caulis divisionem majoribus: floribus luteis mediocribus & in pappum abeuntibus, Monspessuli ad muros, ut & Florentiae, apud quos in acetaria venit, provenit.

IV. SONCHUS angustifolius maritimus: radice est palmari: tenui, fibris carente, foliis ad radicem pluribus, atrovirentibus, uncias quatuor, quandoque sex longis, rarius unciam lati, per margines spinulis exasperatis, & reliquorum Sonchorum instar lacerfundentibus, inter quae caulis unicus, palmaris & sesquipalmaris, tenuis, laevis, duobus tribusve foliolis sua basi eum cingentibus, cuius summo flos unus, (rarius duo) satis magnus & luteus insidet, & tandem in pappum abit. In litore Veneto ad Lio primum, dein circa Monspelium, & statim initio colligimus.

V. SONCHUS montanus laevis laciniatus minor: ex radice crassiuscula caulis in principio crassus & lignosus, rotundus, laevis, statim in alas brachiatus, ad cubitalem altitudinem accedens, exurgit: foliis est sesquiuncialibus, in paucas laciniias, late distantes & acuminatas divisis: flores in caulis summo, veluti in spica alternatim dispositi, parvi, & palliduli. In montibus Euganeis frequens est.

VI. SONCHUS villosus luteus minor: ex radice rufa longiuscula, fibris carente, caulinis bini, terni, rotundi, non nihil villosi, palmum superantes, & in summo in ramulos binos, ternosve

Sonchus montanus laevis laciniatus minor.



divisi, prodeunt: folia pauca ad radicem, uncias quatuor longa, sed angustissima, laciniis late à se distantibus & laevis, divisa, quæ circa caulem strictissima & uncialia: flores in summis ramulis intense aurei, ex parvis capitulis, suavi tomento villosis prodeentes, in pappum abeunt. Tota planta leviter tomentosa est, & à quibusdam Hieracium tomentosum dicitur. Monspessuli in luco Gramuntio provenit.

(35) o (36)

Cichorium spinosum Creticum.



DE CICHLORIO.

CAPUT XXVII.

CICHORIUM spinosum Creticum: ex radice oblonga, mediocriter crassa, fibris paucis donata, denso cortice albicante testa, caulis durus, lignosus, mox in ramos multos palmates, virides, striatos, late diffusos brachiatut, qui omnes in oblongas, communiter bifurcatas, aliquando trifurcatas quasi spinas, seu cornua finiunt: folia circa radicem plura per terram sparguntur, quae oblonga, angusta, acuminate & Cichorii vulgaris modo in ambitu circumrosa, vel in plures lacinias superficiarias & subrotundas divisa, quae in cauliculis angustiora, nec circumrosa: amara sunt, non lactescunt & cito pereunt, etiam reliquis plantae partibus eleganter virentibus. Flores, in ramorum maxime

alis, ex calicibus imbricatis prodeunt, forma vulgaris similibus, sed longe minoribus, cærulei coloris, ex quinis foliis summa parte leviter incisis, compositi, in quorum medio stamina aliquot flava continentur: his semen vulgari simile, pariq; thecae inclusum, succedit. Iulio & Augusto floret. Hoc primum Chondrillæ spinosæ, dein Cichorii spinosi nomine & plantam & semen D. Dold. misit: ex quo in horto D. Zvingeri crevit: postmodum ex Creta ab Honor. Belli Cichorii spinosi appellationes, qui monuit, vulgo *σαυράζεται*, hoc est, hydriam spinam dici, quo Cretenses in Cichorij defectu utantur. Hujus primum in Phytopinace anno 1596. meminimus, dein in Matthiolo iconem cum descriptione anno 1598. exhibuimus: postmodum Chondrillæ peregrinæ nomine Clusius, & apud eundem sub Cichorio spinoso Cretico Belli, Pona ann. 1601. proposuere,

DE DENTE LEONIS.

CAPUT XXVIII.

I. DENS Leonis latifolius caulescens: caule est cubitali, hirsuto, rotundo, striato, & cavo; quem folia basi alata, in lacinias aliquot divisa, subrotunda, uncias sex longa, sef-quiunciam lata, marginibus nonnihil pilosis, cingunt, quæque in caulis summo tantum leviter sinuata, proxime caulem vestiunt: flos magnitudine fere & colore, sed pallidiore, ut in Dente Leonis vulgari. Plantam hanc absque radice ex horto nobiliss. Nicolai à D. Loretio accepimus.


II. DENS Leonis tenuissimo folio: ex radice crassa, rufa & fibrosa, folia aliquot tenuissima, virore splendentia, palmaria, uncias duas lata, primum profunde laciñiata, dein quælibet lacinia, ut plurimum utrinque dupli, vel triplici leví lacinia (vel potius apice) subdivisa prodeunt, ut & pediculi tenuissimi, nudi, duabus unciis foliis longiores, florem parvum sustinentes. In Austria prope montem Dravenstein D. Burserus reperit.

III. DENS Leonis minor foliis radiatis: ad radicem parvam nigricantem, folia plura per terram sparsa, uncias tres longa, semunciam lata, in plures lacinias profundas divisa, quibus hoc peculiare, quod quodlibet folium in summo in tres profundas lacinias dividatur, & harum quælibet

bet apices plures, quasi radios obtineat: foliorū pediculi levissimis pilis pubescunt, caulinī plures, lāves & nudi, quorum unus palmo minor erigitur, reliqui breviores reclinati, singuli florem unicum, parvum, luteum, in pappum abeuntem, sustinent. D. Neudorfferus communicavit.

IV. DENS Leonis minor aspero folio: ad radicem parvam albicanem, folia plura subrotunda, duas tresve uncias longa, unam lata, lacinata & per ambitum levissimis spinulis, ut in Soncho, exasperata: caulinī dūarum unciarum, florem satis magnum, pallide luteum sustinet. Monspessuli provenit.

Hieracium dentis leonis folio hirsutie asperum minus.



DE HIERACIO.

CAPUT XXIX.

HIERACIUM dentis leonis folio hirsutie asperum minus: radice est parva, oblonga, ad caulinorum & foliorum exortum rufescente, folia ad radicem pilosa, aspera, angusta, uncias duas longa, in lacinias divisa, inter quae caulinī nudi, asperi, modo unus, modo bini, ternive, palmam non excedentes exurgunt, florem unicum, aureum in pappum abeuntem, sustinent. Monspessuli provenit.

Idem, sed longe asperius, foliisque latioribus, ex Hispania D. Albinus attulit.

II. HIERACIUM minus glabrum: ex radice albicante, oblonga, tenui, caulinī palmares, rarius pedales, tenues, lēves, virentes, in alas divisi, exurgunt; folia habet pauca, ex virore splendentia, oblonga, angusta, rarissimis lacinias praedita: quorum quædam basi latiore & alata, caulinū amplexantur: floribus est minoribus, quam in ulla specie, aureis, quorum singuli singulis pedicellis, unciam superantibus, insident, & aliorum more in pappos abeunt. Apud nos circa autumnum florens, in agris reperitur.

III. HIERACIUM dentis leonis folio obtuso minus: ad radicem parvam folia sena, septenava terræ incumbunt, quæ crassa & aspera, uncias duas longa, unciam semis lata, obtusa, nec profunde laciniata: inter quae caulis lāvis, nudus & cavus exurgit, qui florem unum pallide luteum & magnum sustinet. Provenit in pratis extra minorem Basileam.

IV. HIERACIUM dentis leonis folio floribus parvis: ex radice parva, lignosa, fibrosa, capillacea & albicante, caulis pedalis, rotundus, aliquantum hirsutus exurgit, quem ad radicem folia pauca, subaspera, corrosa, acuminata, uncias tres longa, semunciam lata, cingunt: in caule ad ejus medietatem pauca, solum dentata, eumque basi sua complectentia: cuius summiflosculi plures, lutei, pedicellis brevissimis insident. Hoc in Gallia Narbonensi circa Massiliam reperitur.

V. HIERACIUM dentis leonis folio bulbosum:

bosum: radix ex aliquot oblongis quasi Asphodeli bulbis composita, de se mittit caulem cubito altiore, nudum, levé, striatum, circa medium in ramos pedales (unum vel alterum) divisum, quorum quilibet florem parvum, subflavum, sustinet: folia ad radicem per terram sparsa dentileonis similiter sinuata & corrosa, inferne molli lanugine pubescentia, superne subaspera, unciam lata, tres longa, Monspelio D. Saltzmannus attulit.

VII. HIERACIUM tomentosum Hispanicū: tota planta mollis est, incava, tomētosa; radicem habens cortice rufescente testum, caulem palmarē, rotundum, incanum: folia ad radicem oblongis pediculis donata; uncias tres quatuorve longa, semunciam lata, mollia, crassissimula, ad formam foliorum dentis leonis vulgaris sinuata, quæ in caule angustiora, minusq; profunde sinuata: caulinuli summo, flores bini, terni, lutei, brevissimis pedicellis insident, quoru singuli ex eleganti calice hirsuto in plures apices diviso, emicant. In aridis & saxosis Aragoniae, D. Albinus observavit.

VIII. HIERACIUM maximum asperum Chondrillæ folio: caule est sesquicubitali, crasso, rotundo, inæquali, striato & aspero: in summo in ramos semipalmates brachiato: quorum singuli singulos flores luteos sustinent: folia habet pauca, alternatim caule ambientia, Chondrillæ modo in laciniis divisa, uncias tres longa & hirsutie aspera. Monspeſſuli in asperis, quæ loca cari- ges vocant, provenit.

VIII. HIERACIUM alpinum angustissimo oblongo que folio: ad radicem duriusculam rufescentem, folia plura graminea, palmo longiora, glabra, atrovirentia, observantur: inter quæ caulis cubitalis, lævis, rotundus, striatus, paucis foliis cinctus & circa medium in plures ramulos divisus, exurgit: ramulis singulis flos unicus, parvus, luteus insidet, cui semen parvum succedit, quod cum suo pappo à vento excutitur. In monte Baldo reperitur,

IX. HIERACIUM alpinū pumilum Chondrillæ folio: tota planta palmaris est, ex cui⁹ radice alba, cortice nigricante testa, folia aliquot prodeunt lævia, pallide virentia, uncias quatuor longa, pediculis longis donata, vix laciniata: inter quæ caulinulus exurgit rotundus, foliis Chondrillæ modo divisus cinct⁹, qui in summo in duos, tresve

ramulos unciales dividitur, quorum singuli florē unum luteum satis magnum sustinent. Crescit in Sneeberg Austriae, ubi D. Burserus legit, & anno 1616. Hieracii aphacoidis nomine, transmisit.

X. HIERACIUM intubaceum flore luteo. Hoc foliis est Intubi, caulem proxime ambientib. aliquibus integris, aliis in sinus profundos lacinias, longitudine uncias quatuor, latitudine sesquiunciam superantibus, atrovirentibus & lævibus: caulem habet tenuem, pedalem, ramosum, reclinatum & lævem: cauliculo pene palmari nudo, flos unicus, luteus, mediae magnitudinis insidet, cui semen parvum pappo inclusum succedit. Hoc (ut & subsequens) Hieracii Aphacoidis nomine à D. Doldio, dein ex Italia, Sonchi Hieracitidis nomine accepimus.

XI. HIERACIUM Intubaceum flore magno albido: hoc foliis est priore longioribus, latioribus: magisque laciniatis: flore etiam majore, albido, medio luteo, foris subrubente.

XII. HIERACIUM proliferum falcatum: radicem habet albicanter, oblongā, tenuem, capillatam: folia atrovirentia, dentata, aspera, uncias duas longa, semunciam: caulinulos læves, rotundos, parum foliatos, palmates: capitulum parvum, ex plurimis stylis gracilibus, per matritatem recurvis, & asperis, compositum, inter quæ flos luteus, medio fuscus: at sub floris capitulo, communiter utrinque ramulus unus, rarius duo, lævis, nudus, uncias quatuor, quandoque superans, exurgit, quibus utrinque foliolum angustissimum subjicitur, & horum summo similiter flos insidet, & sæpe sub hoc quoque flore, pedicellus flosculum sustinens, emergit.

Hoc minus etiam reperitur, ita ut tota planta, palmum non excedat. Monspeſſuli in luco Gramuntio reperitur, & quod minns est, Hieracium medio luteum vocant.

XIII. HIERACIUM minimum falcatum: plantula est uncias sex non excedens, radicula longiuscula, tenuissima, rufescente, ex qua caulinuli aliquot capilli crassitie, in ramulos divisi, inter folia laciniata, lævia, uncias duas longa, at angusta, exurgunt: flores singuli exigui, luteoli, pedicellis singulis insident, qui instar prioris in stylis minutissimos recurvos & pungentes, absuntur. In arenoso litore maris non longe Monspelio invenimus.

XIV. HIE-

XIV. HIERACIUM montanum rapifolium: ex radice rufescente, oblonga, parum capillata, folia pauca, ad Rapæ vulgaris modum, in laciniis subrotundas, per margines sinuatas, & ad tatem asperas, divisa, pediculis oblongis rubentibus & asperis donata, prodeunt: inter quæ caulis cubito altior, cavus, striatus, rufescens, uno altero brevi folio cinctus, exurgit, qui superne in ramulos plures dividitur, quorum singulis, flos communiter unus, rarius duo, pediculis tamen distinctis infidet, luteus, mediae magnitudinis, qui tandem in pappem abit. In monte Waffer fall provenit.

XV. HIERACIUM montanum foliis dentatis flore magno: hoc foliis est atrovirentibus, lanagine carentibus, ad radicem maxime dispositis, uncias quinque longis, unam latis, per circumferentiam & dentatis, & levissima lanugine pubescentibus: inter quæ caulis pene nudus, pedalis, cavus, hirsutus asper, exurgit, qui florem unum eumque magnum, saturat luteum, eleganti quasi calici inclusum, sustinet. Hoc in Helvetiorum montibus Gotthardo, & circa Thermae Fabarias, crescit.

XVI. HIERACTUM ramosum magno flore: hoc caule est bicubitali, rotundo, subaspero, in ramos diviso, quibus singulis, flos magnus, aureus, dentis leonis forma infidet: folia habet pallide virentia, non nihil aspera, sinuata, & per margines exiguis pilis donata, longitudine palmum superantia, tres uncias lata, per quorum longitudi-

nem, costa insignis excurrit, à qua per transversum venæ seruntur. In montibus Bellunensis reperitur.

XVII. HIERACIUM alpinum non laciniatum flore fuscō: caule est sesquipalmari, hirsuto, parte superiore aphyllum: foliis ad radicem hirsutis, obscure virentibus, acuminatis, duas tresve unicas longis, unciam latis: floribus aliquot parvis, fuscis, in pappum (cui semen parvum oblongum & nigrum includitur) abeuntibus, & caulis summo infidentibus: quod in Rhaeticis montibus provenit.

XVIII. HIERACIUM hortense non laciniatum floribus atropurpurascens: caule est bicubitali, hirsutie aspero, & pene aphyllum: foliis ad radicem paucis, palmaribus, uncias tres latis, obscure virentibus, leviter hirsutis, & per marginem levil lanugine pubescentibus, floribus atropurpurascens, in medio subflavis & mellei odoris: quod à quibusdam Pilosellæ majoris nomine (siquidem cum Auricula muris majore Tragi multum affinitatis habeat) in hortis colitur: & à priore cultura solum differre videtur.

• 36 • 36 •

Hieracium pumilum saxatile asperum, radice præmorsa.



XIX. HIERACIUM pumilum saxatile asperum
radice præmorsa : ad radicem crassiusculam ni-
gricantem, in fibras oblongas, præmorsas abeun-
tem, folia plura, villosa, acuta, longis pediculis
donata, uncias tres, quatuorve longa, semiunciam
lata, in circuitu rarioribus dentibus donata:
interquæ caulinus palmo minor, hispidus, te-
nus & rotundus, uno alterove foliolo vestitus
exurgit, florem subluteum sustinens, cui semen
parvum, nigricans, pappo immersum, succedit.
In alpibus provenit.

Variat: nam & altera est species, foliis subro-
tundis, duas tresve uncias, absque pediculis bi-
uncialibus, longis, sesquiunciam latis, per mar-
ginem crenatis: caulinus longiore, tres quatuor-
ve flores sustinente, & hoc Hieracium saxatile
asperum radice præmorsa, folio subrotundodici
potest.

Est & tertia species, radice crassa, caulis in
plures ramulos divisus: quod in saxosis prope
Clusam Solodurensium nascitur.

Priori plane simile Hieracii parvuli quarti
nomine doctiss. Columna p. 2. proposuit, solum
in eo differens, quod nostrum hirsutum sit, suum
vero glabrum asserit.

XX. HIERACIUM montanum lanuginosum
laciniatum parvo flore: ex radice oblonga, atro-
rubente, folia plura, pediculis uncias tres longis,
donata, crassa, profunde laciniata, acuminata,
mollis lanugine pubescentia, superne atrovirentia,
& quasi maculata, alia sesquiunciam lata, a-
lia sesquiunciam lata, alia angustiora, inter quæ
caulinus palmaris, tenuis, mollis exurgit, cu-
jus summo, flores aliquot lutei, parvi, & quidem
singuli singulis pedicellis insident. Apud Mon-
spelienses, in horto Dei crescit.

XXI. HIERACIUM capillaceo folio: radice est
Scorzoneræ simili crassa, oblonga, tunica fusca
& rugosa vestita, ex qua caulinus bini, palma-
res, laeves, singuli florem unicum, pallide lute-
um, mediæ magnitudinis, sustinentes exurgunt:
folia ad radicem plurima, pili instar tenuia, duas,
rarius tres, uncias longas, rigidiuscula, atroviren-
tia, rarius caulinorum partem cingentia,

Monspelio D. Saltzmannus attulit.

An forte Scorzoneræ spe-
cies?

OS OS

XXII. HIE-

Hieracium murorum angustifolium non
sinuatum.



XXII. HIERACIUM murorum angustifolium
non sinuatum: ex radice crassa, rufescente, caulis
sesquicubitalis, pene nudus, rotundus & asper
exurgit, in cuius summo quasi in umbella, flores
plures, parvi, lutei, resident, folia ad radicem sub-
nigra, mollia, uncias sex longa, vix semunciam
lata, in caulis parte inferiore pauciora, breviora,
angustiora, longe à se invicem distantia & inor-
dinate disposita: in muris nostris reperitur: quod
circa Patavium, longe minus observavimus.


XXIII. HIERACIUM profunde sinuatum pube-
scens: radice est nigrante, lignosa, fibrosa, caule
bicubitali, rotundo, fistuloso, levi lanugine, ut &
tota planta, pubescente, in ramos brachiatos: fo-
liis ad radicem oblongis, acutis, profunde sinua-
tis, etiam laciniatis, oblongis pediculis donatis,
per caulem paucis, similiter acute laciniatis: flo-

flores singulis pediculis, aurei, in pappum abe-
untes, insident: In pratis Michelfeldensibus sic-
cioribus, ad dumeta etiam in dumetis, provenit.

XXIV. HIERACIUM fruticosum latifolium
glabrum: ex radice fibrosa, nigrante, caules bi-
cubitales, rotundi (levissimis pilis hinc inde a-
spersis) exurgunt, qui in summo in ramulos bre-
ves brachiantur, quibus flores pallide lutei, ut in
Hieracio Sabaudo sive fruticoso insident: hos fo-
lia ambiunt alternatim disposita, tenuia, atrovi-
rentia, acuminata, uncias quatuor vel quinque
longa, sesquiunciam lata, per marginem oblon-
gis & rarib[us] apicibus donata: hoc in montosis
circa acidulas Petrinas Iulio floret.

XXV. HIERACIUM fruticosum folio subrotun-
do: caule est cubitali, rotundo, striato, subaspero,
qui in summo in ramulos, trium quatuorve un-
ciarum brachiatur, qui singuli, singulos flores,
pallide luteos, in pappum abeuntes, sustinent.
quem folia subviridia, subrotunda, acuminata
& dentata, uncias duas longa, sesquiunciam la-
ta & leviter hirsuta, basi sua cingunt: quod Hie-
racii foliati nomine D. Iungermann. misit.

XXVI. HIERACIUM fruticosum minus: hujs
varietas triplex occurrit; nam licet ex radice fi-
brosa, & quasi præmorsa, caulis pedalis simplex
exurgat, attamen foliis brevibus & lævissimis,
circa Patavium: at circa Norinbergam, paucis,
brevibus, subrotundis, in circumferentia
crenatis & asperiusculis
provenit.



*Chondrilla viscosa humilis.**Chondrilla purpurascens foetida.*

DE CHONDRILLA.


CAPUT XXX.

CHONDRILLA viminea viscosa Monspelia-
ca: ex radice oblonga, pallide lutea, caulis
bicubitalis, albus, rotundus, striatus, in
plures ramos brachiatus, exurgit: folia, caulis,
partem inferiorem cingentia (prima enim humi-
sparsa cum cito marcescant ut in vulgari, non
notata) saliginis similia, uncias sex vel octo lon-
ga, semunciam late & laevia, rarius una, alterave-
lacinia donata: at superiora ramos cingentia,
instar Chondrillæ in tenuissimas & acutissimas:
lacinias dividuntur: flores parvi, lutei, ut in vul-
gari dispositi, in pappum, cum semen maturuit,
evolantes. In aridis aggeribus viarum, æstate
circa Monspelium & in monte Lupi, reperitur.

II. *CHONDRILLA viscosa humilis:* ex radice
longa, tenui, alba, cauliculi plures, tenues, refle-
xi, pedales, prodeunt, quos utrinque ad palmæ
longitudinem, flores lutei, oblongi, in pappos
abeuntes alternatim cingunt: folia habet ad ra-
dicem oblonga, angusta, quædam sinuata, quæ-
dam integra, & in caule paucissima: in agris Ba-
fileensisibus autumno florens, invenitur.

III. *CHONDRILLA purpurascens foetida:* ex ra-
dice oblonga, tenui, fibrosa, caules plures, ad cu-
biti altitudinem accedentes, ad exortum parum
pilosæ: ex rubore obscuro, cum foliorum pedicu-
lis plendentes, alias virides & striati, in summi-
tate aphylli, exurgunt: folia ad radicem plura,
palum excedentia, instar foliorum Chondrillæ
Sesamoidis dictæ, plus minusve sinuata, & a-
cuminata mollia, aliquando pilis exiguis cin-
cta, nervo folium percurrente, inferne (ut & fo-
liorum



*Jacobæa maritima latifolia.**Jacobæa alpina foliis rotundis ferratis.*

liorum pediculi) hispidò : singulis caulis, qui raro brachiantur; flos unicus per amoenus, magnitudine & forma Ptarmicæ Austriacæ insidet; cuius discum medium, foliola sedecim & plura oblonga, diluto rubore purpurascens, in apicibus divisa, orbiculatim cingunt: qui, ubi semen maturuit, in pappum oblongum abit: Hanc Iulio mense florentem, primum in horto D. Zvengeri legimus, & in nostro coluiimus: foetidam vocamus, quia flos, antequam aperiatur, gravem odorem spirat, qui & in foliis aliquantum advertitur.

DE JACOBÆA.

I. *JACOBÆA maritima sive Cineraria latifolia:* hæc ex radice caules cubitales, rotundos, cädido, mollique tomento obductos, in alas brachiatos, emitit: folia inferiora subrotunda,

cum pediculis pedem longa, uncias quatuor lata ad modum Brassicæ vulgaris laciniata; & per marginem sinuosa, superne ex viridi nigricantia, inferne incana, quasi cinerib. aspersa & mollia: at superiora minora & acutiora: flores, qui in hac quam vulgari majores, oblongis pediculis incanis & nudis insident., querum discum aureum folia latiuscula, pallidiora; orbiculatim cingunt, qui tandem in poppos cum semine absunt. Hanc à D. Doldio accepimus.

II. *JACOBÆA rotundifolia incana:* radice est crassiuscula transversa, rufescente, in fibras oblongas abeunte: caule pedali, incano: foliis subrotundis, crassis, superne virentibus, inferne incanis, uncias duas absque pediculis, longis, sequiunciam latis, in ambitu dentatis, at in caule paucis & angustissimis: flos, qui Scorzonerae floræ similis, summo cauli insidet, satis magnus & luteus:

luteus: toti plantæ lanugo quidem aspera est. In provincia Galliae D. Burserus legit.

Iacobæam alpinam foliis rotundis ferratis, sub conyza alpina sive montana, Gesnerus pro-

posuit: at Clusius, Iacobæam 4. vel latifolian 2. nominavit & descripsit: hujus figuram à nomine, quod sciam, propositam, addere placuit.

LIBER QVARTVS. DE TANACETO.

CAPVT I.

TANACETUM alpinum: herbula est unciarum quatuor, vel sex, odore aromatico prædita, tota incana, & pilis mollibus vestita: radice longa, crassiuscula, foliis uncialibus, tenuissime, ut in Millefolio alpino, à quo, odore potissimum discernitur, divisus: in caulinorum summo, flores in umbella dispositi, albi & parvi. Hoc in altissimis montibus Helvetiorum & Rhætorum crescit: & hoc forsitan Gesnerus in catalogo horrorum Germaniæ, Ivan Moschatam Rhætorum appellat.

DE CHRYSANTHEMO.

CAPVT II.

CHRYSANTHEMON latifolium Brasiliandum: caule est aspero, striato, cubitali, quem folia rara, lata complectuntur, quæ circa basin uncias duas lata, quatuor, etiam quinque, longa, sensimque angustiora redditæ aspera sunt & per margines levissimis dentibus exasperata, ex quorum sinu pediculi oblongi prodeunt, floræ luteum sustinentes, cuius discum ex pluribus oblongis luteis apicibus, compositum, folia septem latiuscula, in binas vel ternas crenas fissa cingunt, totusque flos à quinque foliis viridibus inæqualibus veluti umbone sustentatur. Hæc in ramo exiccato, quem Chrysanthemi Brasilianni nomine, ex horto nobiliss. Contarenii habemus, notare potuimus.

DE CHAMÆMELO.

CAPVT III.

I. **C**HAMÆMELUM leucanthemum Hispanicum magno flore: caules habet cubitales striatos, in summo brachiatus, quos folia pediculis parentia, satis à se invicem disposta, cingunt, quæ uncialia, angusta, in lacinias tenues obtusas, sed bifidas, divisa: florem habet quadruplo vulgari majorem, disco pallide luteo, quem folia circiter vicina, alta, lutea, sinuata ambient, cui semina, ut in vulgari succedunt: annum est & odoratum, à D. Gillenio, una cum sequenti & utriusque semine, missum.

II. **C**HAMÆMELUM luteum Hispanticum odoratum: hoc caule & foliis cum vulgari leucanthemo convenit, sed floribus luteis & odoratis priori quidem minoribus, sed vulgari duplo triplove majoribus, disco luteo, quem folia quadragecum, luteo colore splendentia, cingunt: in horto meo crevit.

III. **C**HAMÆMELUM leucanthemum incanum Hispanticum minus: plantula est palma minor, radice parva, fibrosa, rufescens, ex qua caulinus tenuis, uncias quatuor altus, nudus, exurgit, florem unicum, satis magnum, disco pallide luteo, foliis pluribus albis cincto, sustinens: foliola ad radium parva, incana, tenuissime instar Absinthii Galatici, vel Abrotani, divisa, quæ insipida & inodora sunt. In regno Granadæ, ad agrorum margines, D. Albinus collegit.

DE ABROTANO.

CAPUT IV.

A BROTONUM campestre incanum, Carlinæ odore: huic radix est oblonga, fibrosa, rufescens, caulis pedalis, folia, eo modo quo Abrotani maris inferiora, divisa, incana, & si teneantur Carlinæ odore, ut & sapore: in reliquis, cum Abrotano campestri convenit. In Austria, ad Lintzium urbem circa vias provenit, unde D. Burserus misit.

DE ABSINTHIO.

CAPUT V.

A BSINTHIUM ponticum Creticum grati odoris: caule est cubitum superante, rotundo, incano, in ramos plurimos, quincunciales diviso, foliis tenuibus, multum divisis, mollibus & incanis: floribus vulgari forma & colore similibus, paulo tamen majoribus. Hoc, quemadmodum Honor. Belli ex Creta anno 1596. (addita planta) perscripsit, in Creta frequissime provenit, perpetuo viret, odorem gratum spirat, nihilque amarum est, aut si quam secum amaritudinem habet, ea valde obscura est, in viridi enim, nulla percipitur: ab asinis & peccoribus, omnibusq; brutis valde expertitur. Vocatur, *αἴσιθια*, & non *ἀρωτία*, quemadmodum Anguillarus in Græcia vocari perperam scribit: ego legitimum Ponticum esse judico: haec tenus Belli. Hae de re dicturi sumus plenius, si Deus volet, in Theatro nostro.

II. ABSINTHIUM alpinum incanum: ex radice rufescente, capillacea, caulinculi plures palmares, reclinati, rotundi & albantes, foliis quam paucissimis vestiti prodeunt: folia, divisa & colore, Absinthio Pontico tenuifolio incano, similia sunt: ex caulinorum parte media sursum versus, pedicelli tenuissimi, unciales, cum subjecto foliolo, tenuissime diviso, recti, alternatim exurgunt, qui capitulum squamatum, flores pallidos continens, sustinent: quibus semen minutum, nigrum, Tanaci odore succedit: tota planta odore & sapore est Absinthii, & in Valeianorum alpibus, ut in petris supra Gemme, D. Fleisserus 1606. & D. Burserus 1614. collegit.

III. ABSINTHIUM alpinum candidum humile:

radice est crassiuscula, oblonga, rufescente, in fibras abeunte, ex qua folia candida, oblongis pediculis donata, tenuissime divisa, cum caulinulis (aliquando unico) trium, quatuorve unciarum longis, rotundis, albo tomento vestitis & ad extortum reclinatis, prodeunt: quorum summo capitula squamata, plura simul, ut in stœchade lutea, sed minora, disposita, luteos flores continentia, insident. Tota planta candida est, quatuor vel sex uncias vix superans, & valde amara: ex Gletzerberg, Helvetiorum monte, non longe ab Augusta valle, D. Burserus attulit.

IV. ABSINTHIUM alpinum umbelliferum: hoc non tanquam novum proponimus, cum à Clusio, Lobelio, Tabernæmontano, Gerardo, & in historia Lugdunensi descriptum & pictum fuerit, sed quia in hoc varietatem observavimus, & de hoc item esse scimus, quare de hoc pauca aspergere lubet. Nam Nicol. Clavena Bellunensis Pharmacopæus, Absinthii umbelliferi historiam (addita figura) & usum insignem proponebat, novum esse Absinthium, & à se primo in montibus Bellunensis inventum, libello Venetiis 1610. cuso asserit: contra quem Pompejus Sprechis, Pharmacopæus Venetus, tractatu peculiari, sequente anno Venetiis edito, disputans, novum non esse, sed à C. Clusio, pridem nomine Absinthii alpini umbelliferi, propositum fuisse affirmat. Sane occurrit varietas, sed tantum in magnitudine: nam id quod in monte servæ Belluni natum, foliis est latioribus & longioribus, quam sint ejus quod in Helvetiorum alpibus, & Baldo monte provenit: quo adhuc minus est, quod in Austria monte Eravenstein reperitur: quemadmodum ex horto Patavino habemus, umbella ex minoribus floribus composita, instar Millefolii vulgaris, florib. præsertim antequam aperiantur, magis conglomeratis: quare tantum ratione loci differre censemus, & quidem ex plantæ inspectione & examine diligentiore, ut qui in Baldo & Helvetiorum alpibus collegerimus: Belluni natam. Clus. Angelus Busti Medicus Venetus: Austria cam vero,

D. Burserus transmiserat.

DE MILLEFOLIO.

C A P V T . VI.


I. **M**ILLEFOLIUM maximum umbella alba: caulibus est sesquicubitalibus crassis, rotundis, striatis: foliis circa radicem palmum longis, uncias quatuor latis, tenuissime incisis & velut è multis minutissimis alatis foliolis constantibus, sed minoribus & tenuissime incisis, quæ circa caulem sunt, qui in ramos plures brachiantur, quibus singulis umbella, uti in Millefolio vulgari, sed major, flosculis albis referta, insidet. In horto Patavino crevit.

II. **M**ILLEFOLIUM purpureum majus: ex radice crassa satis, caules plures ad cubitum & sesquicubitum excrescunt: fol:is ut in vulgatissimo Millefolio dispositis, umbella magna, flores elegantissimos rubri coloris & quinquefolios continens, in quorum medio apices pallide flavescentes, qui gratiam addunt, emicant: Flores contriti, medicatum odorem spirant. Hoc Gop-


pingæ primum in Pharmacopæi horto legimus & nunc in horto colimus: quod Clusius nomine Millefolii rubro flore proponere videtur: an hoc forte Matthiolo Millefolium majus?

III. **M**ILLEFOLIUM incanum Creticum, sive Millefolium Dioscoridis: caulibus est lignosis, rotundis, incanis, sesquipalmaribus, foliis Chamæcyprissiforma oblongis, denticulatis, incanis, vel ut Dioscorides, avicularum pennas imitantibus, caules in summitate in ramulos abeunt, qui umbellam satis compactam ex floribus ex albo flavescentibus compositam, sustinent. Hoc ex horto magni Ducis Hetruriæ, primum à D. Paschali (ut in Phytopinace monuimus) dein ex Creta à D. Honorio Belli accepimus: quod legitimum Dioscoridis Millefolium esse censemus, cuius in Epistola 2. Belli ad Clusium, sub Stratiote Millefolio mentione fit, qui in Creta μιλεόφυλο vocari scribit.

*Millefolium aquaticum pennatum
spicatum.*



Millefolium aquaticum cornutum.



IV. *MILLEFOLIUM aquanticum pennatum spicatum*: ex radicibus fibrosis, tenuibus, rami prodeunt plures, cubitales, cavi, striati, in alas brachiati, aquæ innatantes: ex quorum geniculo quolibet, folia terna, vel quaterna quasi stellatim circumjecta, tenuiter incisa, pennam & formam & tenuitate referentia, colore fusco prodeunt: at cauliculorum summitates palmares, ex aqua recti attolluntur, spicam purpurascem, Iunio & Iulio mensibus, sustinentes, quæ in flosculos copiosos, pallide luteos, simul junctos, Anethi semen forma referentes, expanditur: his succedit capitula nigra ac prædura, plerumq; quaterna, quina, etiam plura, cauliculorum fastigia, quæ super aquam eminent, rotatim ambientia, quibus singulis cavitas exigua, semen continens inest. Hoc in piscinis provenit, quod primum in fossa arcis Weckenthal in Alsacia, observavimus: & Tragus, Algæ tertiae, vel Algæ Vergili

nomine, exprimere voluisse videtur. Hujus ut & sequentis descriptionem in Phytopinace, Matthiolo, & Tabernæmontano emaculato, una cum figura exhibuimus.

V. *MILLEFOLIUM aquaticum cornutum*: hoc prioris modo aquis innatat, caulibus cubitalibus, tenuibus, ramosis, fragilibus, dense geniculatis, quos folia ambiant tenuia, capillata, quorum inferiora, cornua cervina æmulantur & exiccata rigescunt: superiora vero, tenuiora, tenuiusq; divisa sunt: ex ipsis geniculis, pediculi, modo trium, quatuorve unciarum prodeunt, singuli, singulos flores, parvos, albicantes, quadrifolios sustinentes: quibus capitulum parvum Ranunculi forma, ex quinis senisve granulis virentibus compositum, succedit. In rivulis circa Hiltelingam, non longe Basilea primum, dein in fossis horti Montembelgardiaci observavimus.

Consolida regalis latifolia parvo flore.



DE CONSOLID A REGAL I.

CAPUT VII.

CONSOLID A regalis latifolia parvo flore: ex radice fibrosa, oblonga, rufescēte, caulis cūbitalis, rotundus, striatus, levissimahirsutie albicans, in ramos brachiatus, exurgit: quem folia tripartita primum, dein ad formam foliorum Ranunculi arvensis echinati, divisa cingunt, quæ in simmo caule pauciora, quædam tripartita, quædam integra: flores sunt subcerulei, corniculato donati, Consolidæ regalis segetum similes, aut minores: quibus siliquæ oblongæ, parvæ, semen parvum continentæ, succedunt. Hanc Delphinij Dioscoridis nomine, à D. Ferrando Imperato, Pharmacop. Neapol. insigni, accepimus: dein vivente in horto D. Zvingeri p. m. legimus, in Phytopinace descriptissimus, in Matthiol. quoq; & Tabernæm. figura sub Consolida regali peregrina parvo flore, posita, in qua tamen sculptor prima folia omisit.

Chelidonium majus foliis querinis.



DE CHELIDONIO.

CAPUT VIII.

CHELIDONIUM majus foliis querinis, flore laciniato: hoc à Chelidonio majore vulgato, foliis & flore tantum differt: folia enim, quercus tenera folia æmulantur, cum argutius incisa sint & teneriora, superne ex virore nigricantia, inferne pallida, levissime, ut & caulis, hirsuta: flos luteus, communiter quadrifolius, foliis ejus per ora disiectis & velut fimbriatis. Ex horto Philippi Stephani Spregeri Pharmacopæi Heidelbergensis, primum habuimus: dein in horto Montembelgardensi, ubi tota æstate floruit, legimus: quod si in parietinis seratur, formam retinet, lætiore vero in solo, aliquando degenerat. Hujus in Phytopinace meminimus: in Matthiolo & Tabernæm. figura addita, descripsimus: postmodum & Clusius, nomine Chelidoni majoris laciniato folio in sua historia proposuit.

DE

DE AQUILEGIA.

CAPVT IX.

I. **A**QUILEGIA montana magno flore: hæc in Aquilegiæ vulgaris altitudinem excrescit quidem, sed foliis primum differt, cum in laciniastenuiores, easque non obtusas, ut in aliis, sed acutas dividantur, & folia pene subrotunda sint: sic & floribus est cæruleis, vulgaris similibus, sed multo majoribus. In monte prope Thermas Fabarias copiose provenit, unde D. Burserus attulit.

II. AQUILEGIA montana parvo flore thalictri folio: ex radice parva, folia thalictri forma, sed exigua, pallide virentia, prodeunt: inter quæ caulinus tenuis, palmo minor, duobus tribusve foliolis brevibus, oblongis, minime divisis, exurgit, florem unicum cæruleum sustinens, forma quidem vulgari similem, sed quintuplo minorem. In Helvetiorum alpib. reperitur: in Moravia, prope urbem Trebis, sub arce Smilo, in pratis vernali tempore copiosissime reperiuntur, mihi relatum.

III. AQUILEGIA hortensis multiplex flore parvo: hæc ab hortensi, quæ multiplici flore est, solo flore differt, qui in hac triplo minor, & colore, qui pullus est, in horto meo provenit.

DE NIGELLA.

CAPVT X.

I. **N**IGELLA latifolia flore majore simplici cœruleo: ex radice tenui, oblonga, flavescente, caulis cubitalis, rotundus, viridis & laevis, in summo ramosus, exurgit: foliis ad radicem tenuissime laciniatis, in caule vero aliquando inferiorum instar tenuissime divisis: flores autem quam in cæteris ampliores sunt, quinquefolii, folio quolibet unguem æquante, superne eleganter cærulei, inversa parte pallidi, venis elongatis percurrentibus: floribus succedunt capita pentagona, hexagonave dura, in totidem cornicula in latera reflexa superne divisa, quæ membranis interne intercurrentibus, semine subnigro, inodoro, plena sunt. Hæc æstivis mensibus in hortulo nunc ab annis aliquot floret, ex semine deciduo, cum annua planta sit, sese propa-

Nigella Cretica.



gans: cujus semen, Nigellæ Hispanicæ nomine, missum fuit.

II. NIGELLA Cretica: radice est oblongiuscula, tenui, parum fibrosa & flavescente: caule cubito minore procumbente, striato, viridi, glabro, & paulo supra radicem in alas tenues & teretes brachiato: folia prima per terram sparsa, instar foliorum Consolidae regalis vulgaris in laciniis dividuntur, quæ vero in caulis summo oblonga, & ut in Nasturtio, divisa, ex viridi nigricant: flos unicus, unguis magnitudine, quinquefolius, cuilibet caulinculo insidet, colore ab initio ex viridi nigricante, mox vero sub cœruleo, mucronibus suam viriditatem reservantibus, forma Nigellæ arvensi, qua multo minor est, respondens: in cujus medio stamina plura, viridia, apicibus cœruleis donata: capitula pentagona,

tagona, hexagonave succedunt, quæ in totidem cornicula longa, instar cornuum hirci intorta, finiunt, quæ semen nigricans minutum continent. Hujus semen ex Creta primò allatum, & à D. Doldio, cum planta, transmissum, ut in Phytopinace monuimus, & figuram cum descriptione Matthiolo addidimus, at in Tabernæmontano emaculato, figura male sub titulo nigellæ flore pleno posita. Hanc Clusius in post.histor. Melanthium simplici flore Creticum nominare videtur.

Ab hac diversa est, quæ in horto nobiliss. Contareni colitur, foliis fæniculi, floribus ex albo flavescentibus, semine nigro, anguloſo & acri, quam cum integrum non habeamus, plura de ea in præſens non licet.

DE HIPPOMARATHRO,

C A P V T . XI.

HIPPOMARATHRI Cretici nomine, ex horto Clariss. Nicolai Contareni, Senatoris Veneti, habemus ramos cubitales, rotundos, laeves, striatos, pallide virentes, in alias brachiatos: folia sunt fæniculi modo, in tenuissima, sed longe brevissima segmenta divisa: caulinum summitatibus umbellæ parvæ insident: gustantibus

plantæ siccæ folia & caulem, de sapore nihil certe pronunciare licuit: quare ut totam acquiramus plantam, studebimus.

D E A N E T H O.


C A P V T . XII.

ANETHUM sylvestre minus: radice est albicans, uncias tres longa, tenui, quemadmodum & caulis, qui pedalis, albus, rotundus: foliis est uncias quatuor longis, tenuissime, ut in vulgari, divisus: umbella parva, ex festucis octo vel novem uncialibus composta, florculis luteis, semine parvo oblongo. In hortulo meo crevit, ex semine à doctiss. Columna, nomine Anethi sylvestris ex Sicilia, missa: quod minus appellare lubuit, cum Cæfalpini, Anethi sylvestris in Sicilia, quod sativo grandius sit, meminerit.

¶) Q (¶)

Daucus montanus apii folio minor.

Daucus Alsaticus.



DE DAUCO.

CAPUT XIII.

I. **D**aucus montanus apii folio florē luteo: caule est cubitali, anguloſo, glabro, in breves alas brachiato: foliis apii forma, sed brevioribus, per ambitum minime ferratis, quorum pediculus striatus est: umbellas parvas habet, flores elaphobosco similes, luteos. In Calenberg & prope oppidum Baden Austriae D. Burserus legit.

Huic similem sed per omnia majorem, caule crasso canaliculato, ramoso, foliis latioribus, minimeque crenatis, umbellis majoribus ex floribus pallidis, in horto Patavino anno 1578. colligimus, quem Daicum tertium Dioscoridis Gualandinus, at ipsius successor Cortusus, Pseudoprethrum nominavit.

II. **D**AUCUS pratensis apii folio: radice est oblonga, pallide rufescente cortice testa, sapore & odore pastinacæ, sive Dauci officinarum, superne hirsuta & villosa, ex qua alæ prodeunt, foliis pluribus uni costæ inhærentibus, per ambitum incisis & serratis, forma montani majoris, sed longe minoribus, pallide virentibus: inter quæ caulis pedalis, rarius cubitalis, tenuis, striatus, paucis geniculis distinctus, in ramulos aliquot divisus, exurgit: ramorum extremis, umbellæ candidæ, flosculorum exiguorum insident, quibus semen oblongiusculum, nigricans, aromatum succedit. Hic in pratis humidis Michelfeldæ provenit.


III. **D**AUCUS Alsaticus: radice crassa, oblonga, in fibras crassiores divisa, nititur, cuius summo, multa villosa capita, ut in plerisq; ferulaceis adposita: unde magnæ foliorum alæ exeunt, foliis multis in plures partes dissectis, uni costæ inhærenti-

xentibus, ex adverso nascentibus, constantes: inter quæ caulis (modo unus, modo plures) ad viri altitudinem exurgens, subruber, striatus, geniculis aliquot articulatus, in ramos plures, hiq; in alios divisus, ad quorum genicula minores foliorum alæ: extremos ramulos umbellæ satis magnæ flosculorum flavescentium, exornant: quibus semina plana succedunt. Iunio & Julio floret in dumetis Alsatiæ superioris: eundem copiosissime in Alsatiæ inferioris pratis humidi- oribus, ut inter Sclestadium & Argentinam fre-

quenter observavimus. Multum similitudini habet cum Thysfelinu Plinii Lobelii sive Apo palustri Dodonæi: verum Thysselinum, nota ita alte exurgit, & tota stirps lacteo succo abundat. Hic Daucus, sapore est & odore pasti- nacæ.

(50)

Scandix Cretica major.



Scandix semine rostrato Italica.



DE SCANDICE.

CAPVT XIV.

SCANDIX Cretica major: ex radice oblonga, nonnihil fibrosa, caulis cubitalis, striatus, in plures ramos divisus, & potissimum ad alarum exortum, levissime pilosus, exurgit: foliis ad radicem, pediculis oblongis, Pimoinellæ saxifragiæ minoris æmulis, latiusculis, subrotundis, ex opposito correspondentibus, per ora oblique dissectis, pallide virentibus, una cum pediculis leviter pilosis: at caulem ambientibus & superioribus, instar foliorum Scandicis vulgaris, tenuissime divisis: umbellæ parvæ sunt, sparsæ, flores albos, & quam in vulgari majores, fustinentes: quibus succedit semen rostratum, decem, duodecim & pluribus rostris, subasperis, simul junctis, quorum cuilibet apices duo quasi aculei rigidi, præfiguntur. Hæc Patavio primum Scandicis Creticæ nomine missa, dein ex semine in horto nata, cuius descriptionem in Phytopinace sub 4. dein & Matthiolo addita figura, exhibuimus.

II. SCANDIX Cretica minor: ex radice gracili, oblonga, recurva, alba, caulinculi perbreves, aliquando palmares, tenues, tenui lanugine pubes-

centes, in ramulos, paucos breves & graciles diffisi prodeunt: quibus umbellæ exiguae, floribus albis, pusillis, paucis, quinquefoliis (licet aliquando flores corymborum modo densi conspiciantur) veluti stylorum cacuminibus insident: his succedunt rostra ut in priori, sed breviora & pauciora (communiter quaterna, quinave in horto observavimus) in apice similiter bipartita, quæ semina sunt. Folia si terantur, non injunciendi odoris sunt & saporis aliquo modo Chærefolii vulgaris. Hanc primum ex horto magni Ducis Hetruriæ à Casabona, Anthrisci Plinii nomine; dein ex Creta ab Honorio Belli, accepimus: quam etiamnum in horto colimus, Majo florentem, & Iulio semine prægnantem. Hujus in Phytopinace meminimus, & Matthiolo (ubi icon crassior est) addita figura, sub scandice Italica descriptimus, & postmodum Clusius in sua historia, Anthrisci Plinii, & doctiss. Columna, Aniso Marathri Apuli (à suavi odore & sapore, medio inter Anisum & Fœniculum) nomine proposuere.

Hujus varietas à me observata apud Monspeliienses: nam quæ in saxosis provenit, odore est fœniculi: altera vero, quæ in agris, inodora est.

Caucalis semine aspero flosculis subrubentibus.



DE CAUCALIDE.

C A P V T X V .

I. **C**AUCALIS nodosa echinato semine, radix oblonga, tenuis, alba, caules emitit binos ternosve rotundos, striatos, asperos, qui in alios brachiantur: quorum alii semipal-

mares, incurvi, alii bipalmates erecti prodeunt, quos folia pasti: hacæ sylvestris æmula, at breviora & pauciora, multoq; tenuius divisa, aspera, ex virore nigricantia, ad singula pene internodia, oblongis pediculis donata, cingunt: flosculi exigu, ex quinque foliolis compositi, subrubentes, vel pallidi, aliquando albi, brevissimis pediculis insident: his capitula parva echinata & congregata succedunt, in horum qualibet semen unicum continetur. Hanc Junio mense anno 1578. in horto Patavino collegimus, & in Phytopinace, Caucalidem semine ad caulium nodos echinato, nominavimus; verum & nomine Lappulae caninæ Cortusi (Lutetia quoq; & ex Anglia) missa fuit: cuius figuram Matthiolo ad posuimus. De qua doctiss. Fabius Columna: Scandici nulla melius nostro judicio quadrare videtur, ex nobis observatis hucusque plantis, nisi illa quam doctiss. Caspar Bauhinus, pro Caucalide altera nodoso echinato semine addidit, suo Synonymis ornato Matthiolo, &c.

Caucalidis semine aspero flosculis subrubentibus, figuram addere visum fuit, cum à Cordo quidem & Thalio, sub Daucidide minore describatur, sed hujus icon à nemine proponatur.

II. **C**AUCALIS tenuifolia montana: radice est crassa, ex qua caulis exurgit pedalis, qui statim ad radicem, in caulinulos palmates, rotundos, leves, dividitur, hique in minores subdividuntur; quorum etiam minutissimis alis ad radicem in tenuissima segmenta, & quæ in caule, in capillacea, dividuntur. Semen parvum est, oblongum, striatum: Iulio Mense florens, in Sabaudia inter Tarrentesiam & Monasterium collecta.

Apium hortense maximum.

Apium peregrinum foliis subrotundis.



DE APIO.

CAPVT XVI.

APIUM hortense maximum: ex radice oblonga albida, & pro plantæ magnitudine tenui, folia prodeunt, pediculis palmaribus, & sesquipalmaribus, striatis, pallide virentibus, tripartito primum divisa, quorum quodlibet rursus tripartitur, ipsæque particulæ triplo quadruplove, quam in Petroselino vulgo dicto majores, per ambitum incisæ, pallide virentes: inter haec caulis cubitalis & sesquicubitalis, tenuis, striatus exurgit, in cuius summitate folia oblonga, angusta, minime incisa, à pictore prætermissa. Umbellam habet parvam, albam, exiguis flosculis resertam, quibus semina Petroselini forma, sed duplo triplove majora, gustu non nihil aromatico donata, succedunt. Nomine A-



pii Anglicani, primum apud nos satum. An forte hoc Selino Anguillara opinione 7. intellendus, quod in universa Græcia, potissimum in Chio & Creta pro Selino habetur. Hoc in Phytopinace descripsimus, & in Matthiolo figuram exhibemus.

APIUM peregrinum foliis subrotundis, Clusius sub Selino peregrino primo descripsit: at quia figuram non adposuit, eam hic proposimus.

• 50 •

50

L

DE

DE SMYRNIO.

C A P V T X V I .

DE ANGELICA.

C A P V T X V I I I .

SMYRNIO peregrinum folio oblongo: hujus inferiora folia ex radice prodeuntia, Apii foliis similia sunt, in complures particulas oblongas divisa, oblongis pediculis donata, per ambitum profundius laciniata, pallide virentia: quæ vero in caule sunt cubitali, striato, non subrotunda, nec duplia, ut in communi Smyrnio peregrino, sed eorum primum quidem, uncias sex longum, tres latum, per ambitum profundius incisum: superiora vero per quæ caulis ad exortum transit, & simplicia sunt, uncias tres longa, duas circiter lata, & superna quæ leviter crenata sunt, sensim minora sunt: caulis in summo brachiatus, & cuilibet alæ, ramuli quaterni, rarius quini, biunciales insident, festucis aliquot, umbellam exiguum florulorum luteolorum sustinentes: quibus semen nigrum, subrotundum, succedit: radicem non vidimus. Hoc in horto D. Camerarii crevit, & D. Doldiustransmisit.

ANGELICA sylvestris hirsuta inodora: radicem habet crassam & fibrosam, foris pullo cortice testam, intus albam, redivivam & odore medicato: caulem cubitalem, in breves alas brachiatum, parte inferna, paucissimis pilis cinctum, nigrum: folia Angelicæ sylvestris. Sive Podagrariae æmula, in alas, modo binas, modo ternas, easque aliquando uncias quatuor longas, tres latas, aliquando vix unciales, divisa, in ambitu profunde incisa atrovirentia, hirsuta, quarum pediculi hirsutie asperi sunt: umbellam habet parvis floribus albis refertam, quibus semen oblongum nigricans succedit. Hanc ex Lusatia, nomine herbae Podagrariae cognata,

D. Francus misit, cuius in horto Lusatiae meminit.

(S) : (S)

DE

Sphondylium alpinum glabrum.



DE SPHONDYLIO.

CAPUT XIX.

I. *S*PONDYLIUM hirsutū folijs angustioribus: Hoc à vulgari foliis solum differt: nam cum vulgare foliis sit amplis, plerumq; ex quinque partibus latis subrotundis compositis: hoc folium habet, in laciniās oblongas, angustas, acuminate, hasque in alias, inordinate tamen divisas, & per marginem crenatas. Hoc in pratis alpinis Rhaeticis observavimus: dein ex Lusatia à D. Franço accepimus.

II. *S*PONDYLIUM alpinū parvū: ex radice caulis exurgit pedalis, qui in summo in alterum ramulum triunciale, dividitur: quem folia cingunt pallide virentia, longis pediculis donata, quæ in partes tres, vel etiam quinque alias

subrotundas, alias acutās, per marginem crenatas & hirsutas, dividuntur umbella flocculis candidis, latis tamen, summo cauli insidet, quibus semen plenum, latum ac tenuē, succedit. Tota planta levissimis pilis pubescit. In Austriae alpibus, D. Burserus misit.

III. *S*PONDYLIUM alpinum glabrum sordidum est crassa, eaque alba, caule bicubitali, genito: foliis siculneis, glabris, quæ absque pediculis, palmum longa, duas lata sunt, communicer trīpartitis, sed non usque ad pediculum divisit, per marginem crenatis: quorum inferiora pediculis palmaribus, hispidis & subasperis donantur: caulis summo, umbella flocculorum candidorum, sed quam in reliquis speciebus minorum, insidet: semen succedit subrotundum, planum, cuius summitati apex insigitur. Hoc solum in monte Wässerfall & quidem ab anno 1595. usq; ad præsentem annum 1618. Iulio mense & florētē & semine prægnantem, observavimus.

DE LIBANOTIDE.

CAPUT XX.

I. *L*IBANOTIS latifolia, aquilegiæ folio: radice est crassa, fibrofa, cortice inæquali, quasi rugis transversis asperata, fuscisq; coloris, tecta, medulla candida, amara, modicum quid Aroma & Aristolochiam sapore redolens: ad cujus caput, pili tanquam veterum foliorum defluxorum fibræ solidiores & nigræ: etenim folia, quæ numerosa ex radicis capite longis pediculis emergunt, una parte quasi vaginato exortu (nimurum ea quæ crassiora & latiora sunt, ut & ea, quæ ex caule prodeunt) eundem, tanquam membracea siliqua circumdant, articulo crassiore, lineaque transversa: quæ crassa sunt, rigida, glabra, viridia & splendentia, subtus candicantia, fibris majoribus subpurpleis transcurrentibus, quæ licet instar foliorum Aquilegiæ dividantur, non tamen omnia in pares laciniās (Aquilegiæ laciniis latiores) fissa sunt: inferiora namque in vegetiore planta, plerumque quinq; folia habent, ex triplici rami divisura, alias tria, tribus pediculis insidentia. Caulis unicus est, cubitos tres quatuorve superans, rotundus, striatus, nodis distinctus, subalbicans, puniceo colore aliquando admixto, in tria, quatuor, vel quinque

brachia distributus, quæ umbellam magnam, ex longissimis festucis & floribus albis parvis compositam, sustinent: semen succedit longum, latum, striatum, geminum, puniceum, gustu subamarum, Cumini saporem imitans, aromaticum, modice excalfaciens, & salivam ciens. Hoc D. Doldius Norinberga ex D. Camerarii horto, nomine Seseli Æthiopicum folio Aquilegiæ misit, cuius Camerarii, (sed sine descriptione) in sui horti Catalogo, sub Seseli Æthiopicum altero meminit, & semen odore & sapore aliquantulum Cinnamomum repræsentare scribit.

II. LIBANOTIS latifolia minor semine crispo: hæc à vulgata potissimum foliorum magnitudine & numero, seminisque forma differt: cum in vulgata singulæ foliorum alæ, magna ex parte quina folia habeant, uno extremam alam occupante: at hæc in primis duabus aliis, tria tantum, & in media ala, quinque obtinent, per ambitum communiter ferrata, quædam tamen unam alteramve profundam incisuram obtinent: superne atrovirentia, inferne vero subcinericei quodammodo coloris, magnitudine unciam, vel sesquiunciam vix excedentia. Caule cubitali, glabro umbella parva flosculorum alborum insidet, quibus succedit semen breve, subrotundum, eleganter crispatum. Hanc ex Italia D. Neudorffrus, nomine Costi amari semine crispo, attulit.

D E C A R V I.

C A P V T X X I.

CARVI alpinum: planta palmaris est & glabra, ex radice oblonga scula nigricante, aromatica, folia emittens oblongis pedicu-

lis donata, foliorum Carvi modo, in paulo tamen majora segmenta, divisa, pallide virentia: caulis modo unus, modo duo, tenuis, ad uncias sex exurgens, supra medium nudus, in quinas sensuive festucas instar umbellæ abiens, quarum singulæ flosculos aliquot, quasi in capitulum junctos, ex flavo rubescentes, sustinent. In Pyraneis montibus D. Burserus legit.

D E P I M P I N E L L A.

C A P V T X X I I.

I. PIMPINELLA saxifragia tenuifolia: ex radice oblonga, caulis pedalis viridis, laevis, striatus, geniculatus, statim ad radicem in ramos, & hi in tenues alas divisus, exurgit: folia habet in tenues primum, dein pene capillaceas partes divisa: flosculi exigui, pauci, albicantes, in parva umbella; semen non vidimus, copiose ad lacum Genevensem provenit.

II. PIMPINELLA sanguisorba inodora: hæc à sanguisorba minore vulgata, differt foliis & odore: nam in hac folia longiora sunt, quæ in illa magis rotunda, sunt in hac inodora, in illa odora. Hanc Pimpinellæ minoris Hispanicæ nomine, D. Gille-nius misit.

DE (:) DE

DE

Seseli palustre lactescens.



DE SESELI.

CAPUT XXIII.

I. **S**ESELI montanum Cicutæ folio subhirsutum: ex radice crassa, folia lata, Cicutariæ, vel Myrrhidis Fuchsi instar, in multas alas divisa, nigricantia, levissimis pilis, præsertim ipsi pediculis asperitis, subaspera: caule sesquicubitali & altiore, crasso, striato, cavo, nodoso, pilis paucissimis donato, in alas brachiato, foliis paucis, prioribus similibus, sed minoribus cincto: in summitate, umbella magna alba: floribus succedunt semina oblonga, gemella, tenuissimo apice donata, Carvi sapore. Hoc in altissimo monte Wasserfall, æstate florens, inter saxa repetimus.

II. **S**ESELI pratense tenuifolium, sive Daucus pratensis tenuifolius: caule est cubitos duos su-

perante, rotundo, striato, nodoso, superne in ramos brachiato: foliis instar Pastinacæ tenuifoliæ sylvestris divisæ: umbellam habet ex parvis albis floribus compositam, quib. succedit semen parvum aromaticum, & tota planta pastinacæ odorem refert: in pratis udis Michelfeldæ provenit.

SESELI palustre lactescens: cum Camerarius in suo horto sub Seseli palustri descripsérat, ejus figuram prætermissam, addere placuit.

DE LIGUSTICO.

CAPUT XXIV.

LIGUSTICUM sive Siler montanum angustifolium: caule est tenui, cubitali, in alas brachiato, quæ umbellam albam parvam sustinent, foliis paucis, in segmenta angusta, oblonga, peucedani instar (sed longe breviora) divisæ, quæ in alis, fere capillacea: prope oppidum Stain Austriæ, D. Burserus legit.

DE FILIPENDULA.

CAPUT XXV.

FILIPENDULA minor: radicem habet rufescensem, in filamenta extenuatam, sed per extrema glandulosam: folia duas tresve uncias longa, semunciam lata, ex segmentis pluribus, tenuissime divisæ ambitu serratis composta, veluti Potentillæ, duriora tamen & saturatius virrentia, inter quæ caulinus palmo minor in medio foliolo cinctus, exurgit; aliquando simplex, aliquando in summo bifidus, ovi coma flesculorum albidorum, staminulis præditorum, aliquando quasi in capitulum compactorum, insidet: succedit semen, instar racemi parvi coactum. In asperis circa Monspelium legimus.

DE CRISTA GALLI.

CAPUT XXVI.

I. **C**RISTA Galli umbellata: radice est tenui, parva, caule palmo parum altiore, tenui & erecto: foliis paucis, unciam longis, angustis, per ambitum crenatis: caulis summo flores plures, lutei, quasi in umbella dispositi, triplo maiores & latiores, quam in vulgari, quibus

valvulae latæ membraneæ, semen continentæ, succedunt. In Castiliæ agris, D. Albinus legit.

II. CRISTA galli angustifolia montana: hæc caule est cubitali, anguloso, foliis oblongis, angustis, acuminatis, margine crenatis, binis sibi ex opposito correspondentibus, ex quorum alis foliola minora prodeunt, & plerumque caulinus, unam alteramve unciam longus, minutissimis foliolis cinctus: ipse vero caulis, in ramos semipalmata, etiam longiores, dividitur: quibus flores pallidi, eo, quo in vulgari, ordine, sed longe minores insident, quibus valvula, semen latiusculum includentes, succedunt. Hæc in montibus urbi vicinis provenit.

Valeriana alpina prima.



DE VALERIANA.

CAPUT XXVII.

I. **V**ALERIANA palustris major profunde laciniata: hæc è radicibus albis, oblongis villosis, intricatis & odoratis, plure quam quinquaginta emisit caules, latos, foliis Valerianæ ex uno latere caulis dependentibus sed multo majoribus, & incisuris profundioribus in aliquibus dupli serie luxuriantibus & propendentibus, vestitos; quæ, ut & radices, odore Valerianæ vulgaris habent: floræ non videntur. Hæc prope urbem Pudissinam in loco palustri, à D. Franco seniore inventa & eruta.

II. **V**ALERIANA palustris inodora parum laciniata: ex radice fibrosa, leviter Valerianam redolente, folia subrotunda, minime laciniata, pallide virentia, longis pediculis donata, prodeunt inter quæ caulis cubitum superans, exurgit quem rara folia, primis, forma & longis pediculis similia, bina ex adverso respondentia, cingunt, quæ aliquando ad modum Valerianæ horrens, ad exortum in lacinias divisa, inodore sunt: caulis summo, flores quasi in umbella sparsa, pallide rubentes, insident. In palustribus nostris Michelfeldensibus frequens, licet raro cum flore reperiatur, cum in fœniseo abscindi consueverit.


III. **V**ALERIANA alpina prima: ex radice oblonga, odorata, caulis unus (rarius plures) cubitalis, striatus, prodit: folia ad radicem pluram, longis pediculis donata, ex rotunditate acuminata, sinuata, aliquando laciniata & in crena profundiores divisa, pallide virentia: quæ vercaulem ambient, pauca sunt, bina ternave juncta, oblonga, incisa, binis alis pleraque donata flores in summo caule pallide purpurascentes veluti umbellæ insident, quibus semen exiguum sucedit. Iulio mense florentem in monte Wässerfall collegimus, ut in Phytopinace monuimus, quam etiam ex montibus Genovesi accepimus.

— 60 —

*Valeriana alpina scrophulariæ
folio.*



*Valeriana peregrina purpu-
rea.*



IV. *VALERIANA alpina scrophulariæ folio:*
radice est nigricante, aliquantum torosa nodosave: caule cubitali & sesquicubitali, cavo, striato, viridi (aliquando pluribus) folii senis, septenis, longis pediculis donatis insident, quorum quædam subrotunda, quædam oblonga, quædam leviter sinuata: at quæ caulem cingunt, pauca sunt, scrophulariæ foliis æmula, uncias tres longa, sesquiunciam, vel unciam lata, acuminata, leviter crenata, bina semper juncta: caulis, in summo, in longas tenues alas brachiatur, quibus flores pallide rubentes, *Valerianæ sylvestri* similes insident: eodem loco ubi & prior provenit: utraque sub *Valeriana montana prima* & altera in *Phytopinace* proposita fuit. Videtur Clusius utramq; una descriptione & figura ex-

pressisse, *Valerianæ sylvestræ alpinæ primæ latifoliæ nomine.*

V. *VALERIANA alpina minor planta palma-*
minor, foliis ad radicem, primis quidem parvis, subrotundis, subsequentibus sesquiuncialibus, scabiosæ parvæ instar in lacinias acutas divisæ: inter quæ caulinulus unciarum sex exurgit, binis ternisve foliis, in ternas, vel quaternas laci-

nias angustas divisæ, cinctus: in summo, um-

bella, flosculos purpurascentes sustinens: ex-

montibus Pyrenæis, D. Burserus attulit.

VI. *VALERIANA peregrina purpurea alba-*
ve: ex radice parva, fibrosa, albicante, caulis ex-
urgit pedalis, rarius cubitalis, tenellus (ut saepe
in terrâ reclinet) viridis, cavus, striatus, nodosus,
& ut plurimum ad singulos nodos in binos ra-

mhos divisus, horumque aliqui, in alios breves.

ramis

ramulos subdividuntur. Folia habet pallide vi-
rentia, pauca, duas trefve uncias longa, unam, ra-
rius duas, lata, Nardi montanæ similia, ex ad-
verso bina sita, mollia, crassiuscula, quorum su-
periora interdum sinuosa, & ad exortum in cre-
nas divisa, & fere insipida: ramulorum summis
flores inodori, elegantissime purpurei, vel albi,
plures in caput congesti, longiusculi, extrema
parte aperti, & in quinque lacinias divisi, quo-
rum duæ superiores breviores & latiores, infe-
riores tanquam labra pendulae, & media reli-
quis longior; quibus succedunt vascula oblonga,
latiuscula, calices referentia incurva & fibro-
sa, in quibus semen, altero tamen vasculo inclu-
sum, quod crassiusculum, fungosum, nigricans.
Annua est planta, singulis annis serenda, que pro
tempore sationis, citius tardiusve in hyemem
usque floret. Sponte quidem in Latio provenire
audio, in loco quodam Siculo dicto (unde Vale-
rianæ Sicula) & in Sabinis ubi flore albo D. Vor-
stius observavit: utramque & purpureo & albo
flore in horto meo habui. Hanc ante annos vi-
ginti tres D. Paschalis Gallus, Valerianæ Indicæ
Imperati nomine, Patavio misit: dein Nardi
Creticæ nomine, semine à Casabona misso, in
horto Montembeldiaco crevit. Verum no-
biliss. Cortusus, Tripolium esse voluit, cuius op-
nioni favet icon Tripolii in manuscripto Codice
Dioscoridæo, quem Illust. Pinellus Patavius in
sua Bibliotheca habebat. In Phytopinace & Mat-

thiolo descripsimus, & utrobiq; figuram adpo-
suimus: nunc à Clusio Valerianæ Indicæ appell-
atione proponitur.

VII. VALERIANA rubra angustifolia: haec à Va-
leriana rubra dicta, potissimum foliorum angu-
stia differt, quæ linifoliis angustiora, breviora, in
acumen definentia, rigidiuscula & pallida, cau-
lem rotundum, nodosum inordinate cingunt
verum tota planta; altera minor est, & in monte
Baldo collecta.

NARDO CELTICÆ SIMILIS INODORA
CAPUT XXVIII.

NARDO celticæ similis inodora: radicula ob-
longa, rufescente, capillata, ex qua fo-
lia aliquot oblonga, in latitudinem pau-
latim sese laxantia, longis pedicellis donata, vi-
ridia primum, dein flavescens exurgunt, inter-
quæ cauliculus tenuissimus, palmaris, rarius al-
tior, effertur, circa cujus medium foliola duo ob-
longa, angustissima: cauliculus in pedicellos a-
bit, qui flosculos oblongos, pallidos, ut in Celti-
ca sustinent, qui in semina exigua abeunt. Ino-
dora est: hanc in Baldo & Alpibus Samano con-
terminis, legimus, & in monte Drawenstein Au-
striæ D. Burserus collegit, & Valerianæ
alpinæ parvæ latifoliæ nomine,
misit.

• S o S •



LIBER

LIBER QVINTVS.

DE SOLANO.

CAPVT I.

Solanum tuberosum esculentum.



I. **S**OLANUM tuberosum esculentum: caulem Shabet ad duorum triumve cubitorum, rarius in viri altitudinem exurgentem, crassum, angulosum, striatum, leviter hirsutum, in multos ramos infirmos, in terram, nisi adminiculo sustineantur, procumbentes, brachiatum, ex quorum alis pediculi crassi, angulosi, flores sustinentes, prodeunt. Folia quæ primo nascuntur, Barbareæ similia sunt (quemadmodum figura nostra & Matthiolo & huic libro addita eleganter, cum omnibus plantæ partibus, ex-

primit) ex atro purpurascens, subhirsuta, cæteris pallide virentibus, absque pediculo, palmum longis, in sex, octo, plures & pauciores partes, ex una costa dependentes, divisis, ex rotunditate oblongis, integris, quibus singulis, duo sextuplo minora interjiciuntur, & semper pars una, quæ septima vel nona, cæteris major, alæ summo additur. Flores elegantes, exterius ex purpura candicantes, interius purpurascentes, vel ex cæruleo purpurascentes (flore pleno in Austria haberi ajunt) deni, duodeni aut plures,

M

alii

alii clausi, pauciores aperti, qui magni maiorum insanorum forma, singulari folio constantes, quinquanguli, lineis vel radiis quinis subflavis, vel herbaceis per longum currentibus, ex quorum medio staminula rufescens, vel etiam flava communiter quinque, stylo subviridi prominente, prodeunt: & flores, odorem Tiliæ florum quodammodo referunt. Hos fructus rotundi excipiunt, plures simul quasi ex racemo dependentes, longis pediculis, ut in Solano vulgari, donatis, quorum aliqui parvæ nucis, alii avellanæ magnitudine, alii minores immaturi atrovirentes: maturi atrorubentes, rarius albi & striati, humida & albicâte pulpa pleni, quæ seminibus multis, parvis, planis, subrotundis, Solani somnifici secundi forma, fuscis, conferta est. Radix tuberosa est, aliquando pugni magnitudine, aliquando oblonga, aliquando minima, rarius singularis membris virilis forma, inæqualis, quibusdam vestigiis donata, unde germina anno sequenti emersura sunt, cutes fuscæ aut atrorubente testa, medulla sive carne firma & alba: & quandoque tuber ex quo planta nascitur, cum eruitur, inane & flaccidum reperitur. Ad caulis exortum, radices plures, fibrosæ, oblongæ, albicantes per terram sparsæ, quandoque in profundum descendentes, cui aliae tuberosæ radices adnascuntur, ita ut plantam hyemem versus erutam, ultra quadraginta (alii quinquaginta notarunt) tubera diversæ magnitudinis notaverimus, quas plerique eruunt, ne per hyemem putrefiant, & siccо loco, calidiore tamen, alii in vase terra sicca pleno, reponunt, vernalique tempore terræ rursus committunt: ex ramis etiam reclinati, terraque testis, Burgundi propagare solent, quo plura tubera acquirant. Florent apud nos in Iunio, & saepe ad Autumnum usque, & à primis pruinis offendit. Hæc ex Insula Virginea primum in Angliam, inde in Galliam, aliasq; regiones delata est.

Hujus radices in Virginea Openanck dici, ejus historiæ autor monet. Petrus Cieca in sua Chronica (& Gomara in sua Indiarum historia generali) Papas locis Quito vicinis vocari scribit: Benzoni, Pape, & Iosepho Acosta in hist. Indiæ, Papas: hinc Papas Indorum vel Hispanorum dicitur, Italis Tartuffoli, quo nomine & tubera nominatae solent, Germanis Grüblingbaum/ id est, tuberum arbor dicitur. Plantæ hujus cum an-

no 1590. iconem suis coloribus delineatam, à D. Scholtzio, Pappas Hispanorum nomine accepit sem, & à nemine descriptam invenirem, in Phytopinace sub Solano tuberoso, & in Matthiolo, sub Solano tuberoso esculento, figura addita, descripsimus, ejusque iconem D. Clusio transmisimus. Solanum appellavimus, propter formam aliquam foliorum cum malis aureis: florum, cum malis insanis: fructuum, cum baccis Solani vulgaris: semen, cum Solanis pene omnibus: denique, propter totius plantæ odorem, quem cum Solanis communem habet.

An veteribus cognita? Pycnocomon Dioscoridis, nobiliss. Cortusus censuit, motus exemplari Dioscoridis manuscripto, cui similis figura adpieta. Et sane notæ florum ac radicum Pycnocomi Dioscoridis, huic Solano convenientiunt: floris & seminis non item: Clusius denique in sua historia Arachidnam Theoph. suspicatur, & Papas Peruvianorum vocat.

Indi radicibus panis loco utuntur: quem Chunno vocant: radicem evulsam, solique expositam siccant, siccata in partes diffingunt, ex quibus edulium Chunno nuncupatam, admodum diu durans conficiunt. Papas adhuc vero viridis, interdum quoque vel cocta, vel assata manducatur: hæc Acosta: qui addit, & aliud Papas genus in calidioribus fundis plantari, ex quo fercula, Locro appellata, parant. Sic in Insula Virginea, apud quos in humidis & paludosis locis nascitur, radicibus in aqua, aut alteri coctis, utuntur. Sic nostrates, aliquando Tuberum modo sub cineribus assant, & cuticula ablata, cum pipere comedunt: alii assatas, & mundatas, in taleolas diffecant, & jus pingue cum pipere affundunt & comedunt, ad Venerem excitandam, semen augendum: alii & tabidis utiles volunt, cum bonum alimentum præbeant: non minus quam castaneæ & pastinacæ alunt, & flatulentæ sunt. Relatum mihi, nunc apud Burgundos harum radicum usum interdictum, persuasi earum esum Lepram causare, & Artiscokos Indicos vocari.

II. SOLANUM racemosum cerasorum forma: vel Cerasa amoris racemosa rubra: ex radice fibrosa, caules exurgunt bicubitales, angulosi, aliquantulum hirsuti, in multos ramos late se spargentes divisi, qui infirmi sunt, & nisi ridica sustinentur, in terram procumbunt, succi pleni: ex cau-

lis latere, pediculi tres, quatuorve uncias longi, hispidi, flores sustinentes, prodeunt. Folia habet, in multas lacinias acutas, impari semper numero, Agrimonię foliorum instar divisa & per marginem incisa, aliis foliis minoribus interjectis, pallide virentia, aspera & gravem odorem spirantia. Flores plures, quorum singuli singulis pedicellis insident, luteoli, ex quinque foliis acutis compositi, à calice viridi quinquefolio sustentati, in quorum medio capitulum parvum rufescens, apicibus donatum: quibus fructus succedunt, quasi in racemo dispositi, Cerasorum forma & magnitudine, virides primum, dein per maturitatem rubentes, in quibus non secus quam in Pomo Amoris, copiosa humida medulla, & semen minutum albicans & planum, continetur. Planta annua est, & singulis annis ferenda, quamvis in horto meo ex deciduo semine renata sit.

III. SOLANUM tryphyllon Brasiliandum: ex radice tenui, oblonga, oblique serpente, caulinus exurgit singularis, glaber, palmum superans, circa quem folia terna, ex uno centro prodeuntia, & in latus sparsa, Solano tetraphyllo similia, latiora tamen, uncias quatuor lata, quinque longa, ex rotunditate acuminata, tenuia, lævia, venosa: supra quæ caulinus unciarum quatuor assurgit, cui tria alia folia, uncias tres longa, lon-

geque angustiora insident, calicis instar fustinentia florem magnum, album, venosum, ex tribus foliis, uncias duas longis, & fere unciam latit, compositam. Hoc in sylvosis Brasiliæ apud Tououpinambaultios copiose reperitur, referente Pharmacopeo Gallo, qui una cum aliis D. Bursero communicavit. Ignorans, quid esset, formamque considerans, Solani nomen, propter formam, quam cum Solano tetraphyllo habet, imposuimus.

IV. SOLANUM Mexiocanum Iasmínium Indicum dictum flore minore. Hoc à Iasmino rubro, vel Mexicano majore, quod communiter in hortis colitur, potissimum magnitudine differt, omnibus plantæ partibus minoribus & foliis rotundioribus, existentibus: nam licet majoris flores, ex uno folio, convolvuli florum instar, componantur, attamen radiis discurrentibus, quasi in partes quinque dividuntur: minoris flores, similiter quidem formati sunt, sed totus flos unam partem majoris non adæquat: ita ut hujus quini flores, majoris unum in circumferentia non æquent: præterea staminula quaterna minutissimis apicibus donata, cum stylo pauculo longiore, è medio flore emergunt, quæ longius quam in majore, extra florem producuntur. Semen similiter quadruplo minus est.

Hyoscyamus Creticus luteus major.

Papaver spinosum.



DE HYOSCYAMO.

CAPVT II.

HYOSCYAMUS Creticus luteus major: caulis est cubitalibus, robustis, ramosis, rotundis, molli lanugine obsitis: foliis latis, subrotundis, sinuatis, & circumrefisis, hirsutis, longiore pediculo donatis: ex quorum alis pediculi lanuginosi exurgunt flores sustinentes, ex calice hirsuto in quinque apices sexto, prodeentes, oblongos, Lamii melysophylli forma, quinquefariam divisos, quorum tria folia superiora, majora & flava, inferiora duo pallidiora, ex quorum medio stamina quina, purpurascens, apicibus flavescentibus, una cum stylo oblongo ejusdem coloris efferventur: floribus delapsis, calices indurantur, qui semen minutum subrufum conti-



nent. Ex horto Montembelgardiano, à fratre Ioh. Bauhino primum accepimus, semine à Cabona misso, quemadmodum in Phytopinace monuimus, & in Matthiolo figura addita descripsimus: hanc postmodum Clusius, Hyoscyami Cretici alterius nomine, absque figura proposuisse videtur.

DE PAPAVERE.

CAPVT III.

I. PAPAVER erraticum Pyrenaicum luteo flore: caule est tenui, pilis exiguis, hinc inde aspersis: foliis tenerrimis, glabris, pallide virentibus instar Caucalidis, vel Apii filiorum in lacinias divisis per marginem incisis & serratis, quo-

quorum costæ mediæ pili paucissimi adpositi: ex folij ala, pediculus nudus, sex etiam octo uncias longus, prodit, florem simplicem, magnum, quadrifolium, & colore luteū, sustinens: plura non licet, cum hoc siccum, in Pyrenæis, locis tamen uidis, natum, D. Burserus artulerit.

II. PAPAVER spinosum; ex radice tenui, oblonga, fibrosa, caulis sesquipalmaris, aliquando altior, ramosus, rotundus, striatus, minimis aculeis donatus, alba medulla plenus, exurgit: folia omnium prima ex semine prodeuntia, oblonga, angusta sunt: subsequentia vero, quemadmodum & ea quæ in caule sunt, papaveris corniculati instar laciniata: non hirsuta, sed mollia & nitida, medium caulem amplectentia, quæ tres, quatuorve uncias longa, duas lata; per margines aculeis flavescentibus & acutissimis armata; parte quidem superna viridia, at nervis, quasi tenui pulvere asperso, albicantibus: parte inferna canescentia & nervis ex minimis aculeis exasperatis. Flos luteus, ex quinq; vel sex, aliquando quatuor foliis compositus, odorem Chelidonii majoris quodammodo referens, ramulorum summis infidet: huic succedit capitulum oblongum, pentagonum, hexagonum, & tetragonum, multis staminibus flavis id ambientibus, quod tenellum summa parte rubescit, maturum vero nigricat, spinis frequentibus & firmis horridum: hoc semine nigro, sextuplo aliorum majore, rotundo, in apicem desinent & elegantissime striato, plenum est. Iulio & Augusto floret, & autumno seri debet, cum planta annua sit.

Semen ex Anglia primum, nomine Figo del inferno, id est, Ficus infernalis, à D. Camerario juniore Norinberga allatum, unde D. Doldius primum anno 1593. & mox nobiliss. Cortusus, Patavio, & plantam & semen transmisere, priusque Papaveris spinosi nomine donavi, uti videre est in Phytopinace, & in Martiolo, ubi & figura & descriptio proposita est, aliquot annis antequam Clusius, hoc, Papaveris spinosi nomine, in sua historia exhiberet. Tota planta succo flavescente, instar Chelidonii majoris abundat, quam ob causam Glaucium ne sit Dioscoridis dubitamus: eos enim qui Chelidoniam majorem, & eos qui Poma amoris volunt, & eos qui Papaver corniculatum phœnicium, substituunt: non probamus. Dioscorides etenim suo Glaucio, folii Papaveris corniculati tribuit, ad-

dens λιπερώτερα φύλλα, nitidiora interpretor, quæ sunt Papaveris spinosi, non hirsuta, ut corniculati: addit totum croceo succo madere: quem sane, vel levissimo vulnere copiosum hoc Papaver fundit. Sed de his, in Theatro, Deo volente plenius.

DE ARGEMONE.

CAPVT IV.

A RGEMONE alpina lutea: huic folia sunt, ad radicem parvam, multa, in multifidas tenuesq; alas instar foliorum Scandicis incisa, viridia & lævia, inter quæ caulinis bini, terni, palmares, nudi, levissimis pilis vestiti, recta assurgunt, qui florem unicum medium magnitudinis, luteum, quadrifolium sustinent: ex floris umbilico, plurimi apices flavescentes exurgunt: flori capitulum parvum, subrotundum, asperuscum, semen continens succedit. Hanc in monte Sneeberg Austriae, qua parte ex pago eiusdem nominis perpendiculariter ascenditur, inter saxa D. Burserus reperit.

DE ANEMONE.

CAPVT V.

A NEMONE tenuifolia Cretica albo magno flore: foliis est Ranunculi pratensis, vel hortensis repentis, specie trifolia, rarius quinquefolia divisæ, per marginem crenatis: caule pedali, rotundo, flores duos vel tres albos, ex sex, vel septem foliis compositos, Papaveris erratici florem magnitudine superantes, sustinente: quibus capitulum, seminibus aliorum Ranunculorum more confarctum, succedit. Hanc delineatam, Patavij natam, Laurentius Rosenavv Germanus Pharmacopæus, una cum aliis anno 1595. transmisit: cujus iconem etiam Phytopinaci addidimus.

II. ANEMONE sylvestris alba minor: ex radice subnigricante, fibrosa, folia subrotunda, unguem vix superantia, longis pediculis villosis donata, terna, quaterna, Ranunculi pratensis modo, tribus usque ad umbilicum incisuris, dein singulis, aliis tribus minoribus laciniata: pallide virentia, mollia & hirsuta exurgunt, inter quæ caulinus candida lanagine pubescens, unciarum septem altus, in medio duobus foliolis parvis laciniatis cinctus, cujus summo flos unicus, parvus, triplo quam in vulgari minor, quinquefolius, candidus, in cuius medio capitulum exiguum, multis

multis brevissimis sublateis staminibus cinctum insidet. In summa, ab *Anemone sylv.* alba maiore, quam tertiam Matthiolus facit, sola magnitudine differre videtur. Hæc prope *Herbipolum* sponte nascitur.

III. *ANEMONE alpina alba major*: ex radice nigricante, folia exurgunt acuta, Cicutariæ modo, multis divisuris secta, atrovirentia, & parte prona, secundum venarum ductum, villosa, inter quæ caulinus tenuis, leviter hirsutus, uncias sex altus, cuius summo flos albus, major quam in ulla *Anemone sylvestri*, vel etiam *Pulsatilla vulgaris*, ex septem foliis compositus, ex rotunditate in, acumen desinentibus, & pluribus in medio staminulis luteis donatus, insidet: an vero tandem hujus, ut & sequentis flos, in plomo semi-nis congeriem transeat, non constat.

IV. *ANEMONE alpina alba minor*: tota planta uncias quatuor non excedit, radiculam habens parvam, nigram, folia longe minora, quam prioris, magisque villosa: caulinulo est biunciali villoso, quem circa medium folia similia amplectuntur, cuius summo flos albus, sex foliis donatus, priore quadruplo minor, multis staminulis luteis praeditus, insidet: hæcque ad *Anemone sylvestrem* 2. Clusii accedit. Utraque in Austria provenit: illa in Blanckenstein: hæc, in Taurero Rastadiensi, ubi D. Burserus collegit.

DE PULSATILLA.

CAPUT VI.

I. *PULSATILLA palustris*: hæc foliis est ad radicem in tenuissima & angusta segmenta divisæ eorum pediculis hirsutis, inter quæ caulinis pedalis, rotundus, rufescens, levi lanugine aspersus, cuius medium folia capillacea acuta cingunt, ipsiusque summo flos unus, villoso capitulo ex capillaceis foliis composito sustentatus: insidet, qui vulgari longe minor, ex foliis sex acutis, violæ nigræ colore compositus, staminibus in medio luteis: capitulum villosa cæsarie comosum, & incanescens, cum semen succedit. Hæc apud nos in pratis uidis & paludosis Michelfeldæ provenit: & in hortum translata, cum vulgari, vegetior quidem fit, sed formam & colorē reservat.

II. *PULSATILLA apii folio vernalis flore majore*: ex radice nigra, löguscula, folia plura, pediculis

oblongis, pilosis donata, crassa, dura, rigida, Apij foliorum instar in quinas lacinias, & hæc in alias divisa, margine piloso, prodeunt: inter quæ caulinus unciarum quatuor, nudus, at hirsutie incanus exurgit, qui florem magnum, trium unciarum longum latumque, ex sex foliis compositum, multisque apicibus luteis, ut & duæ sequentes, donatum, sustinet; qui colore variat, aliquando ex albo & subpurpureo mixtus, aliquando intrinsecus albus, extrinsecus subpurpurascens, vernali tempore florens: in sylvis circa Francofurtum ad Oderam, D. Fleislerus, ut & sequentem, collegit.

III. *PULSATILLA apii folio vernalis flore minore*: & hæc ex radice crassa, nigra, oblonga, folia crassa, pauca, oblongis pediculis donata, Apii instar, sed in tres tantum lacinias ad umbilicum divisa, quarum quælibet in alias binas, ternasve lacinias, per marginem incisas, secantur, & pilis vix conspicuis donantur: caulinulo villosissimo, uncias duas alto, flos priore media parte minor, & dilute purpurascens insidet: Aprili, foliis plerumque carens, floret.

IV. *PULSATILLA apii folio autumnalis*: radice est longa, foris nigra, intus candida, foliis ad radicem plurimis, Apii modo in tres tantum lacinias, & has in alias divisis, glabris, inter quæ caulinus triuncialis, albis pilis villosus, florem præcedenti minorem obsoleti coloris, instar vulgaris, sustinens, qui, & priorum flores, in capitulum hirsutum, quod semen continet, abit. Septembri mense florens, in Lusatia, unde D. Francus misit, reperitur.

V. *PULSATILLA*, folia *Anemones* secundæ, vel subrotundo: radix crassa, nigra, aliquot propagines quandoque fundit: ex quibus prodeunt folia, pediculis oblongis hirsutis donata, instar *Anemones* bulbocastani radice subrotunda, inferne & per marginem levi lanugine candicans, semper in lacinias tres latas, & in hæc in alias bifidas, vel trifidas, minus profundas secta: inter quæ caulinis emergit pedalis, subhirsutus, infra medium angustis oblongis foliis (qualia & florri subjiciuntur) cinctus, florem subcæruleum, septem foliis donatum, & reliquorum more in pappum abeuntem, sustinens: ex Lusatia à D. Franco, *Pulsatillæ latifoliæ nomine*, accepimus.

DE RANUNCULO.

CAPUT VII.

RANUNCULUS nemorosus Anemones flore minor: tota planta uncias sex non superat: radicula est tenui, obliqua, caulinco tenuissimo, triunciali, quem folia, ut in Ranunculo nemoro albo, in tres lacinias, & haec in alias, divisa, sed vix unguem lata, cingunt, ita ut tota planta cum flore, unam vulgaris Ranunculi nemorosi albi laciniam, latitudine non superet: haec, caulinco uncialis superat, florem parvum album sex foliorum sustinens. A vulgato nemoro non distinguerem, nisi hic parvus, copiosissime in editissimo monte ad Curiam Rheturum, & circa Monspelium fuisse observatus.

RANUNCULUS rotundifolius repens echinatus: ad radicem nigricantem, capillaceam, folia sunt rotunda, crenata, uncialia, pediculis longissimis donata, quae vero in caule, majora, pleraque rotunda, etiam in lacinias, sed non usque ad umbilicum, divisa: caulem habet pedalem, in terram reclinatum & quasi repente, ac in alios divisum, circa quem folia pediculis palmaribus donata: flores pallide lutei, paucis ad umbilicum staminibus: flore deciduo, capitulum ex pluribus feminibus rufescensibus subasperis echinatis, simulque congestis compositum, succedit. Tota planta ob pilos aspersos mollis est, atrovirens, & circa Bononiam in agris provenit.

RANUNCULUS palustris echinatus: è radice in multas fibras longas capillatas divisa, prodeunt folia glabra, atrovirentia, longis pediculis donata, communiter unguem pollicis lata, pampini fere divisura & in ambitu incisa, in caule tam latiora & profundius laciata: ramis est recurvis, aliquando pedalibus, & in alios breviores, hique adhuc in minores, divisis: aliquando tamen tota planta uncias quatuor non exceedit, & tunc ramuli plures à radice, duas, tresve uncias non superantes exurgunt, quorum extremitatibus flores pallide lutei, quinquefolii insident: singulis succedit capitulum ex seminibus compressis, echinatis tuberculis obsitis, in apicem recurvum acutum desinentibus, pluribus, paucioribus, aliquando duodecim simul junctis, compositum.


Locus humidis & aquosis Monspessuli gau-

det. Hujus licet adversaria sub Ranunculo palustri rotundiore folio semine echinato obiter meminerint, attamen quia cum Ranunculo palustri rotundifolio laevi confundunt, ut in Phytopinace monuimus, integrum veramque descriptionem proponere voluimus: hunc videtur Clusius in postrema sua historia nomine Ranunculi Apuleii, figura minus fideliter expressum, exhibere.

RANUNCULUS grumosa radice folio ranunculi bulbosi: ex radice alba, grumosa, veluti ex parvis bulbis, sed firmiter compactis, composita, fibris oblongis intermixtis folia: Ranunculi vulgaris radice verticelli foliis similia, subrotunda, sed profundius dissecta, oblongis pediculis donata, levissime pilosa, prodeunt: inter quae caulis pedalis, hirsutus, rarius in ramos divisus effertur, quem folia in angustos lobos secta bis cingunt, cuius summo flos luteus, aliorum forma insidet: cui capitulum, brevissimis aculeis armatum succedit. Hic Ranunculus agris Bononiensis familiaris est, & à D. Agerio collectus. Hujus etiam meminimus in Phytopinace, sub Ranunculo racemosa radice Ioh. Bauhini, qui in montibus Bononiensibus reperit. An hunc intelligit Anguillara opin. II. dum meminit Ranunculi circa Sebenicum Dalmatiæ oppidum, radicibus Chelidoniae minoris, qui polyanthos sit: de quo & Camerarius in suo horto, sub Ranunculo pleno flore luteo repente majore?

RANUNCULUS geranii tuberosi folio: radice est fibrosa, caulinibus multis cubitalibus, viridis, levibus, striatis & ramosis: foliis à radice absque pediculis palmaribus, uncias sex longis latisque superne atrovirentibus, foliorum Geranii tuberosi instar in multas lacinias, sed longiores & latiores ad pediculum divisis, & rursum in alias scissis: at in caulis summitate, in segmenta gramminea partitis: flores in ramulorum summis plures, parvi, lutei, multis in medio staminibus, quibus capitulum parvum rotundum cum seminio succedit. Non longe Patavio in Arqua, ubi Petrarchæ sepultura, anno 1578. legimus, quem nobiliss. Cortusus Batrachium verum nomina-
vit.

Ranunculus montanus subhirsutus latifolius.



VI. *RANUNCULUS montanus subhirsutus latifolius:* ex radice oblonga, fibrosa, folia prima Geranio columbino similia, subnigricantia, mollia, in tres primum lacinias ad pediculum divisa, & hæ in alias tres, hæque in alias secta, pediculis palmaribus, subhirsutis donata prodeunt, quorum tamen superiora latiora & acutiora: inter quæ caulis sesquicubitalis, cavus, striatus, pene glaber, in ramos brachiatus, effertur: quibus flores parvi, pallide lutei, quinquefolii insident; his semina, in capitulum congesta, succedunt. Hic in humidis montis Mutetæ provenit.

VII. *RANUNCULUS montanus lanuginosus* foliis ranunculi pratensis repentis: radicem habet fibrosam, rufescem, à qua, cum caule tenui, cubitali, lanuginoso, superne in alas diviso, prodeunt folia pallide virentia, tactu mollia, pediculis palmaribus, lanuginosis, donata, instar Ra-

nunculi pratensis repentis, in tres primum lacinias, oblongis pedicellis donatas, & hæ in alias acutas, per marginem crenatas, divisa, flos aureus, quinquefolius, priore major est. In altissimis montibus, ut in Belken Marchionatus, reperitur.

VIII. *RANUNCULUS saxatilis* magno flore: radix ex oblongis fibris capillaribus composita est: folia habet ad radicem plura, oblongis pedicellis nonnihil lanuginosus donata, unguem vix lata, in tres parvas lacinias, & hæ in binas, vel ternas acutas divisa: inter quæ caulinus palmo minor; tenuis, lanuginosus, cuius summo flos magnus, aureus, splendens, quinquefolius, multis in medio staminibus rufescens, insidet. Circa Monspelium in saxosis crevit.

IX. *RANUNCULUS saxatilis* foliis subrotundis: radix in fibras oblongas, capillaceas abit: folia per terram sparsa, subhirsuta, crassa, pedicellis uncialibus donata, vix unguem lata, in petiola parva, subrotunda, & hæc in alia dividuntur: caulinus tenuis, lanuginosus, sex unciarum, ad exortum statim dividitur: flos luteus, quinquefolius, multis staminulis donatus. Eodem quo prior loco reperitur.

X. *RANUNCULUS minimus saxatilis hirsutus:* radice est pusilla, capillari, circa quam foliola plurima, in tres lacinias subrotundas, & per marginem incisas, divisa, longis pedicellis hirsutis donata: inter quæ caulinus, duarum triumve unciarum hirsutus exurgit, florem luteum, aliorum Ranunculorum similem, multis in medio croceis staminibus, sustinet: cui capitulum parvum, ut in aliis succedit. Non longe Monspelio, ad Lattes, provenit.

XI. *RANUNCULUS villosissimus* Monspeliacus: radix est fibrosa, rufescente, foliis ex ea prodentibus crassis, villosis, parvis, in lacinias primum ternas, alias subrotundas, alias acutas, & hæ in alias incisis & per marginem crenatis: que vero in caule sunt, in oblongas & acutas, & quasi aculeo armatas lacinias, sed longitudine impares, dividuntur: inter quæ caulis palmaris, in breves alas brachiatus, quibus singulis, folium in plures lacinias divisum, subjicitur: flos aliorum Ranunculorum forma, mediæ magnitudinis, lutei coloris est. Tota planta ob pilos rufescentes, molles, villosa & rufescens est, &

Monspeffuli in saxosis reperi-
tur.

DE DORONICO.

CAPVT VIII.

I. DORONICVM Helveticum incanum: ex radice geniculata, & quasi squamata, caulis emergit pedalis, rotundus, incanus, cui flos magnus luteus, folijs aureis longiusculis non crenatis discum cingentibus, qui tandem in papum abit cum semine aliorum simili: folijs est crassis, ad radicem aliquibus subrotundis, alijs ex rotunditate oblongatis, in ambitu dentatis & serratis, parte inferiore una cum pediculis ob incanam lanuginem mollibus, superne vero pallide virentibus & nervo albicante: quæ vero caulem ambient, longa sunt, angusta & acuminata, acris & amari saporis: ex Helveticis alpibus D. Burserus attulit.

II. DORONICUM Helveticum humile crassis folijs: planta palmaris est, folijs crassis & densis, superne atrovirentibus, inferne pallidis, nonnihil hirsutis, primis quidem ex rotunditate oblongis, per ambitum crenatis, pediculi basi caulem ambientibus, subsequentibus vero, uncias sex longis, sesquiunciam latis, quorum superiora pediculis carent: caule est brevi, hirsuto, in ramos biunciales diviso, quorum singuli florem luteum, mediæ magnitudinis, sustinent. Julio mense in Valesianorum jugis (auff der Gemme vocant) floret, ubi D. Fleisserus eruit.

DE ELLEBORO.

CAPVT IX.

ELLEBORVS niger Saniculæ folio minor: radices nigræ subsunt, & ab uno exiguo capitulo fibræ quam plures tenues descendunt: folia, quæ oblongis pediculis donata, subrotunda sunt, vnguem pollicis lata, in septem lacinias breves & angustas, ad umbilicum usque divisa, per margines crenata, in caule vero, brevissimis pedicellis tenuissime fissa: inter quæ caulinuli bini, terni, tenuissimi, palmates, & glabri exurunt, uno altero folio vestiti: aliquando in summo, pedicelli ad latera prodeunt, qui flosculos complures simul farctos, candidos, quasi in muscario junctos, sustinent. In summa, veratrum nigrum Dodonæi, sive Atrantiam nigrum Lobe- lii, per omnia refert, solaq; magnitudine differt.

Hic in Alpibus solum reperitur, ut in monte Fraeto, Spigel Rhætorum & in Pyrenæis.

DE GENTIANELLA.

CAPVT X.

I. GENTIANELLA alpina latifolia magna flore: ad radicem nigricantem, fibrosam, folia humi sparsa, quaterna, quinave subrotunda, crassa, plantaginis, vel Calthæ alpinæ forma, unciam lata, duas longa: inter quæ caulinulus uncias quatuor altus uno altero folio donatus, cui utricle insidet, unicum florem oblongum, cæruleum, calatho similem sustinens: cujus calici utrinq; folium oblongum adponitur: ex Helvetiæ alpinis habemus.

II. GENTIANELLA omnium minima: ex radicula oblonga, tenui, albicante, foliola oblonga, angusta, viridia, plurima simul instar cespitis conjuncta, prodeunt; inter quæ pedicelli brevisimi (tota enim planta, radice excepta, unciam non excedit) quibus singulis flosculus, pro plantulæ ratione magnus, pallide cæruleis, staminulis donatus, caliculo inclusus, insidet; hæc nisi summe amara esset, Muscus aliquis floridus censerri posset: in summis Alpium Helveticarum jugis reperitur.

DE PLANTAGINE.

CAPVT XI.

I. PLANTAGO maxima tota glabra: ex radice nigricante, fibrosa, folia sex, septem, octo, glabra, carnosæ, & nervosa, uncias sex longa, quatuor lata, pediculis pene palmaribus, initio rubentibus donata, prodeunt: inter quæ pediculi nudi tres, quatuor, quinque bicubitales, atrorubentes, rotundi, striati, spicam pedalem sustinentes, exurgunt: circa Monspelium reperitur,

Reperitur quoque folijs laciniatis, tenuibus, glabris, pedalibus, uncias sex latis, caule etiam superante, & ad spicæ exortum, folia habente.

II. PLANTAGO quinquenervia caulinum summitate foliosa: hæc à vulgari in eo differt, quod caulinuli spicam florum sustinentes, in caulem palmarem excrescunt, in cujus summitate, folia plura, eō modo quo ad radicem disposita: spicis,

non oblongis, sed rotundis, brevissimis pediculis lanuginosis insidentibus.

Reperitur etiam quinquenervia vulgaris, spicis bifidis: vel loco spicarum, sunt capita mire variantia, à pediculis nudis sustentata, quorum quædam ex infima spicæ parte, utrinq; unum capitulum obtinent, alia pluribus capitulis, utrinque spicæ circumjectis, donantur.

III. PLANTAGO trinervia angustissimo folio: radice est tenui, fibrosa, albicante; folijs aliquando palmaribus, aliquando uncias quinq; longis, strictissimis, atrovirentibus, tribus nervis distinctis, per marginem potissimum, pediculis pilosis: inter quæ cauliculi plures exurgunt, alij cubitales, alij pedales, alij palmares, aliquando triunciales, ad exortum aliquando villosi, glabri nonnunquam, quibus spicæ breves, oblongæ & subrotundæ insident. Hanc saepius ad vias, maxime ad rudera, notavimus.

IV. PLANTAGO angustifolia paniculis lagopii: ex radice oblonga, fibris oblongis capillata & rufescente, cauliculi plurimi, aliquando supra viginti, nudi, leviter hirsuti, rotundi, recurvi, altitudine impares, alij palmam excedentes, semi-palmares, alij duas tresve uncias non superantes, prodeunt, qui capitulum lagopi forma, modo longum, modo breve, molle, rufescens sustinent: ad latera flosculi parvi, rufescentes, tenuissimis pedicellis insidentes conspicuntur, quibus semen minutissimum succedit: folia habet plura, nervosa, uncias quatuor longa, uncia angustiora, hispida, & in exquisitissimum apicem desinentia. Hæc copiose in agris Nemausensis provenit.

Hæc aliquando ita parva, ut uncias tres non superet, magis villosa, & capitulis minimis rotundis donata.

DE HOLOSTIO SIVE LEONTOPODIO CRETICO.

CAPUT XII.

HOLOSTIVM sive Leontopodium Creticum: ex radice rufescente & quasi squamata, paulatim gracilescente, & in fibras divisa, folia viginti, etiam plura, palmaria, angusta, nervis tribus per longitudinem discurrentibus distincta, & hirsutie subaspera, prodeunt: inter quæ pedicelli plures, molli rufescente lanagine pubescentes, duarum triumve unciarum conspicuntur, quibus singulis capitulum crassiusculum, rufescens insidet: flosculi albicantes, umbilico nigricante prædicti, quandam foraminum speciem præbent: at in senescente, & arescente planta, pediculi crassiores & rigidi facti, una cum capitulo terram versus, ad radicis caput adeo curvantur, ut pedem leoninum quadam modo referant. Hoc in Creta provenit, & Patavio à Laurentio Rosenavv Pharmacopæo, Leontopodij Cretici & Catianances Cortus nomine: dein pro Holostio minore, ab Imperato Neapoli accepi, & ante viginti & aliquot annos descriptionem, figura addita, in Phytopinace proposuimus: postmodum & Cluflus Leontopodij Cretici nomine, exhibuit.

DE CORONOPHO.

CAPUT XIII.

CORONOPVS maritimus minimus: radicula est longa, capillari, foliolis multis per terram sparsis, in lacinias tenues instar foliorum Scabiosæ minoris sive Stœbes divisis: inter quæ plures pedicelli recurvi, unciales, thyrsulos parvos spicatos & hirsutos sustinentes, flosculis minutissimis donatos: tota planta hirsuta est: hanc D. Gillenius misit,

Psyllium minus.



DE PSYLLIO.

CAPVT XIV.

I. **P**SYLLIVM Indicum folijs crenatis: radice est oblonga, tenui, fibris capillata: caule circa radicem lignoso & rufescente, rotundo, subaspero, pedali, in frequentes ac foliosos ramulos diviso, qui capitula plura, singula singulis pedicellis insidentia, saepius dena, duodena, squamata sustinent, è quibus flosculi pusilli, pallide lutei, lanuginosi, reliquent: semen nigricans, parvum, splendens, succedit: folia habet oblonga angusta, acuta, crenata, instar foliorum Coronopi, nonnihil laciniata, hirsuta: ex semine Psyllij Indici nomine sato, in horto aliquoties Julio florens, enatum. Et hoc Dioscoridis Psyllium censemus.

II. **P**SYLLIVM minus: huic radix est tenuis,

oblonga, subalbida, fibris paucis capillata: ramuli semipalmares, rotundi, tenues, rufescentes, in terram reclinati, in summo in minores divisi: folijs brevibus angustis, binis sibi ex opposito respondentibus, quæ alis subjiciuntur, aliquando ternis, nonnunquam quinis simul junctis: ramulorum fastigijs, capitula squamata insident, quibus utrinq; foliolum unum (aliquando plura & impari longitudine) parvum recurvum & per maturitatem rigidum subjicitur: flosculos habet pusillos, albos, pedicellis inhærentes, quibus semen longe vulgari minus, subnigrum relucens, succedit. Augusto florens in horto collegimus, semine Patavio ex nobiliss. Bembi horto, Gottne rubri & albi nomine misso: sic & Alpinus, Gottne rubrum nominavit, differentiam inter Gottne rubrum & Gottne album (hoc enim Holostij species est) faciens. Idem & Botrio rubro nomine, à Spregero Heidelberga accepimus.

DE LIMONIO.

CAPVT XV.

I. **L**IMONIVM maritimum minus foliolis cordatis: ad radicem crassam, lignosam, rufescemt parumq; fibrosam, folia plurima, densa, carnosæ, laevia, subrotunda, per terram instar cespidis sparguntur, in quibusdam plantis obtusa, nulloq; mucrone prædita: in alijs, in summo sinum habentia & cordis formam referentia: inter quæ cauliculi plures, inæquales, trium, quatuor, etiam sex unciarum teretes nudi, prodeunt, in plurimos breves & recurvos ramulos divisi, flosculis frequentibus parvis, pallide rubentibus onusti. Hoc in littore maritimo, ut, circa Massiliam & Louornum, reperitur.

II. **L**IMONIVM maritimum minimum: tota plantula uncias quatuor vix excedit: nam ad radiculam oblongam, rufescemt, in summo divisam, foliola minima, subrotunda, crassa, instar Sedi compacta, inter quæ cauliculi unciales, paucos flosculos pallide rubentes, vel subcæruleos sustinentes, exurgunt. Hoc in Insula quadam non longe Massilia, provenit. De alijs Limonij differentijs, in

Theatro agetur.



DE BISTORTA.

CAPVT XVI.

BISTORTA alpina maxima: ex radice quadruplo quam in vulgari majore, contorta, geniculata, fibris capillata, foris nigricante, intus alba, caules bicubitalis, nodosi, striati, majori ex parte nudi exurgunt, quorum quaelibet spicam florum subpurpureorum, unciarum quatuor sustinet: folia habet oblonga, in acumen desinentia, venosa, superne virentia, inferne cæstia, vel etiam incana: quorum quædam ad cubiti altitudinem accedunt, sed angusta, uncias tres lata. In altissimis Silesiorum montibus reperi-
tur, ut in Sudetorum jugis, velut ad Gi-
gantæum, Albis fontes.
Schneegruben.



DE PYROLA.

CAPVT XVII.

PYROLA Alsines flore duplex est. Europæa & Americana, utraque major & minor est: nullius haetenus figura posita fuit: Europæam tamen, primus Val. Cordus obser. sylv. sub herba trientali proposuit; dein Iohannes Thalius, in sua Harcynia Saxothuringica, sub Alismanthemo descripsit: & Johan. Francus in horto Lusatiae, nomine herbæ pusillæ trientalis, & tandem Casp. Schvvenckfeldus, in suo Catalogo plantarum Silesiæ, Alsinem alpinam nominavit: nulla differentia ostensa, Alsinanthemi majoris & minoris nomine, à D. Sigfrido Helmaстadio: Pyrolæ Bohemicæ majoris & minoris, à D. Doldio: minorem vero, nomine Anonymi Betulae folio, in beruletis Scotiæ natam, D. Cargillus, ex Scotia misit. Hujus descriptionem, à prædictis propositam, præterire, & Brasiliyanam majorem de-
scribere, in præsens lubet.

Pyrola alsines flore major.



PYROLA Alsines flore Brasiliiana: ex radicula alba, tenui, capillata, caulinus effertur singula-
ris, tenuis, laevis, sex, septemve unciarum, inferi-
ore parte nudus, circa medium duobus foliolis
parvis sibi oppositis donatus, superius vero folijs
sex vel septem per abitum cinctus: quæ magni-
tudine imparia sunt, aliquibus uncias duas, alijs
unam longis, unciam vel semunciam latis, Plan-
taginis quinqueneriæ forma (cum & per hujus
folia quinque nervi discurrant) sed glabra, tene-
ra & viridia, in acumen fastigiata, ex quorum
medio pedicellus tenuis, uncialis exurgit, flo-
rem singularem, pallide luteum, ungi pollicis
æqualem, quadrifolium, striatum, cuius folia
(stellæ modo disposita) lateralia, alijs duobus
latiora sunt: ad floris umbilicum, staminula plu-
ra exigua, rufescens occurunt.
Hæc in Brasilia apud Tououpinambaultios
reper-

reperta est, & ab Europæa, potissimum folijs quinquenervijs differt, cum per Europæa, tam majoris quam minoris folium medium, unicus nervus feratur, à quo fibræ per latera sparguntur: deinde flore quintuplo majore: At minor Brassiliæa, ab Europæa minore, solum foliorum magnitudine, quæ in Brassiliæa longiora, angustioraq; sunt, differt.

DE POTAMOGETO.

CAPVT XVIII.

I. **POTAMOGETON** racemosum angustifolium: radice est capillacea, rufescente, caulinis tenuissmis, palmaribus, in aqua fluitantibus, folijs angustis, longis, binis ex opposito respondentibus: aliquibus in ambitu leviter sinuatis, aliquibus minime sinuositis: petiolo tenui, breve, flosculi pusilli, uvæ in morem congesti insident, quibus granula aculeata, simul juncta succedunt. Hoc prope Monspelium, ad molen-dinum in aqua fluitans reperitur: idem tribuli aquatici minoris nomine, D. Francus ex Lusatia misit.

II. **POTAMOGETON** gramineum ramosum: ex caulinculo pedali, etiam cubitali, tenuissimo, rotundo, albicante, in plures alas brachiat, folia graminea, oblonga, atrovirentia, non alternatim, sed multum ad invicem disposta, prodeunt, quæ in alia folio, fere capillacea, abeunt, nihilominus tamen ex primi folij ala, caulinulus in similia folia abiens, exurgit: in extremo caulinis, pediculus triuncialis, flosculos minutos, & granula subsequentia minuta & subaspera, non raccemi modo, sed magis, & velut in spica, dispersa, sustinet. Hoc in paludibus Austriæ fluitans, Fontilapathi graminei nomine, D. Burserus misit.

III. **POTAMOGETON** minimum capillaceo folio: hoc parvum est capillaceo & caule & foliis oblongis, inordinate dispositis, pallide virentibus: in summo, pedicello parvo, modo uno, modo duobus, capitulum minimum & acuminatum, prioris tamen forma, quod minutissimo flosculo pallidulo successit, sustinens, quorum aliud expansum, aliud quasi vesiculæ foliaceæ in acumen desinentis, inclusum est. Hoc cum sequenti, Monspelio D. Burserus attulit.

IV. **POTAMOGETON** capillaceum, capitulis ad alas trifidis: hoc caulinulo est palmari, pilo-

non crassiore, ramoso, articulato, ad quemlibet articulum, folia bina, oblonga, quovis pilo tenuiora, ex adverso respondentia: quorum alis, minutissimi flosculi palliduli insident, qui juncti, nodulum quasi referunt, quo maturato, nodulus five capitulum, ex tribus portiunculis semi-circularibus in apicem abeuntibus & rufescientibus compositum, conspicitur: nihilominus tamen, ex priorum foliorum alis, pedicellus exurgit, qui in tria, etiam plura foliola absuntur, similisq; in medio nodulus adponitur; in summitate namq; capitulum nullum est.

DE SERPENTARIA.

CAPVT XIX.

SERPENTARIA triphylla Brassiliæa: hanc integrum describere non licet, siquidem solum caulis portio cum folio & flore ad manus fit: quare ex caule rufescente, striato, exurgit, folij pediculus palmaris, & laevis, in cuius summo folium tenue, albide virens, fibrosum, subrotundum, trifidum, in exquisitum apicem desinens, duabus partibus inferioribus, & quidem inferne finum obtinens, quorum quodlibet uncias binas cum dimidia latum, longitudine vero uncias quatuor superat: flos serpentariæ majoris forma, similiter pediculo triunciali donatus, longitudine unciarum quinq; latitudine sesquiuncialis, atrorubens, striatus, venis albanticibus per medium, maxime extrinsecus, excurrentibus: pistillo nigricante, oblongo, in summo bifido. Ex Tououpinambault Brassiliæ anno 1614. allata.

DE VSSILAGINE.

CAPVT XX.

VSSILAGO alpina folio oblongo: ex radice nigricante, minimi digiti crassitie, plurimis fibris donata, caulis exurgit cubitalis, hispatus, rufescens, striatus & asper: folijs ad radicem quinis, senis, longis pediculis donatis, oblongis, nigricantibus, duris, hirsutie asperis, per marginem crenatis, & imparis longitudinis: at in caule binis, ternisve angustioribus: cuius summo, aliquando in ramos diviso, flos muscosus, luteus, satis magnus insidet, qui tandem in papum evanescit. In Helvetiorum alpibus & Baldo (sed angustioribus folijs) provenit,

DE CACALIA ET LAPP A.

C A P V T X X I .

CACALIA tomentosa: folia habet Tussilaginis folijs majora, figura instar Personatæ oblonga, in ambitu serrata, nonnunquam sinuata, superne ex virore nigricantia, venis tamen, in cana lanagine albicanibus, percurrentibus: inferne, propter densam & mollissimam lanuginem qua pubescunt, candidissimis: quorum pedicelli oblongi, striati, non secus ac folia, lanu-

ginosi: de floribus nil constat, cum solum folia aliquot D. Paschalis ad nos miserit, in Sumano monte prope Vincentiam collecta: eandem circa Thermae Fabarias, sed floribus, cauleq; carentem, postea observavimus.

L APP A rosea: hæc à vulgata differt capite: nam circa floris capitulum, folia plura, veluti in Plantagine rosea, dense stipata, junguntur, quæ singula in molle aculeum desinunt: hæc apud Lipsenses frequenter reperitur: unde à D. Jungermanno acceptimus.

L. I B E R S E X T V S.

D E L E U C O I O.

C A P V T I .

I. **L**EVCOIVM luteum magno flore: hoc à vulgaris Leucoio luteo Keiri dicto, differt magnitudine & colore, quia parvum fruticem, valde ramosum & totum virentem refert: folijs est majoribus, viridibus, splendentibus: floribus quadrifolijs magnis, ita ut hujus folium, vulgaris totum florem pene adæquet, odoratissimis, intensiorisq; lutei coloris: siliquis copiosis, semen minutum, planum rufum continentibus. Hoc Major mente & majore æstatis parte floret, pertenuis est, & frigoris patiens, cuius semen Leucoij lutei Hispanici nomine missum est.

II. **L**EVCOIVM luteum ferrato folio: hoc à precedente folijs potissimum discrepat, quæ duplo pene longiora, angusta, per latera crenis asperis ferrata, & in aculeum finientia, quæ similiter crassa, sed pallide virentia, mollia, quia parte inferna quasi lanugo aspersa est: flores lutei sunt & magni. Hoc D. Doldius Norinberga misit.

III. **L**EVCOIVM luteum sylvestre hieracifolium: hoc circa radicem crassiusculam, albicantem, in oblongas fibras capillatas abeuntem, folia plura habet per terram sparsa, eaque oblonga, angusta, subaspera, sinuosa & per æstatem in planta luxuriante Hieracij instar sinuata, quæ circa caulem pedalem, striatum nonnihil in canum alternatim disposita, oblonga, latiuscula, ut in Keiri vulgari pallide virentia, ob rotas crenas

inæqualia tactuq; ob levissimam hirsutiem aspera: caulis major pars floridus est, flores lutei sunt, quadrifoliij, Keiri floribus minores oblongis pediculis donati, quibus siliquæ triunciales strictissimæ, in summo utrinq; parum reflexæ, succedunt: hoc in sylvis prope Neustadium Harcyniae reperitur, unde D. Furerus misit.

IV. **L**EVCOIVM album odoratissimum folio viridi: radice est multifida, caule viridi, ramoso, aliquando minimi digiti crassitie: folijs viridibus splendentibus, crassis, Keiri folijs forma respondentibus: floribus albis, quadrifolijs, suavititer admodum & quidem vesperi Hesperidum modo, olentibus, cuius nomine nostrates, Bisem Nageltein/ id est, moscum redolentes garyophylllos vocant: quibus siliquæ longæ, crassiusculæ, virides, duplē planorum seminum ordinem, membrana intercurrente, continentes, quod Leucoij albi Cretici nomine primo accepimus. Hoc per aliquot annos durat, si hyeme in cella asservetur.

V. **L**EVCOIVM minimum Creticum: caulinus est palma minore, viridi, striato, levissimis tamen pilis aspersis: foliolis subrotundis, pallide virentibus, longis pediculis donatis, aliquando binis ex opposito, alijs alternatim sitis: caulinus summum in duos pedicellos abit, qui flosculum oblongum, cæruleum, quadrifolium, modo unum,

unum, modo duos, sustinent. Hoc ex horto nobiliss. Contareni, D. Leritzius attulit.

V. LEVCOIVM maritimum minimum: radiculam habet tenuissimam, oblongam, albam, ad quam foliola minima quina, senave, subrotunda & pallida: caulinis sesquiuncialis, rufescens, quinis, senis, foliolis oblongis, obtusis, hirsutie sub canis, alternatim dispositis, cingitur: flosculum unum vel alterum subcæruleum, caulinus & pedicellus hirsutus sustinet. Hoc in littore mari prope Terracinum reperitur.

DE HESPERIDE.

CAPVT II.

I. **H**ESPERIS sylvestris flore parvo: caule est cubitali, viridi, striato, nodoso, multis aliis fere palmaribus, donato & concavo: folijs quam in vulgari acutioribus, in ambitu profundius serratis, viridibus, subhirsutis & minus vulgari asperis: floribus plurimis, subcæruleis, quadrifolijs parvis, ita ut hujus flos integer vix vulgaris foliolum adequet, quib. siliquæ strictissime succedunt. Hæc, circa Monspelium in horro Dei, ad aggeres aquarum, à D. Bursero collecta fuit.

II. **H**ESPERIS sylvestris Hieracij folijs hirsuta: tota planta hirsuta est, caulem habens pedalem, angulosum, hirsutum, pallide virentem, in summo in ramos aliquot alternatim dispositos divisum: folia Hieracinis instar laciniata & sinuata, oblonga, angusta, acuminata, crassa, hirsutie aspera, quorum superiora pediculis carent: flores in calicibus hirsutis rubri, magnitudine Hesperidis vulgaris flores æquantes: quibus similes siliquæ, semen continentis succedunt. In saxosis humidis Provinciæ, D. Burserus legit.

DE SAPONARIA.

CAPVT III.

SAPONARIA concava Anglicæ: planta est elegans, radicibus fuscis, crassis, longis, lentis, repentibus fibellis paucissimis adhærentibus: unde caules exurgunt cubitales, rotundi, striati, glabri & albi, geniculatis distincti, in terram reclinati, & concavi: circa quos folia viridia, glabra, subrotunda, nervosa, uncias duas lata, paulo longiora, rarius ex singulis geniculis bina, sed ex quolibet geniculo unum tantum, nullo certo ordine vel numero enascitur, quod antequam expandatur, fistulæ instar caulem complectitur: flores in summo caulinorum, ex superiorum foliorum sinu, tenerrimis pedicellis subnixi, ex cali-

culis oblongis nonnihil hispidis prodeunt, Saponariæ vulgaris forma, ex quinq; folijs per oras crenatis, commissi, qui colore albi sunt, levi carneo colore asperso, in quorū medio staminula quædam exigua: semen non vidimus.

Hæc æstate media floret in Anglia, quæ in Comitatu Northampton, in nemore quodam Spianie dicto, à D. Gerardo Chirurgo Londinensi reperta, Gentiana concava nominata, & Londino à D. Listero, una cum figura suis coloribus illustrata, missa fuit.

DE LYCHNIDE.

CAPVT IV.

I. **L**YCHNIS auriculæ ursi facie: hanc in Phytopinace sub Lychnide viscosa Cretica exhibuimus, cuius hæc perfecta descriptio est: radice est alba, longa, & fibrosa, folijs ad radicem pluribus, etiam viginti numero, per terram sparsis, incanis, lanuginosis, Auriculæ ursi folijs forma & crassitie similibus, uncias tres, etiam quatuor longis: quæ ex longissimo & latiusculo pediculo sensim rotundam figuram acquirunt & radius unguem latitudine superant: caulem habet sesquicubitalem, ramosum, rotundum, hirsutum, firmum, in summo lento succo glutinosum: flores ex viridi flavescentes, plures, quasi in umbella congesti, quinquefolij & bifidi: quibus caliculi parvi, semen minutum nigricans continentis, succedunt. Hanc à Joh. Bauhino, Viscaginis auriculæ ursi facie Candiæ, quo nomine semen à Casabona Florentia acceperat, primum habui: dein Lychnides auriculæ ursi facie: & hanc postmodum Clusius, Lychnidis sylv. latifoliæ nomine, exhibuit.

II. **L**YCHNIS syl. minima exiguo flore: ex radicula oblonga, tenui, caulinus rotundus, rufescens geniculatus, trium quatuorve unciarum, in alas minimas brachiatus exurgit, foliolis binis exiguis, acutis, ad quemlibet geniculum & alam & ex qualibet ala, pedicelli oblongi, angustissimi, rigidii, quib. flosculus purpurascens, ex quinque foliolis, singulis cordis formam referentibus, compositus insidet. Hæc circa Monspelium, in pede montis qui est prope Boutonet copiose reperitur, quam Centaurium minimum appellabant. Verum ante quadriennium eandem, sed palmum superantem, & Florentiæ ad agrorum margines natam, Tunicæ peculiaris nomine, à D. Burs. accepimus.

DE CARYOPHYLLO.

CAPUT V.

I. **CARYOPHYLLUS** arborescens Creticus: ex radice crassa, alba, dura, & lignosa, caules cubitum superantes exurgunt, albi, rotundi, læves, geniculati, lignosi, in alas brachiati: folia habet ad radicem plura, longa, angusta, in acutum mucronem desinentia, pallide virentia, in caule paucissima: flores, è calicibus viridibus, tenuissimis & acutissimis foliolis cinctis quinquefolij, eleganter, sed non profunde, fimbriati, ex diluta purpura rubentes, prodeunt: ex quorum medio staminula plura breviaque prominent: semen vero paleaceum in caulinis continetur. Ex semine Cretico, in horto Montembelgardiano velut in arbusculam excrevit.

II. **CARYOPHYLLUS** sylvestris repens multiflorus: ex radice crassa, lignosa, subfuscata, caulinis plurimi, etiam quandoq; supra triginta, trium quatuorve unciarum, tenues, partim in terram reflexi, partim erekti, paucis foliolis cincti, quæ circa radicem plura, brevissima, angustissima, dura, mucronata, viridia: quibus singulis flos, modo unus, saepe duo simul caliculis ad exortum junctis, quinquefolij aliorum forma, pallide rubentes insident. In saxosis circa Monspelium provenit.

III. **CARYOPHYLLUS** sylvestris biflorus: ex radice parva, folia pauca angustissima, ut prioris, sed multo longiora, exurgunt, & inter hæc caulinus tenuis, plus minus palmum altus, in summitate in duos pediculos semper distinctus, quorum singuli florem magnum, Caryophylleo syl. vulgatissimo multo majorem, quinquefolium, leviter laciniatum colore pallide rubentem sustinet. Circa Genavam D. Cherlerus collegit.

IV. **CARYOPHYLLUS** pumilus latifolius: à radice caulinus statim in duos ramulos sex uncias altos, tenues, rotundos divisus prodit, cui ad radicem folia brevia, latiuscula, in ramulis longiora, mollia & pallida, binis sibi invicem ad geniculos respondentibus: cuilibet ramulo, flos unus, priore multo minor, pallide purpureo, magisq; albens ex brevi calice prodiens, insidet: ex Austria D. Burserus misit.

V. **CARYOPHYLLUS** holostius alpinus latifolius: ad radicem tenuem, albicantem, fibrosam & repente, caulinus aliquot in terram reclina-

ti, hirsuti, trium, quatuorve unciarum, folijs parvis, subrotundis, latis binis, sibi invicem respondentibus, hirsutis, & crassis cincti: ex alarum sinu, pedicularum instar ramuli exurgunt, singuli florem unum, calici viridi primo inclusum, dein quinquefolium magnum & album sustinent, cui capitulum oblongum, semen continens succedit. Hic in Valesianorum alpibus, loco Gemme dicto, & circa Fabarias reperitur.

VI. **CARYOPHYLLUS** holostius alpinus angustifolius purpurascens: & hic radicula est repente, caulinus tenui, triunciali, leviter hirsuto, circa quem foliola parva, oblonga, acuminata, bina sibi opposita: flores in summo bini, terni, prioribus minores, purpurascentes, stellæ in modum dispositi, calicis foliolis viridibus alternatim velut intercedentibus: ex Pyrenæis Hispanicis, D. Burserus attulit.

VII. **CARYOPHYLLUS** holostius alpinus gramineus, radiculam habet exiguum, caulem palmare, exilem, rotundum, geniculatum, pilis levissimis donatum, circa medium in ramulos & hi in alios brachiatum: folia ad radicem pauca, ad geniculum bina ex opposito respondentia, atrovirentia, angustissima, unciam longa; floruli albi quinquefolij, ex calice prodeentes, singuli, singulis pedicellis insident: quibus exiguum capitulum, minuto semine refertum, succedit. In alpibus provenit: in Austria monte Taurero, D. Burserus legit.

VIII. **CARYOPHYLLUS** holostius montanus angustifolius albus: & hic caulinus est tenui, geniculato, rufescente, glabro, trium quatuorve unciarum: folijs oblongis, angustis, glabris cincto, floribus albis quinquefolijs, & prædicto quinto multo minoribus. In horto Dei, D. Burserus legit.

IX. **CARYOPHYLLUS** holostius tomentosus latifolius: ex radice tenui & repente, caulinus tenuis, rotundus, geniculatus, in terram reclinatus prodit, qui statim in ramulos plures palmares, semipalmares, etiam minores subdividitur; quos folia oblonga, latiuscula, quædam subrotunda, ob lanuginem aspersam mollia & alba, bina & opposito respondentia, cingunt: flos non est conspicuus: Hunc ex horto Pisano & quidem secundo, primum opera D. Wolfhardi Ocymoides tomentosi nomine, accepimus.

X. **CARYOPHYLLUS** holostius tomentosus angustifo-

gustifolius: hic caulinis est palmo minoribus, erectis, tenuibus, rotundis & parte inferna geniculatis, superiore parte nudis & pene glabris, qui statim in ramulos brevissimos, ex alarum sinu, ex adverso fitos, dividuntur: folia habet oblongiuscula, angustissima, reflexa, ob tomentum mollia & ex viridi albantia: caulinus in tres pedicellos, binis foliolis sustentatos, eosque oblongos, sed longitudine impares, abit, qui singuli calicem viridem sustinent, cui flos unus, isque albus & quinquefolius insidet: hunc in Grana- da, ad radicem montis copiose D. Albinus obser- wavit.

*Caryophyllum arvensis glaber mi-
nimus.*



XI. *CARYOPHYLLUS arvensis glaber minimus:*
ex radice capillacea rufescente, caulinus unus
vel alter, tenuissimus, geniculatus, pedalis pro-

dit, in summo valderamofus, ramulis capillo te-
nuioribus, quorum singuli, singulos flosculos al-
bos, minutissimos, in duos apices abeuntes sustin-
tent: folia habet pauca, longa, angusta. Variat
magnitudine, nam & semipalmaris est, paucissi-
mis, capillaceis, brevieribusque foliolis. Illum
ex Euganeis collibus habemus: hunc vero Mon-
spelio: & hoc adhuc minus ex sylvis prope ther-
mas Wisbadenses infra Moguntiam.

XII. *CARYOPHYLLUS saxatilis ericæfolius um-
bellatis corymbis:* ex radice tenui, contorta, li-
gnosa & reclinata, caulinuli plures, geniculati,
rufescentes, semipalmates, attolluntur: ad quo-
rum exortum foliola brevia, angusta, ericæ similia
& ad genicula bina brevissima & rigidiuscula:
caulinorum summitatibus, veluti umbel-
læ ex corymbis compositæ insident, unde flores
candidi, ex quatuor, aliquando quinque foliolis
constantes, prodeunt. Hic in Galliæ provincia
locis saxosis, in monte edito prope Vigan repe-
ritur.

XIII. *CARYOPHYLLUS saxatilis ericæfolius ra-
mosus repens:* hic instar musci elevati per terram
repens, ex radice caulem lignosum emittit, in ra-
mos plures, & hos in alios subdivisum, quos fo-
lia exigua ericæ foliis similia cingunt: quorum
summitatibus flores copiosi, nivei, magni, ele-
gantissimo spectaculo insident: ex Pyrenæis D.
Burserus attulit.

Hunc floribus rubris, sed majoribus, foliisque
ad caulinulos longioribus & latioribus, ex Hi-
spania habemus. Uterq; à Caryophyllo musco-
so, sive musco florido, diversus est.

XIV. *CARYOPHYLLUS saxatilis siliquosus:* è
saxoru fissuris in Harcyniæ promontoriis, plan-
ta perennis erumpit, foliolis ad radicem pluri-
bellidis forma, sed multo minoribus, oblongis
pediculis donatis, tenuibus, pallide virentibus,
inter quæ caulinuli tenues, læves, palmates, in
oblongos ramulos divisi, foliis paucis, longis,
angustis cincti, prodeunt: ramulorum summis
flores candidi, quadrifolii insident, quibus sili-
quæ strictissimæ, minutissimum semen rufescens
continentes, succedunt. *Gypsophyti siliquosi*
nomine, D. Furerus communica-
vit.

•S(;)S•

DE ANTIRRHINO.

C A P V T VI.

ANTIRRHINUM saxatile folio serpilli: radice est parva, ramis multis, reflexis, tenuibus, leviter hirsutis: foliis Serpilli vulgaris forma, sed minoribus: floribus rubris, aliquando pallide cæruleis, pedicellis oblongiusculis insidentibus, forma & magnitudine una cum capitulo succedente, Antirrhino arvensi minori similibus. Massiliæ in saxosis provenit.

D E L I N A R I A.

C A P V T VII.

Linaria bellidis folio-



LINARIA latifolia Dalmatica magno flore: caulinibus est lignosis, rotundis, firmis, cubitum superantibus, in ramos brachiatis, quos folia, præsertim inferiora, unciam lata,

duas longa, pediculis parentia, in apicem acutissimum desinentia, nullo ordine servato, ambient: flores habet Linariae vulgaris florib. formam similes, sed triplo immo quadruplo maiores, ex luteo rufescentes, aureosve, quibus vascula ut in aliis succedunt. Hanc anno 1594. in horto Montebelgardiaco collegimus, enatam ex semine à Casabona Florentia misso, nomine Linariæ maximæ Dalmaticæ lauri foliis: eandem quoque nomine Linariæ perennis fruticantis Creticæ accepimus.

I. LINARIA Americana parvo flore: ex radice, caules plures sesquicubitales, rotundi, laves; rufescentes, in ramos plures divisi, exurgunt, quos folia triplo quam in priori angustiora, in exquisitum apicem desinentia, atrovirentia, alternatim nulloque ordine disposita, cingunt: floribus est aureis, iisque longe quam in vulgata minoribus. Hæc an. 1601. Argentinæ, in horto D. Saltzmanni crevit.

II. LINARIA latifolia triphylla: caulinibus est viridibus, rotundis, striatis, glabris, sesquipalmaribus, in summo brachiatis: foliis ut in Linaria Valentina Clusii, terno, & adversis inter se petiolis ordine adhaerentibus, dispositis, quolibet folio uncia latiore & duabus longiore, tenui, ex glauco virescente, venis ternis, ut in plantagine per longitudinem discurrentibus: at in caulis summo, modo terna, modo bina, modo sine ordine sita sunt: extremo ramo veluti spica: oblonga florum. Linariae vulgaris simili morum rigoru flavo, calcari vero pallide cæruleo. Hanc Linariæ latifoliae Valentini Clusij nomine D. Doldius misit, cuius in Phytopinace sub Linaria s. meminimus. An hæc Linaria Cretica latifolia Clusii, in sua historia?

IV. LINARIA capillaceo folio erecta flore odorato: hæc caulinibus est cubitalibus, rotundis, ramosis: foliis plurimis, capillaceis, nulloq; ordine dispositis: floribus parvis ex cæruleo, alboque mixtis, cuius rectum linea flavescentis distinguit, suavem & subtilem odorem spirantibus: quibus capitula Lino fere similia, minutum semen in pericarpiis continentia, succedunt. Planta perennis est, Monspessuli sponte proveniens: non nunquam ibidem in muris reperitur: flore vario, coloribus ex albo, cæruleo & luteo mixtis.

In hortis, cultura omnibus sui partibus major est, duos cubitos superans, & quidem duplex, alteri flo-

triflos odoratior, alteri inodorus: quæ ex radice repente & perenni mire se propagat.

V. LINARIA arvensis cœrulea erecta: hæc radice est exili, capillacea, cauliculis palmaribus, foliis capillaceis, sed rarioribus & brevioribus. quam in priore: floribus parvis, violaceis, lini capitulis exiguo semine refertis. Hæc in agris Lusatiae flore est cœruleo: at Monspessuli in arvis ad montem Cetum violaceis reperitur.

VII. LINARIA aureæ affinis: caule est cubitali, rotundo, lignoso, in ramulos brachiatu, quorum summitatibus flores lutei, Senetionis majoris forma, & similiter in pappum abeuntes, insident: folia oblonga, angusta, Kali majoris cochleato semine, foliis & forma & modo dispositis (sed densiora) habet. In Aragoniæ locis desertis D. Albinus collegit.

LINARIAM bellidis folio, à C. Clusio, Lobelio & aliis sub Linaria odorata, descriptam, sed non recte iconè expressam, cum calcaribus careat, figuram veram adponere visum fuit.

DE LINO.

CAPVT VIII.

I. LINUM frutescens subflavum: fruticosum est, caulibus cubitalibus, tenuibus, levibus & ramosis: foliis angustis, brevibus, sine ordine dispositis: floribus in summis cauliculis multis & magnis, subflavis, quinquefoliis, totidem in medio staminibus. Hoc in Granada D. Albinus legit.

II. LINUM sylvestre cœruleum folio acuto: caule est pedali, rotundo, lignoso, statim ad extortum in ramos palmares diviso, quos folia atrovirentia, basi latiore alternatim cingunt, & in

exquisitissimum, & veluti aculeatum mucronem definunt: ramorum summitatibus, caulicili multi quasi in umbella dispositi, caules aliquot apicibus donatos sustinent, è quibus flores magni, cœrulei, quinquefolii, in medio staminibus donati, prodeunt, quibus vascula subrotunda succedunt. Hoc in saxosis Provinciæ, non longe Massilia provenit.

III. LINUM minimum stellatum: tota plantula duarum, rarius trium unciarum est, radicula capilli instar tenui, albicante, cauliculo uno vel altero tenuissimo, foliolis brevibus, in exquisitissimum parvumque apicem definitibus: inter quæ flosculi parvi, pallide virentes, stellati, ex quinque radiolis, exiguum circulum veluti umbonem cingentibus, compositi. Hoc Monspessuli in Gramuntio & Boutoneto provenit, & ab aliis lingua avis minor, ab aliis Passerina minor saxatilis, dicebatur.

DE HYSSOPO, HYSSOPI FOLIA, SIVE Gratiola minore, & Thymo.

CAPVT XI.

HYSSOPUS latifolius: caulibus est lignosis, rufescibus, striatis: foliis triplo quam in vulgari latioribus, striatis: foliis triplo quam in vulgari latioribus, obtusis, in reliquis cum vulgato conveniens. Londino D. Cargillus misit.

2. Addidit & alium, à vulgato solum foliorum colore diversum, qui in hoc atrovirens, in illo vero pallide luteus.

3. Sic & tertium hirsutum, cuius caules & folia, molli lanugine pubescunt.

Hyssopifolia sive Gratiola minor.



HYSSOPIFOLIA sive Gratiola minor: ex radice modo crassiore, modo tenuiore, ac fibrosa albida, caulis exurgit cubitalis, in plures ramos divisus, subrufus, rotundus, striatus, quem folia Polygoni masculæ æmula cingunt, pallide virentia, alternatim disposita, & pediculis carentia: ex quorum alis flores singuli, oblongis caulinis inclusi, eleganter cœrulei quadrifolii: hos sequuntur vascula oblonga, semina minuta subfuscata continentia. Hæc omnis odoris expers est, & pene insipida, licet aliqui nitrosum, alii subdulcem saporem in ea notarint.

Variat foliis: altera est latioribus, quæ altius exurgit: altera angustioribus & oblongis, quæ vix palmaris, Iunio mense florent. Florib. item; nam ex Hispania habemus, quæ flores habet oblongos, forma Gratiolæ vulgari similes, qui saturationis coloris cœrulei sunt. Locis humidis & uliginosis nascitur, quamprimum in paludibus

Patavinis & ad portam S. Iustinæ & quidem latioribus foliis, legimus: dein circa Monspelium in rivulis, ubi Anagallidem aquaticam vocabant: tum in Alsacia non longe Mülhusio, item locis uidis: quæ vero foliis angustioribus est, Mössessili, ad lucum Gramuntium provenit. Hanc videtur notasse Cordus in observ. *Grase Poley* & *Gesn. libel. de coll. stirp. Gratiolæ minoris nomine. Camerarius, qui in Franconia observavit: Hyssopoidem nominavit, & in Hassia, Halimum aquaticum vocari monet: in Phytopinace sub Hyssopifolia Ioh. Bauhini, & in Matthiolo emaculato sub Gratiola minore, figura addita (quam hactenus nullus exhibuit) proposuimus.*

THYMUM inodorum: fuscutex est, ob lævem lanuginem, qua pubescit, incanus, caule lignoso, cortice incano, rugoso, vestito, qui in plures ramos palmo minores, recurvos, hique in alios & velut in orbem dispositos, dividitur: quos per intervalla folia brevissima, angustissima, pluram simul juncta, inodora & pene insipida, sed astrigendi vi prædita, cingunt: caulinorum summis flores purpurei, forma & dispositione Thymi vulgaris floribus similes, insident. Hoc in regno Valentiae, locis arenosis in litore ad Alicanta, copiose provenit, D. Albino referente.

DE SERPILLO ET POELO.

CAPVT X.

SERPILLO latifolium hirsutum: tota planta ob mollem lanuginem, qua pubescit, præsertim caulinis, incana est: caulinis donatur frequentibus, tenuibus, longis, recurvis: qui foliis subrotundis, pediculis oblongis, binis ex adverso nascentibus, cinguntur: caulinorum summis capitula flosculorum purpurascens, ut in vulgari, insident. Hoc saepius locis aridioribus apud nos reperitur.

POLIUM latifolium incanum Creticum: & hæc planta tota, tomento albo, molli, testa est, habens caules pedales, rotundos, in ramos palmates, hosq; in breviores subdivisos, quos folia subrotunda crenata, instar Alsines hederule folio, vel Chamedryos, crassa, rugosa, bina ex adverso nascentia, inferne candida, superne ex viridi flavescentia, quæ masticata pene insipida (in sicca planta) & non fecus ac si tomentum dentibus conteretur sensum præbent: flores non vidimus. Hoc ex Creta ab Honorio Belli, nomine Polii platiophylli Cydoniensis, accepimus.

DE

Ocimum latifolium maculatum.



DE PULEGIO ET ORIGANO.

CAPVT XI.

PULEGIUM foliis nummulariæ: ex horto Pavino D. Heyl ante undecim annos attulit, hujus ramum tenuem, palmarem, quasi geniculatum, quem folia & singulis geniculis bipina, tenuia, instar Nummulariæ rotunda, sed sex-tuplo minora, pedicellis donata, & ex adverso sibi respondentia, cingunt, & floribus ex albo cœruleis, caulem verticillatim ambientibus sub-jiciuntur. Hoc odore vulgari multo est gratiore.

ORIGANUM sylvestre humile: ex radice lignosa, rufescente, fibrofa, caulinus communiter unus, rotundus, rufus & asper, unciarum sex vel septem, exurgit: qui in summo in ramulos plures dividuntur, hique flores, umbellæ forma ex cœruleo purpureo que mixtos, sustinent: folia habet parva oblonga, subhirsuta, compacta &

inordinate disposita, potissimum caulinis partem summam ambientia vulgaris Origani odore. Hoc circa Aureliam Gallorum copiose reperiatur.

OCIMUM latifolium maculatum, sub latifolio à Cœsalpino, Basilici Indici vel potius Hispanici nomine, à Camerario exhibitum: cum ejus figuram haec tenus apud Herbarios non viderim, non abs re fore judicavi si his adderetur.

DE MENTHA ET CALAMENTHA.

CAPVT XII.

I. MENTHA rotundifolia minor, seu flore globoso: caule est pedali, angulofo, rufescente, hirsuto, aliquando incana lanugine cincto: quem folia ex rotunditate oblongata, mollia, hirsuta, per marginem crenata, subitus incana, superne atrovirentia, bina semper sibi mutuo opposita, ambiunt: ex foliorum alis, nonnunquam ramuli prodeunt, quibus flores, veluti in capitulum globosum collecti, purpurascentes insident: tota planta gravis odoris est. In scrobibus humentibus & riguis, secus fossas aquarum reperitur.

II. MENTHA radice geniculata: ex radice modice crassa, geniculata, fibris distincta, caulis exurgit cubitalis, quadratus, tactu aliquantum, asper, quem foia oblonga. Menthæ spicatae similia, parique modo disposita, mollia, nigricantia, nonnihil rugosa, in ambitu ferrata, ambiunt: flores habet in spica oblonga, galericulatos, ut in Menta Cattaria, dilute purpurascentes: quibus vascula succedunt, semen rotundum, quod tritum aromatici odoris est, ut & tota planta continens. Hanc & Menthæ tuberosæ & Nepetæ angustifoliæ odoratae nomine, accepimus.

OS OS

8

P R O D R O M I

Mentha Cattaria minor.



III. MENTHA Cattaria minor: caulem habet cubitalem, quadrangulum, geniculatum, in multis ramos, & hos in alios, divisum: quos folia oblonga acuminata, in profundas crenas veluti lacinias divisa, odore quam in vulgari vehementiore quidem, sed suaviore, ramorum extremis flores pallidi, vulgaris forma insident, quibus calices exigui, semen nigrum subrotundum continent, succedunt: quod Iunio & Iulio, in horto floruit, semine Patavio ex horto Bembiano, Nepetellæ nomine misso. Hanc à Cattaria tenuifolia Clusii, quæ folia habet angusta, leviterque crenata, totaq; incana est, diversam facimus, utriusque figuram in Theatro exhibituri.

IV. MENTHA Cattaria minor alpina: haec caule est pedali, anguloso, rufescente & ramoso: foliis priore quadruplo minoribus, Nepetæ vulgari forma respondentibus, quasi triangulis, subcanis, serratis, floribus pallidis, galericulatis, ve-

luti in spica dispositis & prioribus similibus. Hæc in montosis circa Neapolim Italæ provenit, unde semen Nepetæ alpinæ nomine, ab Imperato accepimus.

CALAMENTA vulgaris flore exiguo: caules habet pedales, angulosos, lanugine aspersos, & velluti geniculatos, undefolia bina, subrotunda, atrovirentia, hirsuta, sibi mutuo opposita prodeunt, ex quorum alis, majore caulis parte, pedicelli gemini, hirsuti efferuntur, flosculos minutos, vulgaris forma similes & colore nonnihil purpurascentes, sustinentes: quibus semen exiguum nigricans succedit. Hæc in Sabaudia inter monasterium & Ayme, locis acclivibus, Iulio florens, collecta.

DE MARRUBIO.

CAPUT XIII.

I. MARRUBIUM palustre hirsutum tenuius laciniatum: caulem habet cubitalem, quadrangulum, leviter hirsutum, quem folia dura, hirsuta incana & aspera, Scabiosæ montanæ calidarum regionum modo, ad costam medianam, in plures oblongas, angustas, acuminas, & crenatas lacinias divisa, ambiant: flores parvi, albantes, ex calicibus asperiusculis prodeunt, caulem verticillatim, ut in Marrubio palustri vulgari glabro, cingunt. Hoc locis humidioribus in Austria reperiatur, unde Sideritis z. Matthioli nomine, accepimus.

II. MARRUBIUM album villosum: cauliculos edit pedales, lignosos, rotundos, albos, villosos, in ramulos divisos: folia sunt subrotunda, parva, crassa, per ambitum crenata, obtomentum album inferius adpositum, Gnaphalii instar mollia superius rugosa & nigricantia: flosculi, ut in vulgari, caulem verticillatim ambiant. Hoc in agris Lutetianis collegimus.

III. MARRUBIUM album crispum: & hoc caulinis est lignosis, rotundis, albis, sed foliis minoribus, crispis, crenatis, utraque parvæ et brevis, nec ita tomentosis: flosculi subcancidi in ungentibus conceptaculis caulem per intervalla verticillatim ambiant. Hoc à D. Neudorffero accepimus.

DE LAMIO.

CAPUT XIV.

LAMIUM peregrinum Scutellaria dictu: radice esturtice simili, flavescente, obliqua & fibrosa,

brosa, à qua primo vere exurgit caulis singula-
ris, rectus, quadratus, geniculat⁹, hirsutus, & cu-
bitalis, quem folia ambiunt, per genicula bina,
oblonga, hirsutie leví incana & mollia, profun-
de incisa, obscure virentia, petiolis oblongis, hir-
sutis, & mollib. donata: ad quorum exortū, circa
caulis medium, utrinq; ramuli palmates prode-
unt: in quorum, ut & caulis summo, folia angu-
sta, parva, acuminata, non ferrata, florib. subjici-
untur: flores in oblonga spica, ut in Horminio lu-
teo dispositi, purpurei sunt, rarius albi, oblongi,
Lamii modo galericulati, erecti, lōga cervice do-
nati, aliquando bini, aliquando etiam simplices,
ex uno pericarpio, galeam militarem imitante,
producuntur: florib. delapsis, semina quatuor ro-
tunda, dura, verrucosa, observantur. Hoc in Ca-
labria, potiss. montosis copiose provenire D. Vor-
stius significavit: in Campoclarenium collib. &
Æquicolorum montib. sylvosis, locis humentib.
& saxosis D. Columna notavit. Ex horto Patavino.
Scutellariæ nomine primo habuimus, & in Phytopin. sub Teucrio simili Scutellaria (quia
tunc summitas tantum fuerat conspecta) descri-
psimus: & quia vulgo in Calabria, Scutellariam
dici, D. Vorstius monuerat, qui tn. ad Horminum
aliquid sylv. referendum putabat. At postmodū
doctiss. Columna, qui medium inter Horminum
& Lamium censuit, à singulari & privata fruct⁹
five pericarpii forma, militaris galeæ iconem ex-
primente, Cassidam appellavit: quia hujus fru-
ctus rotundi sunt & compressi, hirsutie crassa, a-
sperginosa, viscosa & odora, manus inficiente,
dum virent, obstiti: quorum pars anterior in acu-
tum producitur, fissuram habens oris specie, &
desuper veluti in fronte limbū elevatum sui pro-
portionē magnū, elatū veluti diadema, aut crista
obliqua, qua ornari videtur, ut in militum galeis.

DE SIDERITIDE.

CAPUT XV.

I. **S**IDERITIS foliis oblongis glabris caules ha-
bet quadrangulos, cubitales, velut genicu-
latos, in quorum summitate rarissimi pili
conspiciuntur: folia tenuia, pallide virentia, pe-
nitus glabra, bina semper ex adverso nascentia,
quorum inferiora, tres uncias longa, unam lata,
minimeq; serrata sunt: flores, forma quidem Si-
deritidi vulgatissimæ florib. respondent, sed lon-
giore & maiores, galeati & albi, è calicib. aspe-
riusculis prodeentes, ad foliorum exortum, ab

imo fere ad summum caulem verticillatim am-
biunt: quibus semen parvum, nigrum, inæquale,
in vasculis plantaginis, succedit. Hanc Heidel-
berga Sprengerus senior, ex horto suo misit.

II. **S**IDERITIS alsine trixaginis folio: hæc ra-
dicem habet parvam, fibris capillatam: caulem
pedalem, quadrangulum, subhirsutum, qui mox
ad exortum in ramos dispergitur, hiq; in alios,
in terram reclinatos, quemadmodum in Alsine
trixaginis folio, qua tn. multo major est: folia ha-
bet rara, diætæ Alsines forma, per ambitum ferrata,
sed majora: ad foliorum exortum, flores sub-
cærulei, oblongi, è calicibus asperiusculis prode-
unt, quibus semen parvum subrotundum succ-
dit. Hæc circa Argentinam reperitur.

DE EUPHRASIA.

CAPUT XVI.

I. **E**UPHRASIA lutea radice squamata: radice
est velut bulbosa, alba, ex quatuor crassi-
usculis squamis coagimentata, caule pe-
dali, aliquando palmari, lævi, cavo, ramoso; ra-
mulis ex alarum cavis prodeuntibus: quem folia
bina, petiolis carentia, basis sua situ adverso cing-
unt, Alsine trixaginis foliis forma similia, sed ac-
cutiora: flores lutei, Euphrasiæ florib. responden-
tes: quibus succedit semen nigrum, rotundū,
in apicē exiguum desinens, quod geminum par-
vo petiolo insidet. Hæc montosis asperis & hu-
midis gaudet: hancq; primum an. 1606. ex Bie-
nenfium Helvetior. alpib. habuimus: dein, non
longe ab Einsidlen: tum ex Pyrenæis: tandem D.
Burserus ex superiore Austria, ex Blanckenstein
prope oppidum Hallstadt natam, transmisit.

II. **E**UPHRASIA purpurea minor: radicem ha-
bet lignosam, parvam, nigricantem, in tenues fi-
bras divisam: caulem palmarem (altiorem non
vidimus, sed minorem duarum triumve uncia-
rum) quadratum, rubentem, leviter hirsutum,
aliquando simplicem, aliquando statim ad exor-
tum in duos, rarius plures, parvos ramulos divi-
sum, quæ folia pauca, crassæ, hirsuta, rotunda fere
& bina, in crenas profundas, inferiora quida-
quam minora, in ternas, superiora v. in quæ
se nasve divisa, sua basi cingunt: flores è foliis illi-
nu, aliquando à medio caule, aliquando ex spica comave, ex utriculis; venit oblongo-
alice, prodeunt bini, galericulæ. suis inter seores
(càdidos aliqui notarunt) quib. semen oblongum,
angulosum, candicans, in utriculis succedit. Hæ-

in pratis collium Italiae frequens est, ita ut quibusdam locis, tapetem purpureum humum ornare videatur: hæc in via Romana, etiam Romæ in monte Testaceo provenit; passim etiam in Castilia, maxime circa Escurial, reperitur. Amara est, & monente doctissimo Columna à pharmacopæis pro Euphrasia altera Matthioli usurpatur. Hanc cum primum collegimus, Brunellam Italicam nominavimus, hocq; nomine ante viginti quatuor annos in Phytopinace descripsimus: Ulysses Aldroand. Euphrasia speciem, ostendenti nominavit: & Columna, Eufragium tertium sive medium vocat.

DE MELAMPYRO.

C A P V T XVII.

Scrophularia flore luteo.



MELAMPYRUM luteum linariæ folio: radice est candida, fibrosa, caule pedali, rotundo, atrorubente, in ramos plures palmo minores, matremque superantes, non ta-

men æquali & contrario situ positos, diviso: folia sunt oblonga, linariæ foliis angustiora, ex quorū sinu folia alia breviora & angustiora prodeunt: in caulis summo, spica oblonga, ex pinnatis cristatisve & ob crenas exasperatis ac subrotundis foliis composita, unde flores pallide lutei, oblongi, concavi, hiantes, antrorsum exportati, prodeunt: semen in filiisque foliaceis oblongum, nigricans continetur. In sylvis nostris montosis, & in Muteto monte, Majo Iunioq; florēt, reperitur. Linopyron forte dici posset.

D E S C R O P H U L A R I A.

C A P V T XVIII.

I. Scrophularia flore luteo: ex radice crassa, nigra, fibrosa scrophylis carēte, caules plures exurgunt cubitales & sesquicubitales, quadranguli, subrubentes, leviter hirsuti, mollii, lanugine pubescentes & cani: folia habet ad radicem per terram sparsa, uncias quinque vel sex longa, similiterque lata, subrotunda, ob pilos brevissimos aspersos, mollia, longissimis pediculis donata, & profunde crenata: at quæ caulem cingunt minora sunt, binis semper ex opposite respondentibus: ex foliorum finibus, ab imo ferre ad summum, utrinque prodit pediculus unus, uncias tres longus, lævis & nudus, qui in alios breviores subdividitur, uno alterove brevi folio divisioni subiecto: his, quasi corymbi plures insident, ex quibus singulis flos orbiculatus, luteus, in breves lacinias divisus, una cum staminibus aliquot oblongis prodit: capitula subrotunda, Scrophulariæ vulgaris majora acuminata succedunt, quorum acuminis filamentum capreoli instar insidet, & hic semina minuta nigra includuntur, Majo & Iunio floruit, semen Autumno maturuit, Hanc à D. Doldio primum accepimus, & velut indicat censentes, breviter in Phytopinace, & Matthiolo, figura addita, descripsimus: nunc vero plenius, cum eam annis aliquot in horto coluerimus: quam postmodum doctissim. Columna Scrophulariæ montanæ maximæ nomine descriptis & in valle Campoclaresium atque etiam supra Matesium umbrosis Septentrionalibus nivosis invenit, & à C. Clusio in Pannonicis, pro Lamio Pannonicco descriptum censet: sane, notæ aliquot à Clusio Lamio suo Pannonicō 2. exotico tributæ, nostræ convenient: non desunt tamen, quæ in nostra observare non est (ut nec figura cum nostra convenit) nisi

isi forte cultura , varietatem hanc causarit, quamvis & ipse solum in horto observarit.

II. SCROPHULARIA foliis laciniatis : hæc caule est crasso, striato, subrubente, & lævi : foliis a-
trovirentibus, lævibus, tenuibus, longis pedicu-
lis donatis, inferiorib. palmaribus, instar foliorum Raphani, in laciniis quinq; eblongas cre-
natas divisis, ex quorum finibus folia minora,
etiam laciniata prodeunt: at folia in caulis sum-
mitate non vidimus : flore est magno, elegantissimo, croceo inferiore parte galeræ, intrinsecus rubro : plura non licet, quia solum ramum, no-
mine Scrophulariae Hispanicæ non scriptæ, à D. Gillenio Cassellis accepimus : An forte Scro-
phularia Indica, cuius capitula quadruplo majo-
re esse, quam in vulgari, in Phytopinace monui-
mus.

DE PSEUDOSTAHTYE.

CAPVT XIX.

I. PSEUDOSTACHYS Cretica : è radice lignosa, caules quadrati, cubitales, tomento albo
vestiti exeunt : folia cinericea, molliter
hirsuta, oblonga, quæ ad radicem una cum pe-
diculo oblongo palmum superant, latitudine
unciam non æquantia, pene inodora, vel saltem
odore aliis suaviore : at quæ floribus subjiciuntur & caulem ambiunt, brevia sunt & angusta, pediculis carentia, è singulis articulis bina sibi
mutuo opposita, duriuscula : flores purpurei, ex
verticillis aculeatis caulem cingentibus, prodeunt : semen rotundum est & nigricans. Hæc
pro Marrubio Cretico fata fuit.

II. PSEUDOSTAHYS alpina: à radice dura, ru-
fescente, in fibras crassas & longas divisa, folia
plura, hirsuta prodeunt, Hormino similia, sed
tenuiora, uncias tres lata, quatuor longa, longis
pediculis, molli lanugine albicantibus, donata,
per ambitum crenata, nonnihil odorem gravem
spirantia, inter quæ caules sesquicubitales, qua-
dræguli, cannulati, geniculis distincti & hirsuti,
efferuntur, qui foliis rugosis, asperis, prioribus
longioribus circumdantur : ad quorum exor-
tum, sæpe utrinque ramulus unus semipalma-
ris, etiam palmaris egreditur : flores circa sum-
ma genicula verticillati, galericulati, ex albo ru-
bentes, ex utriculis asperiusculis, in quibus se-
men rotundum nigrum continetur, prodeunt.

Hanc Iulio mense florentem in altissimo monte Wasserfall dicto, aliquoties observavimus.

Eandem, cubitos duos superantem, foliis mul-
to majorib. minime gravi odore molestam (quæ
cultura adscribimus) Marrubii nomine, ex hor-
to Friderici Meyeri Argentina accepimus.

DE SALVIA.

CAPVT XX.

I. SALVIA folio serrato : hæc à vulgari foliis
spotissimum differt, quæ in hac latiora, ro-
tundiora, tenuiora, manifestis per margi-
nem serris donata, & suaviori odore prædita :
quædam etiam uncias quatuor longa, tres vero
lata : in reliquis cum vulgari convenit : hanc D.
Cargillusex Anglia misit.

II. SALVIA folio subrotundo : hæc caule est
etiam quadrato, villoso, foliis rotundis, ad Vio-
lariæ, vel Aristolochiæ rotundæ folia acceden-
tibus, at in acumen finientibus, scabris, vulgari
magis candicantib. & tenuibus : quam Schmal-
caldio à pharmacopæo accepimus.

III. SALVIA lanuginosa angustifolia : caule
est rotundo, crasso, lignoso, ob candidam lanu-
ginem, molli, cubitali, ramoso : foliis candidis,
angustis, brevibus, semunciam latis, duas longis,
densis & scabris, odore Tanaceti : floribus in
caulis summo quasi in spica, Lamii floribus si-
milibus, purpurascensibus, è quorum medio sta-
mina oblonga efferuntur : hanc D. Neudorfie-
rus communicavit.

DE SCORODOTI.

CAPVT XXI.

SCORODOTIS Cretica : radicem habet magnā
sperennem, caulē quadrangulum, striatum,
villosum : folia per terram in orbem sparsa,
alba sunt, tomentosa, subrotunda, rugosa, crassa.
Mentastro similia, per ambitum ferrata, flores
verticillati, pallidi, Stachydis forma, quibus va-
scula, semen nigrum, rotundum, inclientia,
succedunt. Hanc ab Honorio Belli ex Creta,
unâ cum seminibus Scorodonæ Creticæ nomi-
ne accepimus, & sub Stachyde Cretica in Phyto-
pinace descriptissimus : sed cum in horto ex semi-
ne enatam diligentius perpendissemus, & in vi-
rente, ut in Scordio, Allii odorem notassemus,

ad Scordotim Plinii accedere censuimus : cuius nomine in Creta, apud quos ubiq; inter saxa, securis vias, & ad agrorum margines provenit, Seplasia rij pro Scordio promiscue utuntur, monente Bello, & Pona in suo Baldo referente.

DE HORMINO.

C A P U T . X X I .

Horminum Syriacum.



HORMINUM SYRIACUM : planta est Sclareæ forma, caulis cubitum superantibus, quadrangulis, levissime hirsutis, in alas divisus : foliis inferioribus palmum longis, latis, subasperis, sinuosis, superioribus angustis, oblongis, laevioribus ; flores albi sunt, galericulati, florum Sclareæ forma : semen vasculis inclusum, parvum est & compressum, rubris costis donatum, cinereum, nigris lineis sine ordine conspersum, quod sub lingua ut Ocymi semen lentescit, & inodorum est. At planta, quæ facile ex semine nascitur, cum flores producit, odore quam Colis Iovis gratiore est,

& Ocymum nonnihil æmulatur. Hujus semen Bisarmar nomine D. Bernhardus Paludanus cum Patavium ex Syria anno 1378. rediisset, communicavit. Bisennas Camerarius in suo horto nominavit : at sunt qui Aman quoque vocent.

I I . H O R M I N U M angustifolium laciniatum : caule est quadrato, pedali, hirsuto, rarius ramoso : foliis paucis, nonnihil hirsutis, pollicem latis, unciis tres longis, aliquando sinuosis, aliquando, potissimum inferioribus, in profundas laciniias divisus : floribus albis, parvis, verticillatim caulem ambientibus, spicam oblongam & inflexam efformantibus quibus decidentib. semen nigrum succedit. Hoc Monspestuli, foliis Scolopendriæ modo divisis, legimus : at Helmstadio, Hormini Cretici albi nomine, D. Sigfridus misit.

I I I . H O R M I N U M minus album Betonicæ facie : ex radice lignosa, fibrosa, nigricante, caulinus unus, aliquando geminus, palmo minor, rotundus, villosus oritur : foliis est paucis, ad radicem rotundis, crassis, lanuginofisis, crenatis & longis pediculis donatis : in caulis medio bina, Betonicæ foliis æmula, sed crassiora & breviora, basi caulem ambientia, & capitulo duo minima subiiciuntur : flores sunt albi, Betonicæ forma velut in spica congesti : In montibus Pyrænæis Hispaniam versus, D. Burserus legit.

DE VERBASCO.

C A P U T . X X I I .

VERBASCUM foliis rotundis flore blattariæ : caulis est cubitalibus, viridibus, rotundis, striatis, leviter villosis, nec ramosis : foliis inferioribus oblongis, reliquis omnibus subrotundis, parvis, caulem basi sua alternatim amplexantibus, inferne incanis, superne nigricantibus, ad quorum fere singulorum exortum, duo minora adjiciuntur, ex quorum sinu pediculi, unus, duo, tres, rarius quatuor, prodeunt, quibus singulis, flos unicus, luteus, parvus, ex quinque foliis compositus insidet, cujus medio, stamina aliquot purpurea, quasi ex caliculo, ut in Blattaria, emergentia insident : huic vasculum, semen minutum, rotundum continens succedit. Hoc in horto Ioh. Haintzmanni Pharmacopæi nostri defunsti crevit.

DE AETHIOPIDE.

C A P V T XXIV.

AE THIOPIS laciniato folio: hæc foliis est pedem longis, uncias quinq; vel sex latis, in acumen desinentibus, molibus, alba lanugine pubescentibus, in multas lacinias profundas, acutas, easq; crenatas divisis, per terram sparsis: caule quadrangulo, lanuginoso, in ramulos distributo: quem folia parva basi sua complectuntur: flores candidi, per intervalla ordine digesti, Lamij floribus forma & magnitudine similes: semen rotundum, nigrum, geminum, in pericarpio continetur: ante plures annos in horto coluimus.

DE SANICULA MONTANA.

C A P V T XXV.

I. **S**ANICULA montana minor: radice est crassula, multis fibris capillaribus donata, & à lateribus propagines agente, foliis per terram sparsis ex rotunditate oblongis per ambitum incisis, aliquantulum hirsutis: inter quæ caulinuli (sæpius unus) semipalmates, etiam minores, rarius altiores, nullis, vel certe paucis pilis cincti, in summitate in exiguis ramulos divisi: singulis ramis flosculi albi, quinquefolii, punctati, staminibus in medio insident: quibus capitulum, exiguo nigroque semine plenum, succedit. Variat: nam vel folia magna, subrotunda, vel parva & oblonga

existunt: in Helvetiorum alpibus provenit, An apud Clusium, Saniculæ montanæ alterius speciei secunda.

Hæc SANICULA alpina minima pilosa: plantula est duarum circiter unciarum, radiculam habens exiguum, ramulos unciales per terram sparsos, foliola brevia, angusta, incana, nonnihil pilosa, plura, stellæ in modum disposita: flosculi sunt oblongi, lutei, pro ratione plantæ magni, qui singuli singulis pedicellis, minutissimis, è fimbriato obtuso calice prodeentes insident. Hæc in summitate Ventosi montis & Pyrenæis reperitur.

DE DIGITALI.

C A P V T XXVI.

DIITALIS angustifolia luteo parvo flore: huic folia sunt angusta, unciam lata, binas ternasve longa, utraque parte virore splendentia: caulem habet simplicem, cubitalem, rectum, rotundum, lævem, à medio sursum versus floribus compluribus ornatum, qui ab una caulidis parte supra se invicem dispositi, deorsum pendent, lutei, oblongi, concavi, forma Campanulam, vel Daëtylotheacam, referentes, ore diviso, per margines hirsuto, staminibus intus luteis: quos vascula rotunda, in pilum desinentia, semen exiguum continentia, succedunt: hæc in monte Baldo provenit, & an ad Ephemerum Dioscoridis referri possit, considerandum.

LIBER SEPTIMVS.

DE LYSIMACHIA.

CAPUT I.

LYSIMACHIA hirsuta siliquosa parvo flore: hæc duplex est, major & minor. Major caule est bicubitali, rotundo, hirsuto, convexo, in ramos brachiato: foliis oblongis, angustis, leviter crenatis, hirsutis, lanagine incanis & mollibus: in summis virgis, siliquæ strictissimæ & longæ, quarum extremitatibus flores purpurei, parvi & quadrifolij insident: at in ipsis siliquis, semina exigua, subrufa, candida lanagine implicita, continentur. Apud nos in arenosis ad Wiesam, æstate floret.

II. Minor, ex radice tenui, fibrosa, caule emarginatum vel alterum, pedalem, lanuginosum protrudit, solaq; caulis, foliorum & siliquarum brevitate, à priore differt: quam & in Italia legitimus.

III. LYSIMACHIA Chamænerion dicta alpina: ex radice fibrosa, caulinculi rotundi, superne albicantes, palmates, nonnunquam pedales exurgunt, foliis duplicibus cincti: aliis Rorismarini fornæ, sed brevioribus & angustioribus, nullo ordin e dispositis: aliis brevissimis, iisq; vel prædictis interjectis, vel ex eorum sinu prodeuntibus: caulinorum summis, flores, longis pedicellis subcæruleis, vel candidantibus insident, elegantes, purpuro cærulei, vel albo cærulei, quadrifolii, satis magni, quibus foliola quatuor brevia & viridia, subjiciuntur, & ex eorum medio stamina aliquot exurgunt: siliquæ longæ, angustæ, semen minutum cum lanugine continentur, succedunt. In alpibus Helvetiorum provenit.

DE VERONICA.

CAPUT II.

I. VERO^{NICA} alpina bellidis folio hirsuta: radice est per terram transversim repente, fibris oblongis nigricantibus donata;

caulicolo semipalmari, vel paulo altiore, tenui, hirsuto, duro, flexili, reclinato: cujus folia ad radicem plura, Bellidis cæruleæ foliis forma respondent, parva, subrotunda, atrovirentia, hirsuta & crassa, in caulinculo pauca, binis ex opposito sitis: caulinorum summitatibus flosculi cærulei, quasi in umbella, ex parvis hirsutis caliculis prodeuntes, quaternis, quinque foliolis & staminulis binis cum stylo compositi, insident: semen vero in vasculis brevibus compressis, ex medio veluti umbone stylo prodeunte, continetur: Hanc in Helvetiorum alpibus reperimus.

Eandem, sed minorem, sine nomine, F. Greg. de Regio Capuccinus, ex montibus Tyrolensis, ut & D. Burserus majorem, ex Pyrenæis, misit.

DE TEVCRI.

CAPUT III.

TEUVCRIUM alpinum inodorum magno florere: radice alba, oblonga & capillacea, per terræ superficiem reptit: caulinulos aliquot habet, lignosos, rufescentes, hirsutos, nonnunquam in alas divisos, semipalmates & in terram reclinatos, foliis subrotundis, parvis, quorum maximum, ne minimi digiti unguem adæquat, hirsutis, rugosis, & crenatis; foliis salviæ fylvestris superioribus forma respondentibus, cinctos: in caulinorum summitatibus, flores quasi in spicam congesti, qui magni, purpuro cærulei, galeiculati: semen non vidimus. Ex monte majore S. Bernhardi, & Augusta vale.

Helvetiorum, D. Burserus
attulit.

Chamædrys spinosa.



DE CHAMÆDRY.

CAPUT IV.

CHAMÆDRYS spinosa: planta est palmaris & sesqui palmaris, rarissime cubitalis, molli lanagine incana & hirsuta: caulinis quadratis, geniculatis, virgultis hinc inde sparsis: foliis oblongis, subrotundis, aliquibus laciniatis, at plerisq; leviter serratis, summis tamen integris: flores ex caliculis lanuginosis, Chamædryos forma, ex flavo rufescentes, ex foliorum alis prodeunt, unde & aculei bini, aliquando plures, modo breviores, modo longiores, exurgunt: aliquando ex geniculis unum virgultum prodit, cuius summitati spina suptilissima infidet: semen rotundum, subnigrum, caliculis inclusum, floribus succedit. Patavio ex hosto Bembiano accepimus, in Phytopinace & Matthiolo descriptimus.

M. CHAMÆDRYS Austriaca foliis tenuissime laciniatis: caule est lignoso, rotundo, hispito, pedali in ramos brachiatō, foliis nonnihil pilosis & rigidiusculis, in angustas lacinas divisis: floribus subcæruleis, in spica oblonga dispositis, quos capitulo subrotunda, bifida, semen minutissimorum conceptacula sequuntur. Ex Austria D. Agerius attulit.

III. CHAMÆDRYS Hispanica, foliis tenuissime divisis: hæc caule est priore multo teneriore, rotundo, leviter piloso, geniculis pluribus distincto: foliis brevioribus angustiusque divisis, & ad singula caulis genicula, junctis; at caudiculus in tenuissimorum & parvorum foliorum quasi cespitem absuntur, & ad summum geniculum, in duos pedicellos triunciales, foliis nudos, dividitur: quibus flosculi parvi, stylo oblongo donati, insident: plura non licet: ex Hispania D. Albinus attulit.

IV. CHAMÆDRYS alpina minima hirsuta: ex radicula capillacea, ramulus tenuissimus (modo bini ternive) duarum triumve ad summum unciarum, prodit: foliola ad radicem exigua, subrotunda, hirsuta, crenata & crassiuscula, in ramulis nulla, qui in pedicellos absuntur, hiq; singuli flosculum cæruleum sustinent: ex cujus medio stylus muscæ proboscidi fere similis, prominet: vascula exigua plana & compresa, ut in Chamædry sylvestri, floribus succedunt. In jugis alpium Helveticarum & Tyrolensium, ut & Baldi summitatibus reperitur.

V. CHAMÆDRYS spuria minor angustifolia: hæc radice est nigricante, lignosa & fibrosa: ramulis plurimis in terram reflexis, palmaribus, rotundis, rufescentibus, nonnihil pilosis, rigidis, duris, & in ramulos plures subdivisis: foliis ad radicem nonnunquam oblongis, latiusculis, obtusis, minime crenatis: reliquis vero ad caulinos brevibus, angustis, crenatis & in apicem desinentibus: flores habet copiosos, in spica oblonga dispositos modo pallide cæruleos, quadrifolios, staminulis & stylo donatos: quibus ut sylvestri, semen minutum in parvis thecis succedit.

Æstate floret in agris nostris siccioribus & incultis, copiose circa Balneum Bruglingen occurrit.

DE ALSINE.

C A P V T V.

I. *ALSINE* palustris minor serpillifolia : radiculam habet parvam, capillarem, caulinum nodosum reflexum : à quo fibrae exiguæ ut in Serpillo prodeentes, terræ figuntur: hic in caulinos plures, oblongos, repentes, divisus, foliis serpilli forma, sed multo minoribus, & quidem binis contrario situ vestiuntur: foliorum aliis parvi flosculi insident, quibus vasculum utrinque unum eo quo in Glauce modo, semen minutum continens, succedit. Hæc locis palustribus provenit.

II. *ALSINE* palustris minor folio oblongo : & hæc radice est tenui, oblonga, capillaceis fibris praedita, caulinis frequentibus, tenuibus, humifusis, & subinde ad internodia fibris fere firmitibus: foliis oblongis, angustis, pallidis, binis ex adverso nascentibus: flosculis parvis, racemi modo juncitis & tenuissimis pedicellis insidentibus, quibus semen minutum succedit. Hanc Portulacæ aquaticæ nomine, D. Sigfridus Helmstadio misit.

III. *ALSINE* alpina glabra: ex radice albida, oblonga, fibris capillata, caulinili plures, ieq; palmares, tenues, lœves, rotundi & geniculati, in ramulos aliquot, hique in alios divisi, prodeunt: qui foliis pallide virentibus, Lini forma, sed brevioribus & acutis, binis ex adverso sitis, cinguntur: flores plures albi, staminibus aliquot donati, pedicellis insidentes, ex caliculis prodeunt, capitulis minuto semine refertis, succendentibus. Hæc locis saxosis humidis gaudet, quod copiose circa balneum Sultzbergense in Marchionatu superiore observavimus: verum ex Rhetorum alpibus monte Spiegel, radice lignosiore, totaq; planta omnibus partibus minore & semipalmaria, habemus.

IV. *ALSINE* alpina junceo folio: planta est ad palmi altitudinē accedens, cuius caulinulus statim à radice in duos, hiq; in alios ramulos breviores dividuntur, inter quos unus vel alter semipalmaris, exurgit, in summitate florum unū sustinens vel is uno alterove pediculo donatur, & cuilibet unus, isq; albus, quinq; folius, satis magnus: ex calice prodiens, insidet: foliis est capillaceis, viridib, rigidis & inordinate dispositi-

tis. Hæc Julio florens in Helveticis & Genevensium montibus reperitur.

V. *ALSINE* minor Androsaces alterius Matthioli facie: radiculam habet oblongam, tenuem, rufescens, circa quam foliola multa per terram sparsa, parva, oblonga, oris crenatis, inter quæ caulinili plures, nudi, nonnihil pilosi, inæquales, duas, tres, etiā quatuor uncias alti, summo fastigio quasi umbella, ex octo, decem, duodecim pedicellis composita, insidet: quorum singuli flosculum parvum album ex pericarpio prodeuntem, sustinet. In arenosis provenit; prope pagum Marcksen quarto ab urbe Heripoli miliari, D. Burserus, collegit.

VI. *ALSINE* verna Androsaces capitulis: plantula est subhirsuta unciarum trium, ad cuius radiculam simplicem & brevem, foliola Bursae pastoris minimæ loculo oblongo, diætæ, similima, orbiculatim per terram sparsa sunt: ramulos habet tenuissimos, biunciales, nudos, reflexos, circa quorum medium quasi corolla quinq; minutissimorum foliolorum, unde pedicelli quaterni, aut plures emergunt, & singuli caliculum exiguum, quinq; apicib. donatum, è cuius meditullo flosculus parvus albus emergit: hæc planicie Northusanæ alumna, D. Furero monente.

VII. *ALSINE* alpina minima glabra: plantula est flosculis elegantissimis placens, ex cuius radice rufescente, in fibras oblongas abeunte caulinili plures in terram reclinati, foliolis multis prioribus similibus, sed glabris vestiti, prodeunt, ex quibus pedicelli unicales, rarius triunciales, nudi efferuntur, qui in summo in duos, tres, & plures petiolas dividuntur, & singuli flosculum elegantem, stellatum, quadrifolium, punctulis insignitum, album vel etiam purpurascens, ex caliculo emergentem, sustinent. In Helvetiorum montibus, ut monte Fracto & ad Thermas Fabarias, æstate florens, reperitur.

VIII. *ALSINE* nodosa Germanica: ad radicem fibrosam, albam, folia plura, oblongiuscula, pilo tenuiora & viridia, aliquando velut cespitem constituentia: caulinili tenuissimi sunt, glabri, modo erecti, modo reclinati: aliquando palmares, nonnunquam vix duarum, triumve unciarum, geniculati, vel nodosi: ad quemlibet nodū, foliola exigua, unde & ramuli prodeunt, in quorum summitatibus flosculi plures, albi, quinque-

quefolii, ab aliis quinq; foliolis viridibus sustentati, singuli singulis pedicellis insident. Hæc cum in arenosis proveniat, ab aliquibus Arena-ria vocatur, quo nomine etiam ex Scotia, D. Car-
gillus: ex Lusatia, sine nomine, D. Francus misit.

IX. ALSINE Spergula facie, sive Spergula mi-
nor subcæruleo flosculo: radice nititur oblonga,
simplici, parum capillata & albicante: caulinus
est multis, uncias tres quatuorve longis, in ter-
ram reflexis, geniculatis: geniculis singulis, bina
foliola brevia, incana, lata basi undiq; cingentia,
adponuntur: ex quorum sinu folia alia oblonga,
angusta, viridia, incerto numero prodeunt, ut &
pedicelli, quibus singulis, singuli flores subcæ-
rulei, vel purpurocærulei, aliquando striati, insi-
dent: quibus, ut in Spergula, vascula orbiculata
minutum semen continentia, succedunt. Apud
nos ad semitas reperitur, maxime inter novam
domum & arcem Otlingen.

DE ANAGALLIDE.

CAPYT VI.

ANAGALLIS aquatica augustifolia scutella-
ta: radicem habet rufam, per terram repé-
tem & fibrotiam: caules cubitales, striatos,
læves, geniculatos: folia ad singula genicula
semper bina, pediculis carentia, situ aduerso sita,
anguitissima, acuminata, duas tresve uncias la-
ta: ex foliorum pene omnium sinu, pediculi pro-
deunt palmares, etiam breviores, sursum specta-
tes & capreolorum modo se intorquentes, qui-
bus utrinq; pedicelli, alii absq; ordine adpositi,
qui flosculos parvos Asine forma trifolios ex al-
bo purpurascentes sustinent: his thecae sive scu-
tellæ geminæ, ex quarum medio filamentum
prodit, semen continentis, succedunt. In locis
paludosis & fossulis Helvetiae, Lusatiae: sic circa
Francofurtum ad Oderam, Viennam quoque
reperitur.

DE ECHIO.

CAPYT VII.

ECHIUM Hispanicum flore calcari donato:
radicem habet lignosam, fibrosam, cortice
ad rufum vergente testam, à qua caulinus
plures, alii palmares, alii breviores, rotundi, non-

nihil villosi humum versus reclinati prodeunt,
qui foliis rarioribus, brevibus Veronicae alpinæ
similib. crassiusculis & asperiusculis cinguntur:
flores in caulinorum summis cærulei, oblon-
gi, cavi, calcare ut Linaria donati, ex hirsuto bre-
viq; calice prodeentes, ex uno folio compositi,
at in summitate in laciniis quaternas divisæ, qui-
bus delapsis in conceptaculis semen oblongiu-
sculum, durum, rugosum, ut in Echo vulgari,
succedit. Hoc in Granadæ montibus, D. Albinus
collegit.

II. ECHIUM Scorpioides minus flosculis lu-
teis: hoc caulinus est tenuibus, reflexis, hirsutis
& semipalmaribus, foliis paucis & quidem infe-
rioribus oblongis longoque pediculo donatis,
pilosus: caulinorum fastigia, una cum florum
rudimentis, caudæ scorpionum instar recurvan-
tur, hisque sensim sese explicantibus, flosculi e-
xigui, lutei, aurei, quinque folii, sese offerunt.
Monspelii in muris humidis horti Dei, D. Bur-
serus legit.

DE CYNOGLOSSO.

CAPYT VIII.

CYNOGLOSSUM sempervirens: caulem habet
cinæqualem, striatum, levi hirsutie aspe-
rum, cavum, cubitoq; altiore: folia, quæ
non incana, sed semper atrovirentia, acumina-
ta, palmum longa, unciam vel sesquiunciam la-
ta, parte superna lævia, inferiore aspera, nervo
satis crasso, per longitudinem æqualiter delato,
basi caulem ambiunt: & ex eorum alis, rami pal-
mares, & longiores exurgunt, quorum sum-
mum fastigium, Heliotropii majoris instar refle-
ctitur & sustinet flores, forma vulgaris similes,
sed minores & rubentes, staminulis donatos:
quibus lappulæ vulgaris similes, semen, ex quo
deciduo se propagat, continentis, succedunt.
Tota planta canitie sive albedine & odore gravi
(quæ in vulgaris) destituitur: Aprili & Majo flo-
ret: in montibus umbrosis. Alsatiæ Lotharin-
giæ versus, ut circa Rappersvylam & circa

Masminster frater p.m. Ioh. Bauhinus re-
perit, in hortum Montembeldardia-
cum ante annos 26.
transtulit.

*Consolida media alpina.**Bellis alpina major rigido folio.**DE CONSOLID A MEDIA.**CAPUT X.*

CONSOLID A media alpina : radice est fibrosa, caule pedali, quadrato, striato, leviter hirsuto, inani, foliis paucis, oblongis, longoq; pediculo donatis, angustis, crassis, asperis, per ambitum crenatis, binis caulem ambientibus, & ex adverso respondentibus: flores cærulei veluti in spica, caulis summo insident: in Baldo monte Italæ reputatur.

• 50 50
S

*DE BELLIDE.**CAPVT XI.*

I. **B**ELLIS alpina major rigido folio: ex radice nigra, repete, ab una parte fibras spargente, & lignosa, caulis rotundus, striatus, cubito altior exurgit, circa quæ folia pediculis carentia, quinq; vel sex uncias longa, vix unciam lata, rigida, partim obtusa, partim ex rotunditate acuminata, per circumferentiam profunde crenata, nulloq; ordine disposita: in caulis summo flos unicus, Bellidis vulgaris majoris flore major, medio luteus, foliis albis discum cingentibus, cui semen oblongum, ut in vulgari, succedit: in monte Baldo provenit.

II. **B**ELLIS alpina minor: ex radice cauliculus unus, vel alter levis, semipalmaris incurv' prodit, quæ cingunt folia rigidiuscula, angusta, brevia,

per

Bellis montana major folio acuto.



per ambitum profundis & asperiusculis crenis donata: caulinco summo, flos unicus, magnus, disco luteo, aliquando purpurascete, foliis albis multis cincto, insidet. In alpibus Helvetiorum provenit, ut in Valesia supra Gemme, & supra Theras Fabarias: aliquando tota plantula, vix uncias duas, superat.

III. *BELLIS montana major folio acuto*: hæc caulinco est Bellide prima breviore, foliis brevioribus, duplo triplove angustioribus, levius crenatis, nec rigidis, in acumen exquisitum desinentibus, flore primæ simili, sed minore; in montibus Euganeis collecta.

IV. *BELLIS montana folio obtuso crenato*, radicem habet lignosam, fibrosam, caulem unum, tenuem levem & pedalem, folia angusta, longiflavis pediculis donata, per marginem crenata, obtusa, in tres apices desinentia: in caulis sum-

mo flos unicus, parvus, disco luteo & foliolis albis eum cingentibus. Monspessuli versus Vigan.

V. *BELLIS maritima* foliis Agerati: plantula est palmo minor, ad cuius radicem parvam, albam, caulinclus pilis levissimis aspersus, in binos ternosve tenuissimos ramulos dividitur, quorum unus sex, alii tres uncias non excedunt; ad quorum partem inferiorem pauca & parva foliola, Agerati foliorum instar, per margines crenata, superiore & majore caulinorum parte foliis carente; singulis unicum florem, qui parvus, disco viridi, foliolis albis ultra viginti cincto, sustinentibus. Hæc copiose in insulis Stechadibus in arenosis provenit, unde D. Burserus attulit.

BELLIS spinosa duplex est: alia folio Agerati, quam Lobelius in parte secunda adversariorum descripsit: alia forma Bellidis cæruleæ, cujus descriptionem subjiciemus.

VI. *BELLIS spinosa* flore globoso: hæc tota fere facie Bellidem cæruleam, Globulariam dictam refert, cuius ad radicem folia plura sunt, parya, rigida, crenata, & cuilibet crenæ aculeus insidet: caulinco est palmari atrovirente, quem folia oblonga, angusta, non crenata, sed in aculeum abeuntia, inordinate basi sua vesiunt, cuius summitati capitulum rotundum, cæruleum, Globulariæ capitulo majus, multis flosculis ut in succisa hirsutum: hanc copiose, pluribus simul cespicem constituentibus, in Granadæ montibus, D. Albinus observavit.

VII. *BELLIS hortensis* pediculo folioso: hæc à communi hortensi in eo tantum differt, quod pediculus, qui leviter hirsutus, foliolis oblongis, subrotundis, duobus, aut tribus longe distantibus, cingatur, & flori folia quina subjiciantur: in hortis reperiuntur.

• S O S •


Q

DE


*Gnaphalium roseum.**Gnaphalium roseum hortense.**DE GNAPHALIO.*

CAPUT XII.

I. **G**NAPHALIUM roseum: plantula est exigua, tomentosa, incana, vix unciam superans: radicula simplici, capillacea, rufescente, caulinco semunciali, parvis tomentosis & conglobatis foliis donato, flosculo roseo, disco flavescente. Monspessuli ad pedem montis Cetis & Massiliæ in faxolis reperitur.



II. **G**NAPHALIUM roseum hortense: ex semine minuto, in horto provenit planta tota incana, tomento molli, radice tenui, capillacea, quatuor unciarum, ex qua aliquando plures, quandoque pauciores ramuli triunciales, reclinati, foliis subrotundis cincti, quorum summitatibus flos roseo modo expansus, disco luteo, etiam aureo, foliolis ut in ramulis undique sustentatus, eleganti spectaculo insidet.



Helichryson Orientale.



DE HELICHRYSO.

CAPUT XIII.

HEICHRYSON Orientale: caule est rotundo, lanuginoso, pedali, foliis oblongis, angustis, lanuginosis & ob tomentum crassis & incanis, iisque ad radicem oblongam, nigricante cortice testam, pluribus: caulis in summo in plures pediculos unciales, incanos divit: quibus singulis flos rotundus, rarius oblongus, quasi ex plurimis squamis compositus, quintuplo quam in vulgari, quæ Stæchcs citrina dicitur, major, flavus & splendens. An hæc Chrysocome Diodoridis l. 4. c. 55. & Plin. lib. 21. c. 5. Chrysites, nostro enim corymbi auri fulgore splendent: quod Comæ aureæ primum, dein ex Creta ab Honorio Belli, Elichrysi Orientalis nomine, accepimus. Simile, sed caule cubitali, foliis latiori-

Helichryso syl. similis.



bus, minusq; lanuginosis, umbella multo latioribus, floribusque minoribus & pallidioribus, Helichrysi Cretici appellatione, ex horto nobiliss. Contareni habemus.

HELICHRYSO sylvestri flore oblongo similis: caule est sesquipalmari, rotundo, lanugine candidissima vestito, in ramulos aliquot inæquales, palmo breviores brachiato: foliis Stæchadi citrinæ alterius inodoræ similibus, latioribus tamen, aliquibus leviter sinuatis, sesquiuncialibus, inferne incanis & tomentosis, superne virantibus: ramuli in pediculos tenues, nudos, uncias quatuor longos, abeunt; quorum summatis capitulum unicum, squamosum, cum flore insidet, qui in pappum brevem, ut in Elichryso sylvestri angustifolio, abit. In montibus Italæ prope Terratium, provenit.

DE CONYZA.

C A P V T X I V .

I. **C**ONYZA cærulea alpina major: hæc ex radice lignosa, rufescente, caulem crassum, pilis asperum, palmarem, mox in ternos ramulos, & horum aliqui in pediculos divisum, protrudit: circa quem folia pauca, hirsuta & aspera, crassa, uncias tres, quatuorve longa, uncia angustiora, nervis aliquot distincta: singulis pediculis flos unicus, cæruleus, Conyzæ cæruleæ vulgari similis, & similiter in pappum evanescens: hæc in monte S.Bernhardi provenit.

II. CONYZA cærulea alpina minor: plantula est semipalmaris, aliquando minor, lœvis, rarus, nonnihil pilosa, radice nigricante, fibrosa, caulicolo rotundo, tenui, unicum florem cæruleum, illius quidem flori forma similem, sed triplo minorem, multis apicibus donatum, & in pappum abeuntem, sustinente: foliola habet ad radicem plura, angusta, triuncialia, pediculis donata, pallide virentia; at quæ caulem basi sua cingunt, breviora sunt: hæc in monte Gotthardo reperitur.

III. CONYZA aquatica Asteris flore aureo: caule est cubitali, rotundo, hirsuto, geniculato, in plures ramos brachiato, qui foliis tres, quatuorve uncias longis, semunciam latis, villosis, per-

marginem & hispidis, & crenis rigidioribus exasperatis, cingitur: flores magni Asteris forma, aurei, singuli singulis pediculis insident, discum enim aureum folia plurime, & angustissima aurei coloris cingunt, at aliorum more in pappum avolant. Hanc in Valesia prope Sedunum ad aquas, D. Burserus legit: non tamen Conyza palustris serratifolia, quam alii consolidam palustrem vocant, censenda est.

DE ASTERE.

C A P V T X V .

ASTER hirsutus Austriacus cæruleus magno flore: caule est rotundo, hirsutie aspero, pedali, in unum alterumve ramum brachiato, foliis latis, subrotundis, per marginem nonnihil exasperatis & in apicem rigidiorrem desinentibus, rigidis, crassis, hirsutie levie exasperatis & scabris, cincto: cuius summo flos magnus infidet, ejusq; orbem pallidum, folia multa, tenuia, oblonga, pallide cærulea, ambiunt, qui maturus similiter in pappum abit. Hic licet in Austria circa Cremsam reperiatur, attamen cum Astere montano cæruleo magno flore, qui etiam in Austriacarum alpium jugis (imo & Helvetiarum, ut in Iura) oritur, confundi non debet.

Verbena nodiflora.



DE VERBENA.

CAPUT XVI.

VERBENA nodiflora: ex radice tenui, fibris capillata, caulis tenuis, quadratus, geniculatus, glaber, in terram reflexus & se-
quipalmaris, prodit, quem folia, ad geniculum bina, adverso situ, ungue non multum longiora, per extremum crenata & acuminata, cingunt: ex quolibet pene geniculo, & ramulus foliis aliquot cinctus, & pedicellus nudus, duas tresve uncias longus, exurgit: hicque capitulum subrotundum squamatum sustinet, unde flosculi Verbenæ vulgari similes exeunt, semenque parvum, ut in vulgari, succedit. Hanc Neapolii una cum semine, ab Imperato accepimus.

DE SCABIOSA.

CAPUT XVII.

SCABIOSA peregrina rubra: ex radice annua, scaulis bicubitalis, ramosus, parte inferiore leviter hirsutus exurgit: folia tenuia, ad radicem Rapæ forma laciniata, subrotunda, longis pediculis subhirsutis donata, & per ambitum serrata, ad ramulos superiores, oblonga, angusta & integra: pediculis pedalibus & palmaribus laevibus & majore parte nudis, & quidem singulis flos unicus atrorubens, Scabiosæ globulariæ majoris forma, oblongis filamentis puncto albo notatis, donatus, suavis odoris, insidet: huic capitulum oblongum, rufum, oblongis filamentis, ut in Caryophyllata vulgari exasperatum, & semen stellatum succedit. Hæc ex semine Scabiosæ Hispánicæ rubræ nomine missa (ut in Phytopinace monuimus) æstate in horto floruit: & à Clusio Scabiosa Indica nominatur.

Hanc, sed foliis in tenuiores laciniias dissectis, floreque minore & nigro, ex horto Patavino, D. Peckius, nomine Scabiosæ nigræ odore Zibethi, attulit.

I. SCABIOSA folio Sinapi sylvestris: caule est cubitali, striato, in ramos palmo longiores brachiato, qui ex foliorum alis, ubi pili paucissimi, prodeunt: foliis glabris, forma Sinapi sylvestris modo, ad nervum usque laciniatis, & sparsim crenatis, inferiorib. subrotundis: flores rubentes, mediæ magnitudinis, & singuli caulinorum summis insident: Neapolii ex horto Imperati habemus.

Q. 30. 8.

Q. 3

III. SCA-

Scabiosa prolifera.

III. SCABIOSA prolifera foliis Gingidij: Scabiosa prolifera duplex est: altera foliis in latiores lacinias divisis à Lobelio & Clusio proposita: cuius figura addira, de qua sermo non est. Altera foliis est tenuius incisis, ad modum foliorum Gingidii, quod Visnaga dicitur: quæ caule est cubitali, viridi, striato, geniculato, folia utrinq; ad geniculum triuncialia, ex quorum alis ramu-

li aliquot trium quatuorve unciarum, exurgunt: at major caulis pars, nudus & non nihil asper est, cuius summo, flos purpurocæruleus insidet, & ad hujus latera plures caulinculi modo unciales, modo palmares & glabri, minores quidem in orbem funduntur, at maiores florem superantes eriguntur, singulis flosculum ejusdem coloris, ex filamentis compositum, sustinentibus; quibus folia fœniculacea subjiciuntur: semina aliorum modo succedunt. Utramque D. Doldius Norinberga misit: illa tamē, Patavij inter dumeta, circa Thermas D. Virginis, etiam observata.

IV. SCABIOSA montana dentis leonis folio: caule est sesquipedali, viridi, rotundo, striato, levavi & cavo, superiore parte nudo: foliis latiore basi caulem amplexantib. paucis, laevibus, crassis, inferioribus obtusis, & parum crenatis: superioribus ad modum foliorum dentis leonis, in binas ternasve lacinias divisis & acuminatis, per oras crenatis, uncias sex longis, & duas circa folii medium latis, per quod nervus excurrit: caulis sumnum, quem duo folia, fere ut in Dipsaco complectuntur, flores aliquot subcærulei, pedicellis hirsutis, inæqualibus insidentes, exornant. Hæc Monspeßuli, in monte Calcaris reperitur.

V. SCABIOSA stellata minima: plantula est, trium quatuorve unciarum, levi hirsutie canescens, radicula simplici, caulinculo ut & foliis bicuspidalibus, angustis, in parvas & profundas lacinias divisis: caulinculi summo, capitulum rotundum, ex caulinculis paleaceis compositum, insidet, flores subcæruleos, parvos continens, quibus exiccatis in caulinorum medio stella parva conspicitur, à qua filamenta capillacea, oblonga, rufa, quinque numero extra caulinulum producuntur. Hanc in Provincia locis in cultis observavimus, & à Scabiosa minore Hispanica Clusij, quam in litore Veneto notavimus, diversam facimus.

Scabiosa argentea angustifolia.



VI. *SCABIOSA* argentea angustifolia: ex radice lignosa, caules bini, terni, sesquipalmares, rotundi, incani, parum reflexi, exurgunt: circa radicem folia quatuor aut quinque unciarum longa, angusta, graminea, albicantia, & argenti colorem referentia, inordinate disposita, in superna caulis parte nulla: caulis unicum discum orbiculatum planum, molli lanugine incanum sustinet, qui plures flores cœruleos, vel pallidos, aliarum forma continet: quibus caulinculi membranacei, etiam stellati cum staminib. sed quam in priore brevioribus, semen continentis, succedunt. In monte Sumano prope Vicentiam prouenit.

DE IACEA.

CAPUT XVIII.

I. *IACEA* nigra angustifolia, vel *Lithospermum arvensis*, folius: radice est nigricante, in fibras

aliquot divisa, caule pedali, rarius cubitali, rotundo, aspero, in alas inæquales diviso: quem folia incana, angusta, brevia, rigidiuscula & aspera, Anchusæ sive *Lithospermum arvensis* similia, alternatim sua basi cingunt: caulinorum summis capitulum squamatum, & non nihil asperum, aliarum Iacearum forma: sed minus, insidet, ex quo flos multis exiguis, oblongis foliolis, pallide rubentibus, vel ex purpura candicantibus, prodit, cui semen exiguum, nigrum succedit. Hanc passim Monspessuli & Patavii obseruavimus.

2. Huic & altera similis, sed caule molli tomento vestito, & foliis incanis, mollibus & longioribus.

II. *IACEA* integrifolia humilis: hæc caulinulis est pedalibus, rotundis, alba lanugine hispidis & terram versus reflexis: foliis unciam latis, duas longis, nec laciniatis, nec crenatis, sed integris, lanugine, præsertim per marginem, pubescentibus & subasperis, basi sua caulinulum ambientibus; in cuius summo, capitulum ex multis squamis imbricatim dispositis, constans: ex quo flos Iaceæ vulgari similis, subpurpurascens, ex foliolis oblongis, in filaments aliquot divisus, compositus, prodit. In Austria ad S. Hippolytum prouenit, unde Iaceæ Austriacæ repentis nomine, D. Burserus misit.

III. *IACEA* capite longis aculeis spinoso: tota planta subincana, brevibus & rigidulis pilis hirsuta: radicem habet fibris crassioribus implexam, fragilem, candidam, sed membrana subfuscata rectam: caulem cubito altiore, rotundum, incanum, asperum, in ramulos inæquales divisum: folia prima & tenella, pilis densioribus albidioribus, mollioribusq; stipantur, reliqua vero oblonga, uncias duas lata, crassa, rigida, per ambitum profundius crenata, nonnunquam ad pediculum laciniata, per quæ fibræ crassiores albat ranscurrunt: caulis summitati, capitulum squamosum ex pluribus squamis, etiam triginta numero compositum, & in conum pini æmulum compactum, insidet, quarum apices in spinas oblongas, rectas, subflavas & rigidas desinunt, & squamarum ora, firmis pilis albentibus, tanquam setis undiq; circumdata sunt: inter quas flos multis foliis oblongis, laciniatis & candidantibus emergit, cui semen Cnicu simile, sed vulga-

vulgari majus, succedit. Hæc à lacea montana echinato capite Clusii diversa est, & à D. Doldio missa fuit.

IV. IACEA laciniato Sonchi folio, sive Iacea latifolia purpurea capitulo spinoso : radice est recta, fragili, fibrofa, membrana subfuscata testa, & si plures caules protrudat, brachiata, sapore sub-austeriusculo, ex insipido ad amariuscum tendente : caulis ut plurimum rectus, hirsutus, brevibus, densisque villis seu lanugine, potissimum parte inferiore, refertus, qui ob capitulorum gravitatem, humum versus reflectitur, & in summo in aliquot ramulos dividitur. Folia primum prodeuntia variant, sunt enim rotunda, oblongo pediculo donata, dein magis magisque sinuata, tandem vero in laciniatas (quæ ad exortum inferiorum minora sunt) inæquales dividuntur : sunt etiam rigida & dura, adeo ut complicata cum quodam pene crepitu frangantur, brevissima & duriuscula lanugine, potissimum superiora & ad exortum, testa. Caulicorum summis capitula spinosa, ex squamis compacta, initio viridia, mox ad apicem purpurascens, incident : ex squamis spinæ septem pulchro ordine, stellam dimidiatam referentes, exeunt, quarum media cæteris latior & longior, in minuto capitulo rubens, paulo post vero pallens. Flos ex capitulo tarde prorumpit, qui elegantis purpuræ & inodorus, cuius filiola fistulæ sunt oblongæ, superius amplio & laciniato rictu præditæ, inferius angustæ, quæ ad exortum coloris albi, sed paulatim versus fastigium in rubrum fese mutante : omnes autem stamina clavata sustinent, clava ex purpureo seu violaceo prorsus nigricante, in summo alba puncta habente, & staminum pediculis, ubi ex fistula prorumpunt albis existentibus. Semen, Cyanis femen refert, oblongum, angustum, & cinereum est. Hanc Centaurii marini nomine, D. Doldius misit.

Eandem sed palmo minorem, foliis parvis, rigidis, parum laciniatis, & per marginem crenis rigidis exasperatis, Cyani marini nomine, à D. Neudorffero ex Italia habemus.

V. IACEA montana in cana aspera capitulis hispidis : radice est lignosa, in longas fibras divisa & rufescens : cauliculo palmari, rotundo, lanuginoso : foliis asperis, ad radicem pluribus, incanis hispidis, parum laciniatis, angustis, uncias quatuor longis, reliquis vero, in profundas

Iacea montana candidissima.



& rigidas crenas divisis, basique sua caulem amplexantibus ; qui aliquando in ramulos dividitur, quorum singuli capitulum parvum, ex squamis hispidis compositum, sustinent, earum enim cuspides exterius reflexæ, in tenuissima filamenta desinunt : flores vulgari similes, sed multo minores. Monspessuli in monte Calcaris provenit.

VI. IACEA montana incana laciniata capitulo hispido : ex radice caulis palmo major, rotundus, molli lanugine canescens, exurgit, circa quem folia pediculis oblongis incanis donata, laciniata & subrotunda, tactuque mollia : capitulum parvum & priori simile, eodemque in loco proveniens.

VII. IACEA montana candidissima Stæbe foliis : hæc ex radice crassa lignosa, caulem profert palmarem, nonnunquam cubitalē, angulosum, striatum, molli & incana lanugine vestitū : folia habet ad radicem multa per terram sparsa, palmaria lata,

lata, Stæbes instar laciniata, molli lanugine incana & superiora molli tomento, quasi farina aaspersa, mollia & alba sunt: caulinis summis flores singuli Iaceæ vulgari similes insident, qui ex capitulis squarrosois prodeunt: in montibus prope Capuam provenit.

VIII. IACEA tomentosa capitulo spinoso: tota planta, quasi farina aspersa floret, albescit, & à radice, caulis pede minor, statim in alas plures divisus, exurgit: folia habet brevia, angusta, in petiola tria, quina, septena, subrotunda divisa: caulinis, capitula parva, ex squamis multis in aculeos acutos & rufescentes abeuntibus, composita: flos non fuit conspectus: in Murena Hispaniæ, D. Albinus legit.

IX. IACEA Babylonica: ex horto clariss, Contareni, hoc nomine folium accepimus, quod primo intuitu Acanthium aliquod referre videtur: hoc longitudine cubitum æquat: in medio, latitudine palmum superat, nonnihil incanum, tactu asperum, cuius tota circumferentia veluti minimis aculeis exasperatur: ad exortum laciniias acutas trium quatuorve unciarum longas, obtinet: hinc ex rotunditate sensim angustatur & in apicem abit, cuius summo brevissimus aculeus insidet: per ipsius medium, costa elevata, nonnihil hispida fertur, à qua plures nervi in latera excurrunt. Plura non licet.

TRAGOPOGO N.

CAPUT XIX.

I. TRAGOPOGON folio sinuato: radice est oblonga, lacteo succo manante, caule gracili, striato, pedalis altitudinis, raris foliis alternatim septo, quæ oblonga: non multum palmo breviora, at angusta, sinibus brevioribus, & quasi ferratis exasperata, pallideque virentia: caulis summo flos insidet pallide luteus, magnus, Tragopogo vulgari similis, ex calice magno apicibus acutis donato prodiens, quo mardido, semen oblongum, in materia villosa alba latitans, succedit: Monspeffuli legimus.

II. TRAGOPOGON tenuissime laciniatum: radice est oblonga, crassiuscula, fibris carente, rufescente & lacte turgente: ad quam folia plura oblonga, angustissima, acuminata, & in plures angustissimas laciniias divisa: caule est cubito non multum breviore rotundo, laevi, striato, nonnihil folioso, in alatos brachiato: singulis flos unus, magnus & pallidus insidet, cui semen oblongu,

scabrum, crista pilosa in summo præditum, & calici oblongo inclusum, succedit. Et hoc Monspeffuli observavimus.

PERFOLIATA.

CAPUT XX.

I. PERFOLIATA alpina latifolia minor: radice est unica, rufescente, paucissimis fibris capillata: cuius caulis gracilis, teres, glaber, cavus, cubito altior, in ramulos, quasi in umbella dispositos distribuitur, quem folia glabra, venosa, sesquiunciam lata, Vaccariæ foliis similiâ basi lata medium amplectuntur: in caulinorum fastigiis umbellæ, una cum foliolis exiguis, flosculis tenuibus subluteis, quibus semen oblongiusculum, nigricans, angulosum, succedit. Hæc in Helvetiorum alpibus reperitur.

II. PERFOLIATA alpina angustifolia major, sive folio angulo: radicem habet unicam, oblongam, rotundam, crassam, nigricante cortice tectam, minime capillatam, ex qua prodeunt folia plura, pallide virentia, glabra, pedem longa, unciam vel sesquiunciam lata, longis pediculis donata: at folia caulem amplectentia angulosa sunt & acuminata, rarius bina, hederæ modo angulosa ex opposito sita: caulis rotundus est, teres, glaber, cavus, sesquicubitalis, quasi foliorum basin penetrans: cuius summo quina folia, lata, in orbem disposita insident, eo modo quo in Thymalo, unde pediculi seni, septeni, longitudine impares prodeunt, quibus una cum foliis parnis, rotundis, flores parvi ex luteo rufescentes insident: Semen non vidimus: in Pyrenæis, non longe Narbona, D. Burserus legit.

III. PERFOLIATA alpina angustifolia media: hæc à præcedenti sola magnitudine & foliorum angustia differt, quæ pro Perfoliata longifolia Dalechampii, in historia Lugdunensi piæta videtur, & ex monte Gotthardo habemus.

IV. PERFOLIATA alpina angustifolia minor: hæc radice est rufescente, ad quam folia multa, atrovirentia, graminea, semipalmaria: caulem habet unum, aliquando geminum, pedalem, rotundum, glabrum, quem folia pauca acuminata, basi sua latiore, ambiunt, in cuius summitate veluti umbella, ut in vulgari Perfoliata, ex qua ramuli emergunt, flores rufescentes, cum seminibus sustinentes. Hanc ex Sumano monte, & Vallesianorum alpibus, habemus. Verum cum Perfoliata alpina gramineo folio, sive Bupleuro an-

gustifolio alpino, quod in Baldo provenit, confundi non debet.

V. **PERFOLIATA** alpina angustifolia minima: plantula est semipalmaris, inter Perfoliatam & Bupleuron media, radice tenui rufescente & serpente, fibris capillaceis terræ affixa: ex qua folia oblonga, angustissima, pluribus lobis progerminant: inter quæ caulinuli efferuntur tenuissimi, glabri, uncias quatuor alti, in ramulos binos & hi in minores quasi ex umbella minima prodeunt, divisisi, quos folium unum vel alterum basi latiore cingit, & flosculi exigui flavi insident. In summis Pyrenæorum jugis reperitur.

VI. **PERFOLIATA** minor ramis inflexis: hæc foliis est vulgari paulo longioribus: brevioribus tameñ quam in montana, caulem habet racemosum reclinatum, & velut per terram sparsum, flores luteos: annua est instar vulgaris sive arvensis, in quo ab alpina differt: hanc apud Ioan. Bauhinum fratrem p.m. vidimus, quam ex horsto Stutgardiano habuit.

Centaurium minus spicatum album.



CENTAURIUM. CAPUT XXI.

CENTAURIUM minus spicatum album: ex radice parva, alba, fibrosa, caulis exurgit, mox in duos palmares & semipalmares striatos, hique in alios divisi: folia sunt parva, pediculis parentia, quorum prima lata, subrotunda, superiora angusta, acuminata, quandoq; bina adverso situ caulem amplexantia: flores oblongi, albi, ab imo sursum per caulem sparsi, singuli, ut plurimum, ex uali caulis parte sibi invicem succedentes, ex caulinulis foliosis prodeunt, ea forma qua non patentes in figura exprimuntur, patentes enim sculptor non recte expressit: his siliquæ, ut in vulgari, semen minutum continent, succedunt. In montibus Euganeis Patavinorum, & hinc inde circa Monspelium reperitur, ut in nostro Matthiolo monuimus.

ASCYRON ET HYPERICUM.

CAPUT XXII.

ASCYRON magno flore: hoc Ascyro vulgari, sive Hyperico dumetorum simile, caule sesquicubitali, rotundo, glabro, rufescente, quem folia pallide virentia & inferne albidiora, unciam longa, semunciam lata, subrotunda, bina semper situ adverso cingunt: in caulis summo, flores calice viridi sustentati, pallide lutei, magni, quintuplo vulgari majores, ex quinque foliis uncialibus composti, è quorum umbilico staminula plura, flava, velut puncto notata, exurgunt: siliquas & semina non vidimus. In Pyrenæis D. Burserus hoc, quemadmodum & subsequens, legit.

HYPERICUM numulariae folio: radicem habet oblongam, tenuem, paucis fibellis capillatam, ex qua caulinuli tenues, rufescentes, palmares efferuntur, quos folia parva, rotunda, nummo similia, bina adverso situ & æquali distantia locata cingunt, quæ superne atrovirentia, inferius alba, aliquando punctis vel maculis rubris notata, conspicuntur: caulinorum summis flores pallide lutei satis magni, plurimis staminulis donati, infident.

(S) : (S)

POLYGONUM.

CAPVT XXIIL

I. **POLYGONUM** saxatile: hujus radix tenuis, lignosa tamen, fibris capillata & alba est: ramulis multis oblongis & crebro geniculatis serpit: circa quos folia subrotunda, unciam longa, semunciam lata, superne virentia, at inferius albantia, quasi polline aspersa, quæ sensim minora redduntur: à geniculis flosculi exigui, ut in vulgari, pallide rubentes exeunt, quos semina triangularia sequuntur. Hoc inter saxorum fissuras, ad arcum editissimarum radices, ut in petris arcis Waldenburgensis Basileensem, & in vicinis observavimus.

II. **POLYGONUM** Creticum thymi folio: herba est supina, humique procumbens, caulinulis, sive viticulis, palmaribus, ramosis, hinc inde sparsis: flosculis parvis albicantibus, pluribus simul quasi in nodo junctis, quibus foliolum Thymi forma, modo unum, modo bina, ternave, magnitudine imparia adponuntur: semen pusillum ac copiosum succedit. Hoc **Polygoni** Cretici nomine, D. Gillenius misit.

III. **POLYGONUM** littoreum minus flosculis spadiceo albicantibus: ex radicula candicante, tenui, oblongiuscula, prodeunt viticuli plurimi, tenerrimi, per terram sparsi, ramosi & dodrantales, foliolis oblongis, angustis & albicantibus alternatim cincti, ad radicem vero longioribus & biuncialibus: viticulorum summitatibus flosculi plures minutissimi, intus albi, foris spadicei insident, quibus semina minutissima & copiosissima, ut singuli coliculi eo turgeant, succedunt: hinc ad Millegranum referri potest. Hoc apud nos, in arenosis ad Wiesam flumen, autumno florens reperitur, quod **Polygoni πονιλανθέμου** nomine, Northusio, apud quos in fabulosis reperiatur, D. Furerus misit: idem, sed sine nomine, ex inferiore Lusatia, ubi locis arenosis, in ripa fluminis Nissæ provenit, à D. Franco accepimus.

IV. **POLYGONUM** minus lentifolium: plantula est tota virens, parva, supina, humiq; procumbens, ex cuius radice simplici, in altum descendentem, caulinuli plures, impares longitudine, crebris internodiis geniculati, exiguis foliis subrotundis, lenticularibus adnatis, prodeunt: flosculi in caulinorum summis minimi, albican-

tes, vel pallide virentes plures simul juncti & semen pusillum observatur.

Cum Anthyllide Valentina Clusij, quæ tota subrubens est, longe minoribus foliis, & copiosioribus flosculis ex albo purpurascientibus, iisque non solum in caulinorum summis sitis, confundi non debet. Hoc in Hispaniæ montibus prope Escurial D. Albinus invenit: quod tamen ante annos triginta novem Monspessuli in incultis, sed aliquantum minus, collegimus.

DE S E D O.

CAPVT XXIV.

I. **SEDUM** tridactylites alpinum majus: radicem habet tenuem capillaceam, caulinum semipalmarem, purpurascentem, non nihil pilosum, in ramulos plures tenues & fragiles divisum: folia ad radicem tenuia & mollia, lata (in ramulis minuta) in tres lacinias primum, & in alias, divisa: flores in ramulorum summis albi, quinquefolii, totidem staminibus donati, quibus capitula subrotunda, longiuscula, minutissimum semen continentia, succedunt. Hoc ex Baldo habemus, & saxifragæ albæ petreæ nomine, Pona in suo Baldo exhibuit: idem preterito anno D. Furerus, nomine Dactyliobotani sive Saxifragæ petreæ sempervirentis misit, quod in ea Harcyniæ parte, qua Buda fluvius officinas Rubelandicas alluit, totos scopulos obvolvere scribit.

2. Simile, sed foliis latioribus, & in ternas primum profundas lacinias divisis, & in his in minora & tenuiora segmenta sectis: caulinibus pedalibus, floribus pallide luteis, in humidis montium Pyrenæorum natum, habemus.

3. Aliud caulinulo rotundo, semipalmari, pilis levissimis aspersis, foliis parvis, crassiusculis & eo modo quo folia Sedi tridactylidis in testis provenientis, incisa sunt, etiam divisis, totumq; caulinulum alternatim basi sua cingentibus, qui in summitate in ramulos dividitur, & singuli flosculum candidum, sed minorem sustinent, capitulaq; ut in præcedenti, succedunt. Sedi dactyli nomine, ex Taurero Austriae, D. Bürserus misit.

II. **SEDUM** tridactylites alpinū minus: ad radicem parvam, repente & nigrantem, folia plura exigua, viridia, simul compacta, superne in crenas profundas, binas, communiter ternas, raras

plures, diviso: ex quorum medio, caulinus unus vel alter, tenuis, aliquando divisus, paucis & exiguis foliolis cinctus, trium quatuorve unciorum exurgit, cui flosculi terni, quaternive pallidi, quinquefolii, multis staminibus donati, singuli singulis pedicellis insident: hic calices parvi, semen minutum continent, succedunt. Hoc in monte Lupi & Calcaris, in eorundem rupibus collegimus: ex humidis Gotthardi montis & Pyrenæis quoque habemus.

III. SEDUM montanum ericoides: ramis est palmaribus, lenti, flexilibus, dense geniculatis, per terram sparsis, quos folia brevia, crassula, Ericæ forma, vestiunt, & hi in plures alios, duarum triumve unciorum, & etiam breviores dividuntur, hique foliola frequentia, sibi fere incumbentia & rotundiora habent: in singulorum summitatibus velut ex squamoso calice flos sat magnus purpurascens, ex quatuor aliquando quinque foliis, & aliquot in medio staminibus compositus, insidet: quid florū succedat, non constat. Hoc ex horto Dei dicto, habemus: & cum Lobelii Sedo minimo arborescente vermiculato, plurimum affinitatis habet.

IV. SEDUM alpinum ericoides cæruleum: ex præruptis jugis, ac saxis humidis propendet, radicem habens oblongam, fibrosam, rufam, ramos plures, foliolis quam in priore brevioribus, crassis, cinereis, velut in Sanamunda 2. Clusii, sive Erica Alexandrina compactis, cinctos: singulis caulinis uncialibus, foliaceis, flos magnus, cæruleus, quadrifolius, aliquot staminulis brevibus donatus, insidet. Hoc, cum ann. 1579. Martio mense, per Rhetiæ alpes iter faceremus, è rupibus, ob aquam defluentem humidis, instar Cymbalariae dependens, florensque collegimus, quod florum eleganti colore cæruleo, oculos nostros valde reficiebat.

Idem in Gotthardi summitatibus, & in Valesia ad thermas Leccenses supra Gemme reperitur: quod à priore differt potissimum foliorum exilitate, & colore florum: item & colore & magnitudine.

V. SEDUM saxatile hirsutum purpureum: plantula est triuncialis, radicula capillacea, caulinus tenui, leviter piloso, cuius summitas in breves ramulos dividitur, qui singuli florem purpureum sustinent: foliola ad radicem plura, hirsuta, lente minora. Hoc ut & subsequens, ex Pyrenæis D. Burserus attulit.

VI. SEDUM saxatile atrorubentibus floribus: hoc, tres quatnorve uncias non excedit, habens radiculam exilem, longiusculam, unum alterumve caulinum biunciale, foliolis paucis exigui, longiusculis, alternatim vestitum, flosculos atrorubentes, quasi in umbella dispositos, sustinentem. Hoc etiam in Gotthardo nonnihil altius excrescit.

VII. SEDUM saxatile variegato flore: radice est capillacea, caulinis plnrimis, tenuibus, buncialibus, per terram repentibus & fibellis capillaribus terræ adhaerentibus: foliolis multis, pallide virentibus, subrotundi, lente minoribus, vestiti: ex ramulorum summis, pedicelli plures capillacei, oblongi, exurgunt, singuli flore quadrifolium, varium, album, purpureum & atrorubentem eleganti spectaculo sustinent, cum plantula hæc cespitis muscique instar saxa exornet. Hoc inter Valefiam & Augustam vallem, in monte Gletschberg dicto, qui toto pene anno nivosus est, copiose provenit.

VIII. SEDUM alpinum foliolis crenatis asperis: radice est capillacea repente, caulinis tenuissimis, semipalmaribus, etiam brevioribus, rarius palmaribus, in summo in ramulos aliquot sefit: folia habet longiuscula, angusta, acuminate, crenis utrinque exasperata, & parte aversa candicantia; flores quadrifolii, purpurascentes & staminibus donati, caulinis sustentatur, quibus capitulum subrotundum, membranaceum, apice donatum, minutulum semen continens, succedit. Hoc Iulio mense floret, in ascenfu montis S. Bernhardi majoris & Gotthardo. An forte Gesnerus lib. de hortis Germaniae, hoc intellexit, dum scribit Sedum quoddam esse, cuius folia marginibus asperis, branchias piscium referunt?

IX. SEDUM arvense flore rubente: radice est lignosa, fibris capillata, caulinis aliquot palmaribus, rotundis, rugoso rufescente cortice testis, qui in ternas, quandoq; plures ramulos (quorum aliqui recurvantur) dividuntur: hos folia longiuscula, angusta, succulenta, sine ordine ambient: ramulis superioribus flores plures, vulgari Sedum florib. similes, sed rubentes insident, semenque vulgari simile succedit. Hoc non longe ab urbe, in agris Huningens. autumno jam exiceatum reperitur: quod etiam in agris argillosis ad Pyrenæos, sed minus, reperiatur.

DE COTyledone.

CAPUT XXV.

COtyledon minor foliis subrotundis ser-

Ratis: radix subest tenuis, fibrosa, fusca, circ-

ca quam folia multa, semi ungue minora,

non ut in altero oblongis ligulis similia, sed sub-

rotunda, margine crenato, crassiuscula, candi-

cantia & nonnihil adstringentia: è quorum me-

dio caulis semipalmaris, quandoque palmaris,

subasper, minimis & paucis foliis cinctus, assur-

git: in cuius summo, pedicelli, flores, multoquam

in secunda minores, ex quinque quandoq; etiam

sex foliis & mediis apicibus compositos, susti-

nentes, qui albi, aliquando rubentibus punctis

aspersi, nonnunquam extrinsecus lineis ternis

foliola floris percurrentibus, ita ut flores pallide

purpurascentes appareant: his capitula exigua,

nigrum semen continentia, sequuntur. In Hel-

vetiorum alpibus, ipsis saxis ac scopulis adhæret;

Iunio & Iulio floret: at ea quæ flore est pallide

purpurascente, apud Monspelienses, in horto

Dei collecta fuit.

DE KALI.

CAPUT XXVI.

KALI minus villosum: radice est oblonga,

fibrosa, nigricante, caule pedali, inæqua-

li, ramoso, foliis pluribus, angustiori-

bus, mollibus & villosis, inter quæ unum, quod

cæteris subjicitur, longius est, quemadmodum

etiam in Tragio observare est: in caulinorum

summis, capitula parva, florem minutum conti-

nentia: semen non observavimus. Hoc, cum fi-

gura Kali albi Dodonæi, melius convenit, quam

Kali minus Lobelii. Tota planta salsa est, & non

longe Monspelio à Perault, qua ad mare itur, le-

gimus: quamvis idem, nomine Kali hirsuti foliis.

Spergulae, ex Italia, à D. Neudorf. habeamus.

KALI folio gramineo: ex radice oblonga,

exiguis capillaceis fibris donata, caulis pallide

virescens, rotundus, incurvus, pedalis, in varios

& plures ramos quadrunciales, tenues & fragi-

iles, inordinate dispositos, brachiatus exurgit:

quos folia oblongiuscula, angustissima alterna-

tim disposita cingunt, quib. singulis, singuli no-

dui exigi florum & seminum, ut in Kali mino-

re Lobelii adhærentes, adponuntur. Ex Salinis

Saxonis siccum, D. Jungermannus transmisit:

& ad Anthylloidem Thalii accedere videtur.

DE TELEPHIO.

CAPUT XXVII.

TELEPHIUM purpureum minus: hoc à radice

nodoso, & aliquot veluti minimis napis

constante, multisque fibris prædita, cauli-

culum unum vel alterum rotundum, semipal-

marem, fragilem ac succulentum promit: quem

folia crassiuscula, succulenta, parva, in ambitu

crenata, sine ordine ambiunt: flosculi quinque-

folii, purpurei, velut umbellæ insident: quibus

capitula pentagona, minutissimum semen scobis

instar continentia; succedunt. In editissimo

monte Brisoiae, Belchen dicto, locis humidis lu-

lio florens, collectum.

DE TITHYMALLO.

CAPUT XXIX.

TITHYMALLUS incanus hirsutus: caules pe-

dales, rotundos, rufescentes, profert, foliis

incanis & hirsutis, Myrsinitis legitimè

forma, confuso ordine vestitis, in summitate in

virgulas divisi, quibus, ut in Myrsinite, flores &

capitula triangula, semina continentia, insident.

Hunc ex Italia D. Neudorfferus attulit.

TITHYMALLUS sive Esula exigua foliis ob-

tusis: radice est exili, oblongiuscula, capillata,

cauliculis pluribus ad terram resupinatis, ali-

quantulum repentibus, biuncialibus, triuncialibi-

s, aliis palmo minoribus, rotundis, lacteo suc-

co turgentibus, qui foliolis oblongis, angustis,

sed semper in summo obtusis & velut absctis,

inordinate vestiuntur: hic in agris Patavinis &

Massiliensis, reperitur.

TITHYMALLUS exiguus saxatilis: radicu-

lam habet capilli modo tenuem, longiusculam,

cauliculos tenues, unciales & biunciales, angu-

stissimis & brevibus foliolis cinctos, flosculos

exiguos, rubentes: circa Monspelium

locis asperis prove-

nit.

LIBER OCTAVUS.

DE CONVOLVULO.

CAPVT I.

CONVOLVULUS purpureus folio rotundo : caules prælongos, teneros, viticulosos, paucis pilis exasperatos, vicinis perticis circumvolutos, promit: folia habet longis pediculis subasperis donata, quæ lata sunt, angulis carentia & nonnihil hirsuta, præsertim superiora: flores oblongi, ex calicibus hirsutis instar Campanulæ sive Smilacis lævis ex cæruleo purpurei sunt, quibus succedit semen nigrum, semi-circulare & angulosum, capitulo membranaceo inclusum, quod semine Campanulæ cæruleæ multo minus est. Hic sub æstatis finem floret. An ad Nil Avicennæ quoque referri potest?

II. CONVOLVULUS peregrinus cæruleus folio oblongo: radice est singulari, oblonga, rufescente, ex qua caules multi, tenues, pedales, interdum cubitales, flexiles, ramosi, levissimis pilis pubescentes prodeunt: quos folia oblonga, inferiora quidem, uncias tres, quatuorve longa, vix unciam lata, inordinate vestiunt, que sensim minora redduntur, & per marginem leviter hirsuta sunt: ex omnium fere foliorum sinu, pedicelli tenuissimi, oblongi exurgunt, quibus singulis flos cæruleus ad exortum pallidus, Campanulæ forma, unico folio constans, & ex cauliculo prodiens, insidet: floribus succedunt capitula membranacea parva, quibus semina parva, nigra includuntur. Planta sane ob florum copiam elegantissima, & quæ ob cauliculorum flexibilitatem fulciri debet. Hic in horto meo ex semine, Campanulæ cæruleæ nomine accepto, saepius crevit.

III. CONVOLVULUS foliis laciñiatis, vel quinquefoliis; viticulis est tenuibus, geniculatis, lævib: ex quolibet geniculofolium, longo tenuissimo pedicello donatum, prodit, quod in quinque laciñias angustas longiusculas dividitur, & quandoque inferior una alterave bipartitur, & cuilibet laciñiae, tenuissimus mollisque aculeus insidet. Supra folii exortum, pedicellus æque tenuis, duarum triumve unciarum longus & nu-

Convolvulus quinquefolius.



dus exurgens, florem magnum purpurocæruleum, aliorum Convolvulorum forma, sustinet. Semen non conspectum, cum solum hujus ramum, Convolvuli Ægyptiaci nomine, à nobis liss. Cortuso Patavio ante viginti annos acceperimus.

DE BRYONIA.

CAPUT II.

BRYONIA Cretica maculata: radice est longa, alte descendente, sed ad vulgaris magnitudinem non accedente, fusco cortice testa; ex qua longa & tenuia sarmenta prodeunt, quae ambiunt folia aspera (qualis & tota planta) ad similitudinem vitium, aut Bryoniae vulgaris divisa, sed minora, viridia, albis striis per medium discurrentibus, vel maculis albis notata, quibus capreoli ut in vite adduntur. Flores habet pallidos, quinquefolios, striatos, vulgaris Bryoniae floribus maiores, ex longis pediculis propendentes: cuiuslibet flori, fructus succedit semicircularis, superne in partes duas divisus, viridis primum, at per maturitatem ruber, semina duo continens, quare Dicoccos appellari potest. Hæc in Creta frequens est, unde semen à D. Honorio Belli accepimus, & in Dr. Zvingeri horto (quia tum hortum colere intemiseramus) sevimus.

II. BRYONIA sylvestris baccifera: radicem habet magnam, crassam, longam, succo glutinoso plenam: caules vero sarmentorum vitis instar longos, lignosos, angulos, quib. se. (licet capreolis careat) crebris circumvolutionibus vicinis fruticibus circumvolvit: folia hederacea. Similacis laevis similia, magis tamen sinuata, tenuia, splendentia, & nervosa, longissimis pediculis donata: flores albi sunt, muscosis ad cujuslibet folii exortum, in viticulis maxime superioribus, pedicellus brevis ex caule exurgit, qui baccam unicam ceraso minorem, virentem primum, at per maturitatem rubentem sustinet: cui semina satis magna, rotunda, nigra que quaterna, quinque includuntur. Provenit in sylvis circa pagum Huningen, Iunio florens: at baccæ Septembris fine maturæ sunt.

Hæc à communi Bryonia sylvestri, quæ Tamus dicitur, potissimum in his differt, quod communis florem minorem habeat, racemosa sit: hæc vero flore sit majore & baccifera.

III. BRYONIA Mechoacana nigricans: radice est Mechoacæ simili, sed cortice nigricante vestita, interius rufescens, quæ tessulatim incisa rotunda, magnitudine & figura calculo aleatorio respondens, ex India Chelapæ sive Celapæ nomine ante annos undecim allata fuit.

Ab Alexandrinis & Massiliensibus, Ialapium vel Gelatio vocitatur: & à Massiliensibus, Mechoaca nigra vel mas existimatur.

Gustu est non ingrato, & gummoso, & ob copiosam gummositatem, si carbonibus, vel igni admoveatur,flammam concipit. Facultate, vulgaris sive albam Mechoacam, superat: nam ob gummi copiosum, fortius humores serosos purgat, cum imi ventris levi dolore, & præcipue viscera, hepar & ventriculum roborat. Quare drachmæ unius pondere exhibitur tuto, & sine fastidio opus suum exequitur. Sunt qui ea indosi, cum aqua Cichoreæ, aut simili stillaticia, seu jure, actu frigidis, tribus horis ante prandium, ægris propinent.

DE CLEMATIDE.

CAPUT III.

I. CLEMATIS maritima repens: hæc caulinulos habet sarmentosos, geniculatos & striatos, cubitales, atrovirente cortice vestitos: folia Flammulae erectæ instar oblonga, acuminate, nervosa, rigida, sed angustiora, quod communiter tria uni pediculo, qui velut in capreolum abit, insident, & quædam per circumferentiam nonnihil crenata, quæ vero in summo caule floribus subjiciuntur, angustissima sunt: flores albi sunt, multis staminibus villosis albis, meditullium occupantibus, longis pediculis sustentati: quibus semina plana, subrotunda, rufescentia, ut in Flammula erecta, sed minora, bina, ternave juncta, singulis capreolo plumoso, veluti incana crista donatis, succedunt: hæc acria sunt quemadmodum & tota planta. In maris Adriatici littoribus, ut in Venetorum Insula Lio & Litzefusina, suis sarmentis repente observavimus.

II. CLEMATIS alpina Geranifolia: ex radice sarmentosa & perenni, caules plures lenti, lignosi, quandoque rufescente cortice testi, duos tresve cubitos alti, exurgunt, qui æqualiter bipartiti, in latera dividuntur: quibus singulis foliis, crebris & profundis divisuris incisa, trigemina, cohærentia, ut in Anemone geranifolia, insident; flores singuli, singulis pediculis longissimis ac tenuissimis insident, qui coloris cærulei albicantis, aut obscure purpurascens, ex quatuor foliis oblongis, mucronatis, nervosis, crucis in modum dispositis, & nonnihil lanuginosis, in cujus medio folia, plura, bre-

159
viora, quæ quasi acervulum capillaceorum filamentorum alborum ambiunt: semen non vidi-
mus. Hanc in altioribus Baldi rupibns enatam,
& Clematidem cruciatam à Jungermanno ap-
pellatam, ante annos viginti sex, & ante bien-
num elegantiorem & majorem, ex Austriae mō-
tibus, ubi frequens est, à D. Bursero accepimus.

DE NUMMULARIA.

CAPUT IV.

Nummularia flore purpurascente.



NUMMULARIA flore purpurascente: hæc, eo
quo Nummularia vulgaris modo, serpit,
radicem habens tenuem, capillaceam, à
qua coliculi multi, tenues, palmo minores emer-
gent, quos utrinque folia vulgaris forma, prope-
modum rotunda sed parva, & plus quam decu-
plo minora, quorum nonnulla leviter sinuata:

horum sinu pediculi tenues oblongi, prodeunt,
quorum singuli florem purpurascensem, par-
vum, oblongum, quinquefolium, staminulis in
medio brevibus, sustinent: his capitulum par-
vum, apice donatum, minutissimum semen con-
tinens, succedit. Hæc in humidis Monspeliens-
ium prope Castelnovum provenit.

DE POLYGONATO ET LILIO
convallium.

CAPUT V.

I. **P**O LYGO N AT U M latifolium minus, flore ma-
jore: ex radicis albicantis, subrotundæ &
fibrosæ medio, caulinus unicus, fere pe-
dal is, striatus, nec admodum inflexus exurgit:
qui foliis, ut in vulgari dispositis, firmioribus ta-
men, vestitur: ex singulis alarum sinibus, flores
singuli, magni, albi, inodori, brevibus & quidem
singulis pediculis insidentes, ab una caulis parte
propendent, quibus baccæ succedunt, quæ per
maturitatem cæsium colorem acquirunt, & se-
men osseum, durum continent. Apud nos in
monte Crentzacho copiose provenit.

II. **P**O LYGO N AT U M latifolium perfoliatum
Brassilianum: hoc caule est bicubitali, striato, fo-
lia perfoliatæ modo transeunte: foliis pallide
virentibus, tenuibus, nervosis, uncias duas latis,
quatuor longis: flore magno, albo, ex foliis quin-
que angustis, binas uncias longis composito, qui
ex longo tenuissimo pediculo dependet: fru-
ctum non vidimus. Hoc in Brasilie apud Tou-
pinambaultios crevit, & D. Burserus communi-
cavit.

LILIUM CONVALLIUM latifoliu m: radicibus est
tenuibus, longis, repertibus: caule pedali, foliis
ternis, viridibus, nervosis, subrotundis, laevibus,
palmaribus, uncias quatuor latis, basi sua cau-
lem, fistulæ modo ambientibus: floribus magnis,
albis, rotundis hiantibus, reflexis, & odoratis,
quibus fructus rotundus, rubeus, semen durum
continens, succedit. In hortis quibusdam
colitur.

•S(:)S•

CAPUT VI.

CHELIDONIA rotundifolia major: hujus radix fibrosa est, quibus aliquot oblongi testiculi adhaerent: folii est subrotundis, crassis, laevibus, ad foliorum Asari magnitudinem accedentibus, sed non nihil quandoque sinuatis, pediculis semipalmaribus donatis & humi procumbentibus: caulicolo palmo minore, flos insidet, calice triphylo membranoso sustentatus, qui pallide luteus, magnus, vulgari quadruplo major, qui ex quinque vel sex foliis, quorum singuli ad medium fissi sunt, componitur, & ad ejus umbilicum stamina plura rufescantia, conspicuntur: capitulum cum semine non vidi-
mus. Monspestuli locis humidis provenit.

DE MALVA.

CAPUT VII.


I. **M**ALVA folio ficus: hujus folia sunt nigritantia, aspera & crassa, quorum prima, modo in tres, modo in quinq; laciniis inaequales dividuntur: quedam in laciniis quinque profunde sexta, sine ordine sinuata, & per marginem crenata sunt, quorum laciniæ aliquæ palmates existunt, & pediculis longissimis & pilosis donantur. Scapum sive caulem simplicem aliquot cubitorum habet: flores & semina non vidimus, quia ante tempus. Argentinæ in horto Friderici Meyeri, ante annos viginti legimus.

II. **M**ALVA folio vario: radice est alba fibrosa, caule rotundo, cubitali, in plures ramos brachiatum, quem folia cingunt pallide virentia, inferne candicantia, crassiuscula & non nihil lanuginosa, sed figuræ, in eodem ramulo, diversæ; quorum quedam Bryoniae forma, quedam acuminata, duabus alis donata, quedam subrotunda, ungue minora, omnia tamen in ambitu serrata: flores quinquefolii purpurascentes, staminibus in umbilico pallidis, pedicellis oblongis insident: semen in capitulis foliaceis semicirculare succedit. Argentina D. Saltzmannus misit.

III. **M**ALVA Americana: radicem habet oblongam, albam, fibrosam, caulem angulosum, striatum, lanagine levi obsitum: folia viridia, tenuia,



plerunque semicircularia, uncias duas longas, tres lata, superne angulosa seu sinuata, per ambitum leviter crenata, pediculis palmaribus, hirsutis donata, flores albidi una cum semine. Malvæ syl. pumilæ similes sunt. Hanc ante annos octodecim in horto D. Saltzmanni, Argentinæ, collegimus.



D E A L T H A E A.

C A P V T . V I I I .

ALTHÆA Bryoniæ folio: caule est cubito altiore, rotundo, lanuginoso, albo; foliis Bryoniæ similibus, in quinas laciniis ut plurimum divisis, palmaribus & aliis multo minoribus, crassis, nervosis, lanugine nonnihil asperis, parte inferna canescens & longis pediculis insidentibus: flores habet purpuro-cæruleos, quinquefolios, superne semilunatos, staminibus rufescens donatis, quibus singulis capitulum foliaceum, planum, semen Altheæ simile continens, succedit. Hanc in horto aluimus, quam tamen prius Altheæ arborescentis sempervirentis nomine, D. Doldius: dein Altheæ Americanæ, D. Sprengerus, Heidelberga, misit.

D E G E R A N I O .

C A P V T . I X .

GE R A N I U M malacoides minus: plantula est duarum unciarum, in terram reclinata, radicula longiuscula, exigua, foliolis malacoidi majori similibus, sed minimis, eleganter incisis & longis pedicellis insidentibus: flosculos parvos cæruleos habet, quibus capitulum rostro tenuissimo longiusculo donatu succedit. In agris circa Rhomagum reperitur.

I. GERANIUM columbinum tenuius laciniatum: radicem habet oblongam, tenuem, fibrosam, rufescensem; ex qua caulinis plures, palmates, rotundi, hirsutie nonnihil asperi & reclinati prodeunt: folia, quæ unguem vix superant, rotunda sunt, in laciniis quatuor primum, & hæ in alias divisa, & longis pediculis hirsutis praedita: ad caulinorum latera, flosculi communiter bini, singuli surculis pedicellis insident, parvi, cærulei, quibus capitula parva rostrata, sive utriculi tumentes rostrati succedunt, & ubi semen maturuit, utrinque cum utricularum mucronibus, quasi capreolo insidens, modo geminum, modo ternum, ad rostri apicem, quod adhuc supereminet, reflectitur, quod in aliis quibusdam Geraniis etiam observavimus. Hoc Monspeffuli in sylvestribus reperitur;

II. GERANIUM cicutæ folio acu longissima:

caulibus est bicubitalibus, hirsutis, asperis, angulosis: in varios ramos brachiatis: foliis Geranii moschatii sive Cicuta modo divisis: floribus subpurpureis, vel violaceis, quinquefoliis; cuilibet acus uncias quinque longa, hirsuta, succedit, que ex utriculo hirsuto quinquefolio, apicibus donato, semen continente, prodit, quod per matritatem exilit, & cum utricularum mucronibus fursum primum, dein deorsum, alioque modo circumvolvitur. Hoc Monspeffuli legimus: in Valesia etiam reperitur.

D E A L C H I M I L L A .

C A P V T . X .

ALCIMILLA alpina quinquefolia: radicem habet oblongam, nigricantem, fibras plures de se mittentem, ex qua folia aliquot parva, longis pediculis donata & glabra prodeunt, quæ in quinque laciniis ad pediculum, haec in profundas crenas dividuntur, inter quæ pediculi bini, terni, tenues, glabri, trium, quatuorve unciarum longi, reclinati: quorum summitatibus flosculi vulgari Alchimillæ forma & colore similes, trifolii, pallidi ac herbacei, singuli singulis minimis pedicellis donati: quasi umbellæ insident. In monte S. Bernhardi majoris & Gotthardo, locis humidioribus, Augustoflorens, reperitur.

D E C A N N A B I N A .

C A P V T . XI .

CANNABINÆ aquatice similis: capitulis nubantibus: radicibus est fibrosis, Ellebori nigri similibus, caulis pluribus, cubitalibus, hirsutis, in varios ramos scisis: ad singulos ramos folium unum longum, latum, quandoque serratum, pilosum: ramuli juxta florem pulchre contorquentur, folia plura: habet satis longa, stellæ instar disposita, in quorum medio flos deorsum nutans, ex multis veluti squamis compositus, in cuius medio multi apices lutei: semen ut in Cannabina aquatica. Hanc in humidis

Michelfeldensium invenimus.

DE CARYOPHYLLATA.

CAPUT XII.

CARYOPHYLLATA alpina minor: radicem habet crassam, oblongam, repente, fibris donatam & cortice purpurascente tectam: folia crassa, hispida, in lacinias divisa, in ambitu ferrata: inter quæ caulis unus vel alter, rotundus, hispidus, paucis foliis vestitus, palmo minor: cuius summitati flos unicus satis magnus, aureus, cum exiccatur rufescens, quinquefolius, multis staminibus donatus: cui villofa congeries cum semine succedit. Hæc in summitatibus Baldi collecta.

DE PÆONIA.

CAPUT XIII.

PÆONIA flore pallido hirsuto: huic ex radice aliarum simili, caules angulosi, læves, exurgunt: folia, quorum pediculi nonnihil pilosi sunt, in ternas lacinias, & harum una rarius in binas divisa, mucronata, inferne brevi lanugine pubescentia & candicantia, superne virgentia quidem, sed non splendentia, multis venis à medio nervo in latera excurrentibus: caules singuli florem unicum, reliquis minorem pallescentem, ochrivo colore, simplici octo foliorum serie constantem, multis staminulis albis præditum, sustinent. In quibusdam hortis observavimus.

DE QUINQUEFOLIO.

CAPUT XIV.

I. **Q**UINQUEFOLIUM album majus: radice est crassiuscula, rufa, foliis in quinque lacinias subrotundas usque ad pediculum divisis, in ambitu serratis, paucissimis & brevissimis pilis aspersis, longissimis & hirsutis pediculis insidentib. inter quæ caulis paucis pediculis, angulosus, paucis pilis donat, foliis vestitus, exurgit, & in ramulos binos, & hi in summo in plures alios dividuntur: quorum singulis flos albus, satis magnus infidet, qui ex foliis quinque in summo divisis, compositus est: in cujus medio, veluti parvus pappus, unde plura stami-

nula rufescens efferuntur. Hoc in mœniis urbis Wallstatt Helvetiorum, collectum.

II. **Q**UINQUEFOLIUM album minus: radice est nigricante parva, caulinis pilosis, erectis, palmo minoribus, in summo divisis: foliis unguem lati, in quinque lacinias, extremis oris serratas, divisis, & brevibus pedicellis insidentibus: floribus est prioris Quinquefolii similibus, sed minoribus. Hoc in saxois circa Curiam Rhætorum reperitur.

III. **Q**UINQUEFOLIUM montanum luteum erectum hirsutum: ex radice nigricante caulinis & folia exurgunt: caulinis quidem tenuissimi & sesquipalmares, in summo multifidi, & molli lanugine pubescentes: folia inferiora, longissimis pediculis donata, in septem (at quæ in caule in quinque) lacinias profundas, diversæ longitudinis, per oras serratas, pilisque donatas dividuntur: quæ parte inferna, ut in vulgaris rufescunt, tantillum incana sunt, non tamen splendent: flores habet parvos, aureos, quinquefolios, multis brevibus & croceis staminulis donatos, quibus capitulum aliorum more, semen minutum continens, succedit. In montis Crentzacensis ad patibulum ascensu, provenit.

IV. **Q**UINQUEFOLIO similis enneaphyllos hirsuta: radicem habet crassam, nigricantem, in longas fibras abeuntem, à qua caulinis plures, ad exortum quasi congregati, per terram sparsi, capillacei, multifidi, tres, quatuorve uncias longi, prodeunt: foliis est oblongis pedicellis donatis, in novem lacinias angustissimas, per marginem incisas, & hirsutie villosas, divisis: flosculi parvi, aurei, & capitula parva quinquefoliorum modo à pedicellis sustinentur. Ex Helvetiorum alpibus.

DE FRAGARIA.

CAPUT XV.

FRAGRARIÆ affinis sericea incana: radice est lignosa, nigricante, ad quam folia plura, Fragariæ syl. similia, sed longe minora, unguem non æquantia, crassa, utrinque incana, molli & sericea lanugine tecta, in tres lacinias ad pediculum usque divisa & superne crenata: ramulos habet breves, reclinatos, flores parvos, luteos, stellatos sustinentes, quibus capitulum, calice quinquefolio sustentatum, minutum semen continens, succedit. Hanc ante annos circiter

quadraginta à Ioan. Bauhino fratre p. m. nomine Leucas adversariorum: & ante quadriennium, à D. Albino, qui etiam in saxofis Granadæ collegit, sine nomine accepimus.

DE TRIPOLIO.

CAPUT XVI.

I. **T**RIFOLIUM montanum purpureum folio acuto crenato: caulinis est pedalibus, firmis, rectis: foliis rarioribus, ternis ab uno exortu prodeuntibus, oblongis, angustis, nervosis, acutis sursumq; spectantibus, in ambitu dentatis, aliquando profundius incisis: in caulinis summo, flores purpurei, quasi in globo conferti: quod in montosis pratis, Majo, Iunioque florens, reperitur.

II. **T**RIFOLIUM montanum purpurascens folio obtuso crenato: hoc caule est ramosiore, foliis oblongis, angustis, sed obtusis & superne utrinque crenatis, cuius ramuli, frequentioribus & angustissimis foliis, donantur: flores, quam in priore rariores & purpurascentes: in pratis montosis circa Genevam.

III. **T**RIFOLIUM montanum lupulinum: hoc ramis est cubitalibus, glabris: foliis rarioribus, parvis, subrotundis, levissime denticulatis, longissimis pediculis donatis: rami fastigio, capitulum lupuli forma, sed oblongum, ex flosculis spadiceis compositum, insidet: quod in montibus supra Ilfeldam provenit, ubi D. Furerus coligit & transmisit.

IV. **T**RIFOLIUM capitulo spumoso lœvi: radice est alba, oblonga, fibrosa & capillata, caulinis multis humi sparsis, tres, quatuor, rarius sex uncias longis, foliolis parvis, ternis, oblongo petiolo hærentibus, per marginem acutiuscule crenatis: floribus parvis luteis, quibus capitula incana, veluti, ex pluribus vesiculis sibi invicem insidentibus composita, spumaque referentia, succedunt, quibus semen palvum, rotundum & planum inclusum est. Hoc circa Neapolim Italicorum, in maritimis: circa Monspelium, in agris: & luco Gramuntio reperitur.

V. **T**RIFOLIUM capitulo spumoso aspero: majus: radice est oblonga, fibrosa, caulinis bicubitalibus, tenuibus, flexibilibus, à vicinis fruticibus sustentatis: foliis rotundis, trifolio vulgari simi-

libus crenatis, prælongis pediculis donatis: inter quæ pediculi nudi, palmares, quandoque pedales efferuntur, qui singuli capitulum subrotundum, nonnunquam parvæ avellanæ magnitudine ex floribus aureis compositum, sustinent: hos folliculi membranacei sibi invicem incumbentes, nonnihil à quibusdam filamentis exasperati, sequuntur. Hoc in Salicetis Michelfelde Huningam versus, iis se suffulcians, reperitur.

VI. **T**RIFOLIUM capitulo spumoso aspero minus: hujus radix transversim fertur & fibris capillaceis terræ infigitur: ramulis suis per terram repit, à quibus pediculi biunciales & triunciales, nudi eriguntur, qui capitulum parvum, subrotundum, ex rufescensibus floribus compositum, sustinent, quibus capitulum, quasi ex vesiculis pluribus compositum, subasperum & initio virens, minutum semen subrufum continens, succedit: folia parva sunt, rotunda & crenata: hoc apud nos ad Rheni ripam, herbido & arenoso loco, juxta Bar/ & circa Monspelium, provenit.

VII. **T**RIFOLIUM capitulo Thymi: radice est oblonga, alba, tenui, capillacea: caulinis semi-palmaribus, humili sparsis: foliolis ternis obtusis, uni petiolo inhærentibus, in ambitu serratis, cuius virgulis capitula rotunda, ut in Thymo, flosculorum rufescens insident, quæ per matritatem indurantur, minutumque semen subrufum continent. Monspessuli locis siccioribus provenit.

VIII. **T**RIFOLIUM capitulo oblongo aspero: & hoc radicem habet capillaceam albam, caulinos plures pedales, laves, rotundos, & quasi articulatos, paucis foliis rotundis vestitos: ex singulis articulis flosculi plures simul juncti, iisque lutei, prodeunt; his succedunt capitula oblonga, pluribus quasi spinis recurvis donata & per matritatem exasperata, quibus singulis folium tripartitum subjicitur: & hujus, quemadmodum & prædictorum, semen exile eff. Patavij, in edito monte prope Arqua, quod longe minus altero, quod Monspessulo habemus, legimus.

IX. **T**RIFOLIUM cochleatum folio minuto obtuso fructu latiore: radice est oblonga tenui, caulinis aliquot tenuibus, rotundis, palmaribus, in terram reclinatis: foliolis trifolii, sed minimis lente minoribus, obtusis & tenuissime crenatis: floribus parvis, luteis, oblongis pedicellis insidenti-

dentibus : fructu lato, compresso, aliquot circumvolutionibus in spiras cochleæ modo contorto, semen planum, recurvum & rufum, continente. Hoc æstate florens in montibus Euganeis & Monspessuli legimus.

X. TRIFOLIUM cochleatum polycarpon: hoc ramis est pedalibus, glabris & striatis : foliis trifolio vulgari similibus, longis pediculis donati, singulis petiolis unguem latis, tenuibus, subrotundis, minime crenatis: pediculorum extremis flosculi parvi, flavi insidente; quibus succedunt fructus plures, quini seni, quasi conglobati, sed parvi, in spiras convoluti & spinulis mollioribus donati : quod in Italia collegimus.

2. Huic simile est alterum, solum foliis à priori differens, quorum quædam subrotunda, pleraque acuta, omnia tamen per marginem incisa, vel crenata.

XI. TRIFOLIUM cochleatum echinatum minus: ex radicula prælonga capillacea, caulinis plures tenues, fragiles, repandi, palmares prodeunt, foliolis trifolii, sed parvis, iisque obtusis & crenatis, cincti: flosculis est parvis, aureis, communiter uno (rarius pluribus) oblongo pe-

dicello capillaceo insidente, cui folliculus cochleæ modo circumvolutus, minimis spinulis exasperatus, plerumque unus, isque parvus (rarius terni, quaterni uno pedicello donati) succedit, semina parva, plana, semilunata, rufa, continens. Ex Italia habemus.

XII. TRIFOLIUM fructu duro, spinis horrido: caulem habet pedalem, recurvum, per terram sparsum, foliis raris, subrotundis & superne crenatis cinctum: florem luteum, fructum Tribuli terrestris instar durum, sed rotundum & majorem, eumque plerumque geminum, per maturitatem album; multis spinis horridum. Monspessuli legimus.

XIII. TRIFOLIUM folliculis coronæ similibus: radicula est capillari, caulinis aliquot, nonnihil hispidis, ramosis, palmo minoribus, foliis trifolii minutis, obtusis & crenatis, cincti: flosculis luteolis, oblongis pedicellis donatis, quos sequuntur folliculi minimi, sibi insidentes & formam coronæ regiae referentes.


Monspessuli prove-
nit,

P R O D R O M I

Trifolium peltatum Creticum.



Trifolium spinosum Creticum.



XIV. *TRIFOLIUM peltatum Creticum*: ex radice tenui, oblonga, fibrosa, cauliculi exurgunt palmo minores, pede nudi, foliis parvis, tripartito divisis, parum crenatis, oblongis pediculis donatis, vestiti: cauliculorum summis flosculi quaterni, quinque ordine succedentes, forma Ornithopodii, luteo-pallidi insident: quibus siliqua luteæ, planæ, membraneæ, quasi semicirculares, in filamentum abeuntes, semen unum vel alterum parvum compressum continentes, succedunt: quæ dum molles sunt, dulcissimæ, esui aptæ, at ubi induraverint, amarissimæ. Hoc rusticis in Creta, μαρυγίας dici, D. Honорius Belli auctor est, qui *Trifolii Cretici odorati nomine misit.*

XV. *TRIFOLIUM spinosum Creticum*: radice habet oblongam, capillatam, caules plures, palmares, & sesquipalmares, versus terram reclinatos, angulosos, in frequentes ramulos brachiatos, frequentibus geniculis, ex viridi purpurascentibus cinctos: ramulos cingunt, utrinque ex opposito sibi respondentia, tria folia uni petiolo inhærentia, viridia, oblonga, acuminata, in minimam spinam abeuntia: quemadmodum etiam ad singula genicula, spinæ quatuor parvæ aduncæ superne binæ, totidem inferne adpositæ sunt: unde brevis pediculus exurgens, florem singularem, quinquefolium, Campanulæ arvensis forma & colore (sive purpuro-cæruleum) similem, capitulo viridi insidentem, susti-

fastinat, in cuius medio stamna decem, apicibus luteis praedita, capitulo inter ea latente conspiciuntur: quod capitulum postmodum quinque angulis donatur, styloque prominente augeatur, & per maturitatem petiolo incurvato ramis se recondit, & in singulis angulis, semen unicum compressum, rufum, continet. Hoc primum, nomine Trifolii spinosi sempervirentis Cisti flore, Patavio à Laurentio Rosenav accepimus, postmodum apud fratrem Ioh. Bauhinum p.m. Montembelgardi collegimus, cuius semen ἀριστός nomine missum fuerat.

XVI. TRIFOLIUM stellatum: ex radice alba, tenui, oblongiuscula, capillata, caulinis prodeunt, modo pauciores, bini, terni, modo plures, quini, seni, septeni, semipalmares, palmares, rarius longiores, rotundi, lanuginosi, incani, quandoque rufescentes, inanes, rarissime in alas divisi: folia habet parva, Trifolii modo divisa, mollia, villosa, in summo sinuata, & ad radicem oblongis pediculis donata, duobus aliis ad pediculum nexus adnatis: cuilibet caulinulo, spica rotunda, ex floribus oblongis rubris, rarius luteis, composita insidet: qui ubi delabi incipiunt, spica magis orbicularia redditur, quasi ex pluribus stellis simul junctis composita foret: etenim flori cuilibet capsula (vel utriculus) oblonga, villosa, in quina, oblonga, acuminata foliola abiens, succedit, quæ semen ut plurimum unicum, idque rufum, & planum continet. Hoc Monspeffuli, Majo mense collegimus: at per omnia minus, ex Hispania accepimus.

XVII. TRIFOLIUM globoso flore, vel capitulo Lagopi rotundiore: radicem habet longam, fibrosam, capillaceam, albam: caules plures, tenues, rotundos, palmo minores, quandoque pedales, in ramulos leviter hirsutos divisos: quos folia parva tripartita, non nihil pilosa, per ambitum crenata cingunt; quibus juxta pediculum communiter duo alia subjiciuntur: caulinorum summis, flores parvi, lutei insident, quibus capitulum rufescens, sphæriceum, ex apicibus asperis compositum, succedit: Majo mense, Monspeffuli circa Castelnovum copiose provenire observavimus.

XVIII. TRIFOLIUM globosum repens: radice est exili, capillacea, rufescente, caulinis aliquot per terram sparsis trium quatuorve unciarum, molibus, lanuginosis & rufescens, foliolis paucis superne sinuatis: caulinorum summis capitulum globosum, plurimi apicibus villosum, insidet: floculis enim rufescens, utriculi, pluribus apicibus rufescens, donati succedunt, quorum singuli semen minutum includunt. Monspeffuli in loco Gramuntio, & juxta castrum Episcopi, provenit.

XIX. TRIFOLIUM saxatile hirsutissimum: radici lignosæ, transversim repenti, rufo cortice testæ, quasi truncus ex multis plantulis simul junctis, caule carentibus, insidet, tota planta duas tresve uncias non superante: folia habet Trifolii parva, mollia, incana & velut argentea, superne crenata, & pedicellis brevissimis insidentia: inter ipsa folia, capitula parva, rotunda, longiusculis pedicellis donata, in quorum medio, pili breves, mollissimi, flavescentes, conspiciuntur: nec florem nec semen vidimus, & in Helveriorum altissimis jugis legimus.

XX. TRIFOLIUM alpinum flore magnitudine dulci: radice est longa, crassa, cortice palecente testa, medulla candida dulci, multis capillis testa & fibris aliquot oblongis donata; ex qua caulinis plures in terram reclinati prodeunt, quos folia trifida, oblonga, angusta & glabra, paucis & ad tactum sensibilibus crenis, & oblongis pediculis donata: inter quæ pediculus communiter unus (quandoque duo) laevis & nudus, trium quatuorve unciarum, exurgit, cujus summitati flores Astragalo sive Onobrychidi forma similes, purpurascentes, magni, octo vel decem, quasi spicæ orbiculati insident: qui singuli ex calice oblongo, quinis apicibus donato prodeunt, singulos pedicellos obtinent.

Hoc primum ex Bernatum alpibus, ante quadraginta annos habuimus: dein, in planicie Horti Dei apud Monspelientes, mense Iunio cum floribus, sed illo multo majus, legimus. Radix sapore est Glycyrrhizæ, hinc forte Glycyrrhiza Astragaloides, vel Astragalus dulcissimi posset: ex Hispania Glycyrrhizæ Hispaniæ nomine accepimus.

XXI. TRIFOLIUM corniculatum minus pilosum: radicula est capillacea, caulinis pedalis, tenuissimis, rufescentibus, subtilissimis pilis aspersis, foliis parvis, acutis & hirsutis, in brevi pediculq ternis, duobus aliis ad pediculi nexum adnatis, ex quorum alis, pediculi longi capillacei exurgunt, flosculum unum, vel alterum, coloris ad croceum vergentis, sustinentes: quibus singulis, siliquæ oblongæ, strictissimæ, modo una, modo duæ, minutissimum semen continentes succedunt. Hæc Monspessuli in sylvulis, & pratis inter montem Lupi & Calcaris provenit.

XXII. TRIFOLIUM corniculatum frutescens, tenuissimis foliis: caulinis est tenuibus, viridibus, glabris, pedalibus, in plures ramos palmo minores, brachiatis: foliis ut in priori, sed angustissimis, cinctis: caulinorum summitatibus, quemadmodum & pedicellis, ex foliorum alis, prodeuntibus, flosculibini, terni, rarius quini in orbem dispositi lutei coloris, insident: quos siliquæ binæ, ternæ breviores & crassiores, quam in priori, in longum apicem desinentes, in quibus semina exigua, sequuntur. Monspelio habemus, quemadmodum etiam ex Italia: at hoc minus est, foliis & siliquis paulo latioribus, inque breviores apicem desinentibus.

XXIII. TRIFOLIUM angustifolium repens, folliculis rotundis: radicem habet albam oblongam, tenuem capillaceam, à qua caulinis plures semipalmates, rarius palmates, per terram sparsi, utrinque prodeunt: circa quos foliola oblonga tribus petiolis pediculo insidentia, quæ levia sunt & per marginem crenata: ex quorum alis pediculi emergunt tenues, oblongi, quibus flores parvi, luteoli octo, novem, decem & quandoque plures alternatim dispositi affiguntur: his totidem folliculi rugosi, singuli semen unum continentes, succedit. Hoc Monspessuli in arvis, & ad pedem montis Lupi D. Saltzmannus legit.

XXIV. MELILOTUS Hispanica foliis maculatis: ex radice parva, ramuli palmates, aliquando pedales, tenues emergunt, quos ambient folia bina hinc inde, ex quorum alis petiolum prodiens, tria folia sustinet, obtusa, atrovirentia, & ob venas candidas peream discurrentes, maculata: flores parvi, pallidi. Hæc in montibus Castiliæ frequens est, unde

D. Albinus attulit.

• 8) o (8 •

LIBER NONVS.

DE RUBIA ET GALLIO.

C A P V T I.

RUBIA montana angustifolia : radicem habet rufescens, fibrosam, caules cubiti altiores, levées, rotundos, striatos, geniculatos : folia ad quodlibet internodium oblonga, angusta, Gallii forma sena, septena, in orbem disposita & rigidiuscula caulem ambiunt : ad internodia, brevissimi ramuli exurgunt, ipse vero caulis in ramulos plures brachiatur, quorum summis, flosculi frequentes, albi quadrifolii insident, quibus semina minuta rotunda, quodlibet suo pedicello donatum, succedunt. Hanc apud nos in asperis collibus legimus : quam & Monspelio, sed foliis subtilioribus, brevioribus, & asperiusculis, quemadmodum quoque ex Austria, apud quos hinc inde in petris reperitur, habemus. Hanc, Gesnerus in lib. hortorum Germaniae nomine Rubiae Sylvaticae longioribus & angustioribus foliis, nulla descriptione addita, forte intellexit.

RUBIA pratensis laevis acuto folio: ex radice caulis cubitalis, laevis, quadratus, rufescens, geniculatus, canus, & communiter unus exurgit, ex cujus nodis ramuli semipalmates prodeunt, quorum summis flosculi plures quadrifolii, pallidi (semen non conspectum) insident: folia laevia quaterna, uncialia, in acumen abeuntia, ad quemlibet nodum in orbem disposita sunt. Hæc apud Valesianos in pratis ad thermas Leucenses nata, quam etiam in pratis Lipsiensibus reperiri, relatum fuit.

RUBIA quadrifolia rotunda laevis: ex radice capillacea rufescente, caulinis tenuis quadrati, geniculati, palmo altiores, quorum aliqui in ramos brachiati exurgunt: ad singula genicula folia quatuor rotunda, nervosa, tantillum aspera in orbem disponuntur: extremis caulinorum, flosculi albidi, quadrifolii, pedicellis capillaceis insident, quibus capitulum parvum, geminum, asperiusculum, succedit. In montibus Helvetiorum, ut Gotthardo, & ad Eremita-

nos provenit: hanc & circa Argentinam crescere dicunt.

RUBIA angustifolia spicata: à radice subrufa, lignosa, & paucis fibris capillata, caulinis exeunt quadranguli, nodosi, palmates, ramulis ad nodos ex adverso nascentibus præditi, & nodos, folia plura capillacea, ut in Polygono Knauel dicto, sursum spectantia: in orbem ambiunt: caulinis in longam tenuemque spicam, ex utriculis parvis acuminatis compactam, abeunt: flores & semina non vidimus. Mons pessuli in collibus nascitur.

RUBEOLA arvensis cærulea repens: radice est oblonga, tenui, capillacea, rubra, caulinis in terram reflexis, quadratis, geniculatis, semipalmatis, rariissime pedalibus: ad quodlibet geniculum folia habet parva, subrotunda, quina, sena, in orbem disposita, asperiuscula, & in acutissimum apicem desinentia: ex geniculis hinc inde prodeunt pedicelli, quibus quina, sena, si militer folia insident: ex his quemadmodum in caulinorum summis, flores parvi cærulei, vel ex cæruleo purpurascentes, quinquefolii insident; quibus semina oblonga, acuminata, sena, ostena, binis tamen simul junctis succedunt. Hæc passim in agris nostris, etiam autumno florens occurrit, quam forte Rubiolæ arvensis nomine Camerarius in suo horto, nulla descriptio ne addita, intellexit.

RUBEOLA saxatilis: plantula est tota incana, semipalmaris, caulinulo tenui, quadrato, geniculato, in unciales ramulos brachiato: folia parva, aspera, angusta, acuminata, communiter octo, rotæ modo disposita habet: ramulorum summis flosculi plures, exigui, quadrifolii, apicibus & minimis pedicellis donati, luteoli, si recte recordor, insident. In saxosis Gallo provinciæ.

RUBEOLA maritima aspera: radice est oblonga, tenui, repente & rufescente: caulinis

pluribus geniculatis, biuncialibus, per terram sparsis, & capillaceis fibellis terræ affixis, foliis pluribus, brevibus, acuminatis, virentibus, & asperis, caulinos inordinate cingentibus: florulis minutis, pallidulis. Hæc copiose in littore maris Mediterranei, non longe Monspelio, & etiam Massiliæ occurrit.

VIII. RUBIA cynanchica saxatilis: ex radice alba, oblonga, tenui & fibrofa, caulinis plurimi, trium, quatuorve unciarum longi, foliolis plurimis, oblongis, angustissimis, & viridibus, vestiti, exurgunt: & inter hos pediculi bini, terni, palmares, graciles, in ramulos divisi, & paucissimis foliolis vestiti, quibus flores, ut in Cynanchica vulgari, pallide rubescentes, singuli singulis pedicellis donati, insident. Hæc in saxosis uidis circa Valentiam Delphinatus, à D. Bursero collecta fuit.

GALLIUM latifolium glabrum: radice est tenui, repente, geniculata: caulinis tenellis, quadrangulis, geniculatis, palmo minoribus: foliis è singulis internodiis quaternis, decussatis, glabris, instar plantaginis nervosis, pallide virentibus, & sesquiuncialibus: flores habet parvos, caulinos verticillatim coronæ modo ambientes, luteos, brevibus pediculis donatos. Hoc circa Bononiam inter sentes, tota æstate reperitur.

Thalictrum angustissimo folio.



DE THALICTRO.

CAPUT II.

I. THALICTRUM angustissimo folio: radice est flavescente, ex aliquot fibris oblongis, crassiusculis, composita: caule bicubitali, lævi, rotundo, profunde canaliculato, & geniculato: ex quolibet geniculo folia plura prodeunt, in plures oblongas, & plerasque angustissimas, tandem & ternas laciniis, secta: at caulis, in fastigio in ramulos dividitur, in quibus flores plures muscosi, pallidi, ad luteum vergentes, velut in oblonga spica dispositi, quos valvulae tenues, parvae, minutissimum semen continent, sequuntur. Hoc in pratis Michelfeldensibus æstivis mensibus floret, quod Rutam pratensem majorem quintam Tabernæmontani esse, minus recte suspiciatur sumus.

II. THA-

II. THALICTRUM minimum fœtidissimum: caule est pedali rotundo, in ramulos diviso: foliolis pluribus in tres lacinias divisus, anterius duabus incisuris denticulatis, superne atrovirentibus, inferne pallecentibus: in ramulorum fastigiis flosculi parvi, muscosi, ex plurimis statimulis compositi, quibus succedunt exiguae valvulae, oblongae, senae, septenae, striatae, apice incurvo donatae, sibique invicem junctae, capillaceo oblongo pediculo insidentes, semen exiguum includentes. Tota planta odorem fœtidissimum spirat, & in Valesia reperitur.

Simile, sed caule ex puniceo colore purpureo, Thalictri maritimi minimi nomine, D. Gillenius misit.

DE FABA ARBORESCENTE.

CAPVT III.

FABARUM differentiae plures dantur, at solum Fabæ arborecentis hoc loco meminisse lubeat. Fabæ arborecentis Anglicæ nomine, species sex Amstelrodamo, à D. Jacobo Guillelmi Hooft anno 1614. una cum quamplurimis aliis fructibus exoticis accepimus: quarum prima lata, compressa, cordis humani figuram refert: siquidem circa umbilicum veluti ad basim sinum habet semicircularem, & sensim ex rotunditate in obtusum apicem desinit; cortice rufo, splendente tegitur, cuius interior pars, sive caro subiecta, rufa, dura, densaque existit: quoad magnitudinem, uncias tres lata, & quatuor longa est, & in duas partes dividitur.

Altera priore minor est, magis compressa, figuraque magis rotunda, & parte superiore non secus, quam prior, profundum umbilicum semicircularem obtinet, & multo quam aliis partibus crassior: cortice est nigro, striato, tenuiore, & carne pauciore.

Tertia, priore adhuc minor, magisque plana, atque compressa, etiam nigro cortice tecta, uncias duas lata, tres longa, & parte superiore umbilico, non ut in duabus prioribus semicirculari cavo, sed oblongo.

Quarta, à proxima solum crassitie, & corticis colore spadiceo, differt.

Quinta, colore quidem, cum quarta convenit, sed quadruplo crassior est, & aliquo modo os Scapulæ refert: siquidem ad umbilicum, ubi un-

ciam crassa, sinus pollicis unguis latitudinem æquans, acetabulum Scapulæ refert, utrinque costas tenues obtinet: nam sensim oblongatur, in fine rotundatur, & ad latera sensim angustior redditur: at per medium linea extuberat.

Sexta, lata est, & compressa humani unguis similitudine, & magnitudine, nigro cortice tecta, superne umbilicum parvum cavum obtinente.

DE PISO.

CAPVT IV.

PISUM umbellatum: & Pisorum differentias præterire lubet, & solum Pisum umbellatum historiam brevem subjicere. Hoc caulis est longis, striatis, fistulosis, fragilibus, ramosis, & per maturitatem albis: foliis aliquot oblongis, uni costæ adverso situ adnatis, quæ parte extrema, capreolorum modo in claviculas, quibus se vicinis implicat, definit: flores habet albos, circa umbilicum purpurea nota insignitus, in summitate caulinum velut in umbella dispositos: hic succedunt siliquæ duarum unciarum, in formam umbellæ situatae, in quibus Pisum rotundum, album, communiter unum, vel duo, rarius tria, vulgaribus majora, continentur. Germanis, apud quos licet rarius, in hortis colitur, Büschelerbs{id est, Pisa in fasciculum juncta, appellatur.

DE CICERE.

CAPVT V.

CICER montanum ἄκαυλον: radice est longa, in profundum, nisi fissilium lapidum interventu prohibeat, descendente; à qua exurgunt pediculi palmares, tenues, hirsuti, utrinque foliis duodenis, & pluribus subrotundis, sed non nihil, quam in Cicere sativo longioribus, marginibus hirsutis, modo æqualiter, modo inæqualiter ex adverso nascentibus, folio tamen extremo impari, vestiti: flosculi ad radicem oblongiusculi, pallidi, forma ad florem Loti tetragonoboli accidente: his succedunt siliquæ prætumidæ, duabus valvulis constantes, semine reniformi, Medicæ in morem flavescente, prægnantes. Vernis mensibus floret, in morti-

bus Thuringiæ circa Northusam, unde D. Furero anno 1616. transmisit.

II. CICER montanum lanuginosum erectum, ramis est pedalibus, rectis, rotundis, molli lanagine hispidis, in ramos semipalmares, etiam multo minores brachiatis; in quibus folia Viciæ sylv. forma longa, modo latiora, modo angustiora, mollia, levi lanagine obsita, dena, duodenæ & rotidem ex adverso eidem costæ inhærentia, extremo semper imparem numerum faciente: ramulorum apicibus spica florum pallidorum & hirsutorum insidet, quos sequuntur siliquæ oblongæ, lanuginosæ, in exiguum filamentum recurvum desinentes, quæ semen nigrum minutum continet,

Hoc angustioribus foliis, in Valesia ad Thermas Leucenses, Iulio florens reperitur: at quod foliis paulo latioribus est, Ciceris montani erecti Thuringiani nomine, à D. Furero, & Ciceris astragaloidis erecti Francenhusanorum à D. Jungermanno accepimus, quod in montibus Francenhusanis copiose reperi scripsere.

D E L U P I N O.

C A P V T VI.

LUPINUS cœruleus major villosus: radice est lignosa rufescente, fibrosa: caule cubitali, firmo, rotundo, striato, molli lanagine obsito (nam in hoc longe major est hirsuties, quam in aliis Lupinis) in summitate in paucos ramulos diviso: ramulis quandoque etiam subalariibus, rudimenta floris futuri habentibus, qui raro nostro cœlo perficiuntur: folia septena, octena, molli lanagine obsita, &c, quam in cœteris latiora, stellæ in modum disposita, pediculis villosis, tres, quatuorve uncias longis insident, quæ decidue sunt, maxime ubi semen perfici incipit: flores magni sunt, eleganter cœrulei, & inodori (radius floribus est incarnatis) semper quini in ordine ceu verticillatim dispositi; ita ut quam plurimum quatuor, raro quinque ordines conspiciantur: & quo planta perfectior sit, eo etiam magis à se invicem distinguuntur, & quintus ordo plerumque perit, dum inferiores semen perficere student: siliquæ sequuntur hirsutæ, unciana latæ, duas longæ, sed paucæ, cum ex quinque ordinibus vix binæ singulo ordine proveniant (quod raritatem & peregrinam plantæ naturam

ostendere videtur) quæ semen vulgaribus majus compressum, & rufescens, quandoque striis variegatum, continent. Hujus semen anno 1593. Lupini Indici nomine, D. Doldius Norinberga, ipsam vero plantam Lupini Cretici appellatio-ne, D. Springerus Heidelberga misit: quem Lupinum quartum, Clusius in postrema historia facere videtur.

II. LUPINUS minimus: ex radicula oblonga capillacea, caulinus tenuis, palmaris, quam minimum hirsutus exurgit, circa quem foliola quina, sena: septena, brevia, angustissima, subhirsuta, quæ oblongis pedicellis insident: flores & semina nondum vidimus: plantam Lupini Africani minimi nomine, ex horto nobiliss. Contareni habemus.

D E L A T H Y R I D E.

C A P V T VII.

LA THYRIS angustissimo sive capillaceo folio: plures Lathyridis differentias in foliorum latitudine & angustia, floris colore, siliquarum forma, hirsutie, & lævitate hic præterire lübent, & solum meminisse Lathyridis angustissimo folio, quæ radice est exili, caulinis cubitalibus infirmis, quibus hinc inde, & adverso situ bina minima foliola adnascentur, è quorum sinu bina, nonnunquam terna folia capillacea, trium, quatuorve unciarum longa, & surrecta, ex quo pedicello innixa, una cum pediculo in multifidum capreolum desinente, prodeunt; ex quo etiam pediculus tenuissimus, oblongus & nudus effertur, qui florem unicum, parvum subcœruleum, quandoque pallide rubentem sustinet: quo defluxo, siliqua uncialis in apicem falcatum abiens, bina, ternave grana parva rotunda nigricantia continens, succedit. Monspessuli in collibus, Majo florens reperi-tur.

• 8) o (8 •

DE VICIA.

CAPVT VIII.

VICIA Onobrychidis flore: & Viciarum quamvis differentias plures observaverimus, attamen in præsens unius solum descriptionem subjicere lubet. Hæc caules habet pedales, teretes, striatos, quos foliorum alæ, ut in Vicia vulgari, sed breviores & angustiores, unicostæ ex adverso respondentes, ambiunt, capitulo extremum occupantibus: ex foliorum alis superioribus, pediculi semipalmates, nudi exurgunt, quorum summitatibus flores plures oblongi, galericulati, Onobrychidi 3. Clusii forma similes inferne pallidi, superne violacei coloris insident: floribus succedunt siliquæ planæ, deorsum reclinatae, semina exigua, sena, septena numero, continentes. Monspessuli provenit.

DE CAPITE GALLINACEO,
& onobrychide.

CAPVT IX.

CAPUT Gallinaceum minus: ex radice tenui oblonga, fibris carente, caulinulos aliquot palmates, & semipalmates profert, eosque ut plurimum procumbentes, & in ramulos divisos: folia vulgari, sive majori similia, sed breviora & angustiora: flores habet paucos, parvos, dilute rubentes, brevibus pediculis insidentes: fructus parvi, asperi, echinati & subrotundi succidunt. Hoc in maritimis & arenosis Provinciæ, & juxta Olbiam, & in montosis juxta oppidum Vigan, reperitur.

I. **ONOBRYCHIS** clypeata aspera minor: à radice cerasifera, fibrosa, caulinuli semipalmates, reclinati prodeunt, circa quos foliola multa, brevia & angusta, ad verso situ costæ adhærentia: flosculi eleganti colore rubentes, parvi, Genistæ forma similes, pedicellis insident: sequuntur fructus clypeolis exiguis similes, plani, asperi, semen minutissimum continentes. Monspessuli in plantis Lupi collecta.

II. **ONOBRYCHIS** clypeata lœvis: ex radice rufescente, paucissimis fibris donata, caulis unus (nonnunquam duo) pedalis, nodis distinctus, exurgit: circa quem folia alata, ex senis, septenis utrinque fibris oblongis, glabris, uni costæ

inhærentibus, unoque extremam aliam occupante composita: ex aliis tenues, & oblongæ virgulæ, flores purpurocæruleos, velut in spica dispositos, sustinentes, prodeunt; quos sequuntur fructus plani, lœves, clypeiformes, communiter terni, sibi invicem per longum cohærentes, semen minutum includentes. In Helvetiorum alpibus, ut monte Fracto, & ad Thermas Fabarias provenit.


III. **ONOBRYCHIS** incana: caulem habet rotundum, ramosum, incanum: folia plura, acuminate, angusta, uni costæ adnexa, incana velut cinere aspersa: caulinuli semipalmates, nudi, spicam florum purpurascientium, aliorum forma sustinent: quibus succedunt siliquæ oblongæ, incanæ, incurvo mucrone donatae, duabus valvulis constantes, semen minutum, nigrum, planum, & semicirculare continentes. In Provincia Galliæ reperitur.

Alteram non minus incanam, sed minorem, semipalmarem, foliis brevioribus & rotundis, ex Aragoniæ & Castiliæ saxofis, D. Albinus attulit.

DE OROBO.

CAPVT X.

OROBOS alpinus latifolius: ramis est cubitalibus, aut altioribus, angulosis, viridib. foliis in singulis alis octonis, uni costæ adnatis, & sibi invicem oppositis, uncias tres longis, duas latis, viridibus, nervosis, & cæteris Oroborum foliis minus acutis: è virgulis ex alarum cavis palmaribus nudis prodeuntibus, flores unciales, Genistæ forma, pallide lutei, at folio superiore rufescente, dependent stylo ex illorum medio prominente: lobos & semina non vidimus: ex Pyrenæis & Helvetiorum alpibus habemus.



DE GLAUCE LEGUMINOSA.

CAPVT XI.

GLAUCI Leguminosæ affinis: radicem habet albam, oblongam, paucis fibris donatam, ex qua caulis bicubitalis, & altior, satis crassus, rotundus, rubescens, cavus, paucis & brevibus pilis aspersis, prodit, & nisi sustentetur, procumbit: at frequenter ad cubiti solum altitudinem accedit, nec fulcimine opus habet: hic in alias ramos dividitur: folia habet Glauco leguminosæ similia, duodecim etiam quatuordecim, & pluribus, utrinque ad costam ordine dispositis, nec in ambitu serratis, & eleganti virore nitentibus: ex foliorum sinibus pediculi pro-

deunt, flores pallide luteos, modo unum communiter plures, forma Glauci leguminosæ similes sustinentes: hos sequuntur siliquæ crassæ, conjunctæ, unciam longæ, triangulares, in brevem apicem abeuntes, semina angulosa, per matritatem ex viridi flavescentia, continentes. Hujus semen Araci Boetici nomine, à D. Jo. Pona Verona accepimus, & ab annis aliquot in hortulo nostro habuimus: nam licet planta annua sit, attamen ex semine deciduo sese propagat. Tota planta ingratia saporis est: folia comanducata, herbaceum primum & ingratum, dein amarum saporem in faucibus relinquent.




LIBER DECIMVS. DE OPHIOGLOSSO.

CAPVT I.

I. **O**PHIOGLOSSUM anguloso folio: ex radice crassa, in fibras crassas abeunte, unus vel alter pediculus, uncias quatuor longus, post medium dilatatus, effertur, cui folium unicum, uncias tres longum, sesquiunciam latum, ad exortum utrinque dilatum, & angulosum insidet, & stylum sesquiunciale linguam referentem, pediculo donatum obtinet. Helmstadio, D. Sigfridus misit.

II. OPHIOGLOSSUM minus; radiculis est fibrosis, pediculo simplici & brevi, cui folium unicū, subrotundum, unciam latum, sesquiunciam longum insidet: ad cujus exortum, & veluti è folii sinu, stylus serpentis linguam referens, unciam longus exit: in humidis circa Monspelium provenit.



DE ADIANTHO.

CAPVT II.

ADIANTHUM fruticosum Brasiliandum: hoc Filicis instar excrescit, caule tenui, laevi, subnigro puniceo colore nitente, qui in alios subdividitur, circa quos folia viridia, Adiantho vero aliquantum similia, parva, oblonga, sed obtusa, superne tantum incisuris divisa, inferiore costa, qua capillaceo insident, integra, alternatim cauliculo, & quidem utrinque duodecim usque ad viginti, petiolis, per pedicellum junguntur. Apud Toupinambaultios in Brasilia natum à D. Bursero accepimus.

DE FILICE.

CAPVT III.

I. **F**ILIX palustris maxima: radice est omnium Filicum crassissima, duos pugnos superate, nigra, velut ex crassissimis squamis compacta, & multis

multis fibris nigris capillata; unde exurgūt folia plura atrovirentia, tres cubitos superantia, in latu amplissime expansa: quorum pedicul⁹ rufescens, angulosus, cavus, instar oblongi auriscalpii ex radice prodit, qui ubi pedalem altitudinem adeptus est foliosus redditur, ad modum Filicis maris vulgaris: nam velutie ex plurimis pinnis, secundum margines crenatis, & ad unum pediculum cohaerentibus componuntur. Verum ad radicem, inter media folia, plura foliorum rudimenta cubitalia, veluti futurorum principia, conspiciuntur, eo modo, quo in Filice florida, sive Osmunda dicta, circa summos ramulos apparent: à qua tamen differt, quod Osmunda caules edat, & caulinum summis, veluti flores si-
ve semen rudimenta adhærent, & folia ha-
beat latiora, & haudquam per margines ser-
rata. Hanc locis palustribus circa thermas Mar-
chicas copiose observavimus: aliquando in edi-
tis & saxosis, sed humidis montibus etiam repe-
ritur, ut circa Ramstein arcem Basileensem no-
tavimus.

II. FILIX aculeata major: radicem habet nigram, fibrosam, pediculos pedales, foliosos, in multas alas pinnatas, modo maiores, modo mi-
nores, modo minores profundius divisos pallide
virentes, primis in ambitu dentatis, & in bre-
vem spinulam desinentibus. Hanc in monte
Wasserkall legimus.

III. FILIX aculeata minor; hæc pinnulis est brevibus, totis integris, non dentatis, sed in spi-
nulam acutam brevemque omnibus desinenti-
bus: eodem quo prior loco, licet eam postmo-
dum à D. Furero ex Harcynia & Stolberga ve-
teri, acceperimus.

D E M U S C O.

C A P U T IV.

I. MUSCUS pennatus: hic colore est ex luteo
virescente, lateq; serpit, multis viticu-
lis, sed brevibus, ramosis, minutis foliis,
pennam æmulantibus vestitus, qui fibras tenues
pro radicibus habet: in petrosis & sylvis repe-
ritur.

Hujus altera species, radice rufescente ex co-
pissimis fibris composita, viticulis ramosiori-
bus, foliis minoribus: in sylva Wilens, locis uli-
ginosis provenit.

II. MUSCUS filicinus minor: hujus aliquot differentias observavimus: sed hic solum de mi-
nore agemus, qui per terram serpit, caulinis te-
nuibus, in summo ramosis, foliolis Filici simili-
bus, sed tenuissime dissectis: ex ramulis, pediceli-
li aliquot capillares rufescentes, biunciales, effe-
runtur, quib. singulis capitulum exiguum, sub-
rotundum, incurvū, in apicem exiguum desinēs,
insidet. Hunc, cum aliis D. Jungermannus misit.

III. MUSCUS Abietis facie: prædicto non multum absimilis, viticulis in ramos divisis, fo-
liis capillaceis, utrinque (ut in Abiete) costæ ob-
longi sculæ adnatis, multo quam in priore bre-
vioribus, & viridioribus.

IV. MUSCUS ramosus repens, velut spicatus: hic ad arborum radices, nigris radiculis terræ af-
figitur, viticulis crassis, & longis serpit, & de se
copiosas veluti spicas oblongas, ex tenuissimis
& levissimis foliolis compactas, ramulorum in-
star emittit.

Huic similis & alter, foliorum tantum apici-
bus candicantibus discrepans: uterque in mon-
te Crentzacho ad arborum radices crescit.

V. MUSCUS ramosus erectus major: hic cespiti-
s instar eleganter & aristissime quasi compa-
ctus, ex radicibus oblongis capillaceis, caulinu-
lum trium quatuorve unciarum emittit, qui in
binos, ternos, quaternos, biunciales, etiam triun-
ciales ramulos, & hi quoque in alios erigitur, qui
minimis capillaceis foliolis vestiuntur: inter
ipsa foliola, pedicelli unciales, nudi, capillacei,
capitulum, ut in Adianto aureo, sustinentes, effe-
runtur. Hic in Crentzacho monte ad arborum
radices, aliis Muscis commixtus conspicitur: at
elegantior & viridior, ad sepes circa Birsam flu-
vium reperitur.

VI. MUSCUS ramosus erectus minor: ex capil-
lacea radicula caulinulus ad sumnum biuncia-
lis varie divisus foliolis vix conspicuis cinctus,
emergit: eodem, quo tres priores, loco provenit.

VII. MUSCUS saxatilis ericoides: huic circa ra-
dicem folia multa Musco vulgari similia, inter
quæ viticuli sunt palmares, asperi, foliolis Eri-
cæ coridis folio similibus, inordinate vestiti, ali-
quando hinc inde nudi, quorum summo capitul-
lum exiguum insidet. Ad Wiesam fluvium su-
per saxa repit.

VIII. MUSCUS stellaris roseus: ex fibellis ni-
gris radicem constituentibus, pedicelli unciales

pro-

prodeunt, quibus singulis folia plura instar rosæ compacta, pallide virentia, acuminata, in modum stellæ disposita, insident. Hic in saxofis Telamontii provenit.

X. *Muscus Cupressiformis*: parvus est, ramosus, foliolis cupressi forma, atrovirentibus, inter quæ pedicellus exurgit, qui minimas spicas pallidas & molles sustinet. Ex Harcynia.

